This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.

+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.

+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.

+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

N.ii.309 RBS

2 Bde
iV

185521.

ASHMOLEAN LIBRARY
OXFORD

Ex Libris
EDUARD FRAENKEL
Corpus Christi Professor of Latin, 1935–53

1970

P834

Ed. Fraenkel

P. TERENTII
AFRI
COMOEDIAE
SEX,

CUM INTERPRETATIONE

DONATI ET CALPHURNII,

ET

COMMENTARIO PERPETUO.

IN USUM STUDIOSAE IUVENTUTIS

EDIDIT

ARN. HENR. WESTERHOVIUS.

ACCESSERUNT VARIAE LECTIONES EXEMPLI BENTLEIANI,
NOTATIO METRICA, SELECTA RUHNKENII
ANNOTATIO.

EDI CURAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. I.

ANDRIA.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

PRAEFATIO.

Quum sex admodum abhinc annis terentianum Codicem maiore forma et Commentario in lucem emitterem, iam tum de eadem opera Plauto navanda cogitare coepi; neque adeo conquirere undique, quae illi multis etiam post eruditorum Virorum curas locis obscuritate laboranti illustrando facere possent, in hunc usque diem desii. Animum addebat doctorum hominum favor, quo eos Terentianam editionem nostram prosequi videbam. Horum ego nomina, ipsaque literarum ex his terris et aliunde ad me datarum verba recensere non dubitarem, nisi modestiae leges silentii religionem mihi imponerent. Quod vero Lipsienses, si modo Lipsienses illi, carpere quaedam quam laudare mallent, sane aequo tuli animo, neque offensus sum, Bentleianam editionem, quam nondum viderant, prae nostra magnopere commendari.*) Facere tamen non possum, quin Lipsiensis illius iudicii scilicet specimen hic repetam. Vitio mihi datur, quod Andrium Chremetem in fine primae Fabulae de fratre suo dicentem fecerim: *is hinc, bellum fugiens, meque in Asiam* persequens, *proficiscitur*. Hic illi heroës contra tot numero Codicum fidem, contra Donati auctoritatem, quin contra linguae Latinae genium, *prosequens* legendum iubent. Ne vero porro dubitent de probitate le-

*) [Intelligit censuram Actis Eruditor. Lips. a. 1726. p. 255 sqq. insertam.]

ctionis, quam exhibui, placuit addere locum Ciceronis, Fam. III. 8. ubi is de simili plane negotio ita scribit: *Qui me in castra, et qui trans Taurum* persequi *non possent.* Quid quod ipse Bentleius, qui tamen fatetur, se *textum mille locis immutasse*, illud *persequens* nec mutavit, nec sollicitavit? Alia vel eiusdem generis, vel leviora etiam, et magis ieiuna mitto.

Ad institutum redeo. Dum Plauto undique opem quaero, dum e Bibliotheca regia Parisiensi et aliunde plura subsidia exspecto, novam hanc Terentii editionem adorno, Commentario facili et plano, Scholarumque usibus magis accommodato. Variarum Lectionum nihil addidi, ne illarum quidem, quas ex MS. Codice Illustrissimi Villersii, Archiepiscopi Viennensis, postea sublegi, quam priorem illam editionem in lucem emiseram; et qui Codex ex Gallis primum in Daniam, inde in Belgicam translatus per otium prius a me perlustratus, post in instructissima supellectile Bibliothecae Hulsianae divenditus est: eo Indicem praeter elegantias Terentianas nihil temere retuli. Dehinc Comico Umbro subsecivas ab alio non minoris laboris opere, atque Gymnasii regendi munere horulas dicabo; neque, si Deus vitam et vires suffecerit, donec utrumque perfecero, desinam. Tu vale, Lector, et conatibus nostris fave. Goudae, Nonis Ianuariis. MDCCXXXIII.

PRAEFATIO.

Quod hanc Terentii editionem, a Westerhovio in usum studiosae iuventutis adornatam, prelis repeti curavimus; ea re non veremur ne nullam apud eos inierimus gratiam, qui poëtae nostri lectionem adolescentibus et utilem et necessariam esse arbitrantur. Est enim ea virtus commentariorum a Westerhovio compositorum, ut et ad ipsius comici intelligentiam et ad augendam linguae Latinae scientiam et facultatem plurimum valeant, ideoque a nemine negligendi sint, qui hoc in genere velit aliquid proficere. Nec profecto recentiores Terentii enarratores, qui item adolescentium rationibus prospicere voluerunt, id videntur effecisse, ut opibus Westerhovianis recte carere possimus: imo plerique istorum illis uti potius, quam earum laudes superare maluerunt. Accedit, quod minor haec editio non solum admodum rara est, sed etiam maiore multis partibus emendatior, ita ut, qui illa uti velit, is hac certe carere nullo modo possit. Quum vero hae repetitae editionis caussae satis idoneae viderentur, tamen committere noluimus, ut libro utilissimo nihil alienae dotis adiiceretur. Etenim quum Westerhovius in recensendis poëtae verbis criticorum expectationi minus satisfecerit, integram lectionis Bentleianae discrepantiam annotandam putavimus, quo efficeretur, ut Aristarcheae istius recensionis ratio commode cum vulgarium editionum scriptura comparari posset. Neque enim nisi in rebus quibusdam levioribus textum, quem

vocant, immutare licebat. Deinde etiam commentarios ita auximus, ut passim Ruhnkeniana quaedam insereremus. Quae additamenta, uncis illa a reliqua oratione seclusa, non est verendum, opinor, ne cuiquam inutilia aut supervacanea videantur. Denique ultimo volumini virorum doctorum in Donatum observationes adiicientur, ab ipso Westerhovio in minore editione omissae. Atque intra hos fere fines opera nostra sese continuit. Neque enim nunc quidem alterius evagari aut potuimus aut voluimus.

P. TERENTII ANDRIA.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS, M. FULVIO ET M. GLABRIONE AEDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO ET L. ATTILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII FILIUS, TIBIIS PARIBUS, DEXTRIS ET SINISTRIS. ET EST TOTA GRAECA. EDITA M. MARCELLO ET CN. SULPICIO COSS.

PERSONAE.

Prologus.
Byrrhia, servus Charini.
Charinus, adolescens, amans Philumenam.
Chremes, senex, pater Philumenae.
Crito, hospes ex Andro.
Davus, servus Simonis.
Dromo, lorarius.
Glycerium, quae et *Pasibula*, amica Pamphili, filia Chremetis.
Lesbia, obstetrix Glycerii.
Pamphilus, adolescens, filius Simonis.
Simo, senex, pater Pamphili.
Sosia, libertus Simonis.
Persona muta: *Archylis*, ancilla, adstetrix Glycerii.

RUHNKENII ANNOTATIO

IN ANDRIAE

DIDASCALIAM.

Fabula inscribitur *Andria*. Andriae nomen huic comoediae inditum est a puella Glycerio, cuius in hac fabula praecipuae partes sunt. Ea patriam habebat Andrum, unam insularum Cycladum. Steph. Byz. v. Ἄνδρος.

Acta. Agere comoediam proprie dicuntur histriones, qui eam in scena exhibent, qui inde etiam *actores* vocantur. Heaut. prol. v. 5. *hodie sum acturus Heautontimorumenon.* Drakenb. ad Liv. Epit. 46.

Ludis Megalensibus. Hi ludi instituebantur in honorem Cybeles, quae graece μεγάλη μήτηρ, latine Dea Magna vocabatur. Ovid. Fast. IV. 194. A voce μεγάλη formatum est *Megalensia* vel *Megalesia*, ut promiscue scribi docet Duker. ad Liv. XXXIV. 54. 3. Semper autem Latini dicunt *ludi Megalensia*, ut ludi Olympia, ludi Pythia, ludi Cerealia, nunquam vel rarissime *ludi Megalenses.* Vid. Quinctil. Inst. I. 5. p. 32. Gesn.

Aedilibus curulibus. Ad Aedilium curam etiam ludi solennes pertinebant; scenici ludi si edendi essent, Aediles fabulas emebant a poëtis. Vid. Eun. prol. v. 20. In huius et sequentium fabularum didascaliis bini Aediles ludos edidisse dicuntur; Caesar et separatim et cum collega edidit, ut auctor est Suetonius in eius vita c. 10.

Egerunt L. Ambivius Turpio, L. Attilius Praenestinus. Hi gregis scenici magistri erant.

Modos fecit i. e. leges musicas praescripsit, quas tibicen in cantando, actor in agendo observaret; quae quales fuerint, explicat illustris Bentleius in Schediasm. de Metr. Terent. *Modi* proprie dicuntur in musicis. Cic. de Orat. III. 26. *Neque id actores prius viderunt, quam ipsi poetae, quam denique illi etiam, qui fecerunt modos.* Idem Tusc. Disp. I. 44. *Pressi et flebiles modi.*

Tibiis paribus dextris et sinistris. De his tibiis multi multa scripserunt. Scaliger, cuius notam prodidit Cl. Burmannus Anthol. Lat. Tom. I. p. 182., fatetur se nihil incertius legisse, quam quae de his tibiis tradantur.

Est tota Graeca. Ita est: quamvis fabula scripta sit latine, tamen expressit mores Graecorum, et inde Terentii et Plauti fabulae fere omnes dicuntur *palliatae*, quum Graeci a Romanis dicantur homines palliati.

C. SULPITII APOLLINARIS

PERIOCHA

IN TERENTII ANDRIAM.

Sororem falso creditam meretriculae,
Genere Andriae, Glycerium vitiat Pamphilus:
Gravidaque facta, dat fidem, uxorem sibi
Fore hanc: nam aliam pater ei desponderat,
Gnatam Chremetis: atque ut amorem comperit,
Simulat futuras nuptias; cupiens, suus
Quid haberet animi filius, cognoscere.
Davi suasu non repugnat Pamphilus.
Sed ex Glycerio natum ut vidit puerulum
Chremes, recusat nuptias, generum abdicat.
Mox filiam Glycerium insperato agnitam
Hanc Pamphilo dat, aliam Charino coniugem.

AELII DONATI

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE, PRAEFATIO IN ANDRIAM TERENTII.

Comoedia Andria quum palliata sit, de loco nomen accepit, a Menandro prius, et nunc ab ipso Terentio: qui, quum de Chryside loqueretur, sic ait: *Hei, vereor, ne quid Andria apportet mali*, et hoc commune vocabulum est et in Graeca et in Latina lingua. Haec majori ex parte motoria est, continetque actus amatorum adolescentium et patrum piorum. Sunt ibi callidi servi, astutae ancillae, severi senes, adolescentuli liberales. In hac primae partes senis Simonis sunt, secundae Davi, tertiae Chremetis, et deinceps reliquorum. Prologus in hac acer inducitur et in adversarios non mediocriter exasperatus, sed tamen id subtiliter, ut omnia lacessitus facere videatur ac dicere. Hic protasis subtilis, epitasis tumultuosa, catastrophe paene tragica; et tamen repente ex his turbis in tranquillum pervenit. Haec prima acta est ludis Megalensibus, M. Fulvio et M. Glabrione Aedilibus curulibus. Egerunt L. Attilius Praenestinus et L. Ambivius Turpio. Modos fecit Flaccus, Claudii filius, tibiis

paribus, dextris et sinistris. Et est tota Graeca, edita M. Marcello et. Cn. Sulpicio coss. Pronuntiataque est *Andria Terentii*, ob incognitum adhuc nomen poëtae, et minoris apud populum auctoritatis ac meriti. Diverbiis aut canticis lepide distincta est; et successu spectata prospero, hortamento poëtae fuit ad alias conscribendas. Initium autem προτατικὸν πρόσωπον, i. e. adventitiam personam, recipit Sosiae propter evolvendam argumenti obscuritatem. Persona autem protatica ea intelligitur, quae semel inducta in principio fabulae in nullis deinceps fabulae partibus adhibetur. Adnotandum sane, puellarum liberalium nullam orationem in proscenio induci, (in comoedia palliata) praeter invocationem Iunonis Lucinae, quae et ipsa quoque post scenam fieri solet.

M. ANTONII MURETI

ARGUMENTUM.

Chremes et Phania fratres Athenienses fuerunt. Eorum Chremes profecturus in Asiam, Pasibulam filiolam, quam tum unicam habebat, fratris fidei credidit. Profecto eo contigit, ut in Graecia magni bellorum tumultus excitarentur: quos fugiens Phania, quum, imposita secum in navim puella, ad fratrem iter cepisset, vi tempestatis fracta navi, apud Andrum insulam eiectus est. Ibi applicat se ad Andrium quendam, hominem haud magna in re: a quo tamen benigne humaniterque exceptus, non ita multo post moritur. Hospes Andrius relictae apud se puellae commutat nomen, et pro Pasibula Glycerium nominat; quumque per aliquot annos eam cum filia Chryside, pari utramque studio, educasset, decedit ipse quoque de vita. Chrysis, quae se et orbam et inopem videret, abrepta secum Glycerio, Athenas navigat: ubi quum aliquamdiu vitam lana telaque tolerasset, ad postremum adolescentum blanditiis et pollicitationibus victa, quaestum corpore facere incepit. Ventitabat ad eam inter ceteros Pamphilus, Simonis filius, probus et liberali praeditus ingenio adolescens; qui non Chrysidis ille quidem, sed ipsius Glycerii mirifico quodam amore percussus, primus solusque cum ea rem habuit, fidemque iam gravidae dedit, eam sibi uxorem fore. Susceperat et postea Chremes aliam filiam, Philumenam nomine, eamque (iam enim nubilis erat) Pamphilo, bona adolescentis impulsus fama, collocare cupiebat. Quid multa? ultro

ad Simonem venit; cum eo negotium conficit. Inscio Pamphilo de communi senum sententia faciundis nuptiis constituitur dies. Adhuc haec erant, quum Chrysis moritur. Ibi primum Simo de filii amore cognovit. Nam quum ambo una in funus prodiissent, accidit, ut posita in ignem Chryside, Glycerium se prae doloris impatientia eodem coniectura videretur. Adcurrit Pamphilus, eamque mediam amplexus ita consolari coepit, ut plurimas minimeque dubias totius rei significationes daret. Itaque venit ad Simonem postridie Chremes; conditionem renuntiat: comperisse se, Pamphilum peregrinam illam habere in uxoris loco; nescius ex se natam esse eam, quam ita contumeliae causa peregrinam nominaret. Gaudere, ea re intellecta, Pamphilus; dolere contra ac ringi Simo. Advenit interea dies, qui nuptiis initio fuerat praestitutus. Simo, veteratoria quadam calliditate, simulandas sibi ad pertentandum filii animum nuptias statuit: hoc cogitans, si abnueret filius, veram sibi obiurgandi illius caussam fore, quae ad eum diem nulla satis iusta fuerat: sin annueret, facile se, quod vellet, a Chremete impetraturum, atque ita veras nuptias diis adiuvantibus factum iri. Praeteriens igitur apud forum, securo iam et nihil tale metuenti filio, Pamphile, inquit, abi domum, ac deos comprecare; uxor tibi ducenda hodie est. Hoc dicto, velut improviso quodam iaculo, sauciatus adolescens, quid ageret aut quid consilii caperet, nesciebat; quum ad eum Davus, vafro admodum ac versuto ingenio servus, animadversa senis astutia, accurrit. Erat tum una cum Pamphilo Charinus, qui adolescens miro quodam amore Philumenae incensus, frustra saepe tentatis illius nuptiis, ad postremum audit, eam eo die nupturam Pamphilo, in summam desperationem adductus, eum orabat, si salvum se vellet, ut vel eam ne duceret, vel saltem nuptiis dies aliquot produceret. Pamphilus eum sua quidem caussa bono esse animo atque omnia ad impediendas nuptias moliri iubebat: se, quantum in se esset, effecturum, ut ne daretur sibi. Adveniens, ut dixi, Davus Charinum, iam spei plenum, abire ad ambiendos senis amicos iubet: deinde seorsum Pamphilo coniecturas suas aperit, persuadetque, ut patri dicat, se paratum esse uxorem ducere; nam eo pacto, inquit, et patri omnem obiurgandi occasionem praecideris, et non erit tamen verendum, ne nuptiae fiant: nunquam enim Chremes tibi, semel repudiato, filiam suam iterum commissurus est. Haec ita de servi consilio acta longe aliter cecidere ac putabantur: exorat enim Chremetem Simo. Ita res in verarum nuptiarum discrimen adducitur. Forte eo ipso die Glycerium, exactis temporibus, puerum peperit: eum puerum Davus, quum aliter nuptias disturbare non posset, prae foribus aedium Simonis ab ancilla collocan-

dum curat. In eum quum incidisset Chremes, et e Pamphilo natum esse cognosset, rursum abducit animum a nuptiis. Turbae maximae concitantur: donec advenit Crito Andrius, qui, quod Chrysidi genere proximus fuisset, ad cernendam illius hereditatem Athenas venerat. Eius interventu Chremes filiam agnoscit. Ita summa omnium laetitia Charino Philumena, Glycerium Pamphile nubit.

PUBLII TERENTII

CARTHAGINIENSIS

ANDRIA.

PROLOGUS.

Poëta, quum primum ánimum ad scribendum ádpulit,

DONATUS.

Poëta quum primum animum ad scribendum adpulit.] Principium factum est a commendatione personae, quod prudens, quod honestus *Terentius*. Et honore maiore *Poëtam* potius, quam *Terentium* dixit: ut illum hoc ipso, de quo laborat, nomine ornaret. *Poëta quum primum.*] Omnis huius prologi intentio hoc agit, ut novo Poëtae veniam paret, et veteri odium: et ut quam maxime modestum minimeque errantem *Terentium* probet. *Poëta quum primum animum adpulit.*] Sensus hic est: Proposuerat quidem Poëta noster, ut in Prologis argumenta narraret: sed hoc imputat *Lucio Lavinio* adversario, qui eum facere non permisit, quod proposuerat; maledictis suis ad respondendum eundem provocans. *Adpulit.*] *Adpellere* proprie dicitur, cum ex pelago aut freto quis ad litus accesserit. *Virgilius*: *Hinc me digressum vestris Deus adpulit oris.* — *Adpulit.*] In secunda lectione *Attulit* fuit, sed *adpulit* magis:

COMMENTARIUS.

1. *Poëta.*] Hoc nomine insignitur Terentius cunctis Comoediarum prologis. Rationem dat Donatus. — *Animum ad scribendum adpulit.*] Et proprie, et translate loquitur. Proprie Poëtarum

Id sibi negoti crédidit solúm dari,
Populo út placerent, quás fecisset fábulas.
Verum áliter evenire multo intélligit:

nam postea sic, *animum ad uxorem adpulit.* — 2. *Id negoti*]. Modo pro molestia et cura; non labore. — 3. *Populo ut placerent.*] *Ut*, ne non significat; nec est modo coniunctio. *Fabulas.*] Ad *fecisset* retulit *fabulas*, non ad *placerent*. Et est figura Syllepsis. *Fecisset.*] Bene *fecisset*, non *scripsisset*. Unde et Poëtae ἀπὸ τοῦ ποιεῖν, id est', a faciendo dicti sunt. Sic *Virgilius: Pollio et ipse facit nova carmina.* — 4. *Verum aliter evenire multo in-*

---

est *scribere*. Cicero pro Archia cap. 8. *Se ad* scribendi *studium contulit.* Horat. Serm. I. 10. 72. *Saepe stilum vertas, iterum, quae digna legi sint*, Scripturus. Translate animus *adpelli* dicitur. Cicero de Orat. II. 37. *Tanquam ad aliquem libidinis scopulum, sic tuam mentem ad Philosophiam* adpulisti. Eadem ratione et navigium et animus *aestuare, fluctuari* et *iactari dicuntur.*

2. *Id sibi negoti credidit solum dari.*] Nimirum ab Aedilibus; de quibus vide Eun. Prol. 20. [Rectius Ruhnken.: *hoc sibi curandum credidit*] Heri autem servis, magistratus civibus dicuntur negotium dare, ubi rem graviorem imperant. Vide infra III. 2. 41. et V. 4. 50. Sallust. Catil. 40. *P. Umbreno cuidam* negotium dat. Contra autem, quod facile fit, *nullo negotio* fieri dicitur.

3. *Populo ut placerent, quas fecisset fabulas.*] Ordo est, *ut* (fabulae) *placerent populo, quas fabulas fecisset.* Ne quis de ἀντιστρόφῳ cogitet. Eleganter autem substantivum repetitur, additum pronomini relativo. Sic Heaut. Prol. 20. Vide Fr. Sanctii Minervam, Lib. II. cap. 9. Prius igitur substantivum hoc loco per ellipsin desideratur. [Nulla ellipsis est. Attractionis genus, hodie in vulgus notum, illustravit Ruhnkenius, cuius haec sunt verba: *Fabulas* Terentius graeco more posuit pro fabulae. Mox v. 26. *Posthac quas faciet de integro comoedias.* Eun. IV. 3. 11. *Eunuchum quem dedisti nobis, quantas dedit turbas.* Ovid. Met. XIV. 350. *Cecidere manu, quas legerat herbas.* Vid. Perizon. ad Sanct. Minerv. II. 9. not. 1. p. 202. et Bentleius ad Heaut. IV. 4. 1.] — *Placerent.*] Dicuntur *placere* fabulae, quum non exiguntur vel exploduntur. Unde Hec. Prol. II. 12. inquit: *Perfeci ut spectarentur, ubi sunt cognita*, Placitae sunt. Suet. Ner. cap. 42. *Cuidam Scenico* placenti *nuncium misit, abuti eum occupationibus suis.* — *Fecisset fabulas.*] Vide Donatum. Ita mox versu 9. *Fabulas* autem antiquissimi dixerunt quosvis sermones. Unde *fabulari* et *confabulari* est sermones caedere. Demum sermo anilis et fictus dictus est fabula. Sic infra I. 3. 19. et V. 4. 22. Atque hinc argumenta ludorum et dramatum *fabulas* vocare placuit.

4. *Aliter evenire.*] Quae casu et citra culpam humanam

Nam in prólogis scribúndis operam abútitur; 5
Non qui árgumentum nárret, sed qui málevoli
Veteris Poëtae máledictis respóndeat.

selligit.] Sic *Virgilius*: -- *Maior rerum mihi nascitur ordo. Maius opus moveo.* ---- Non enim hoc se elegisse dicit, sed quasi ex ordine ipso natum sibi esse. *Intelligit.*] Quod credimus, plerumque falsum; quod intelligimus, certum est. *Aliter* autem *contra* significat. *Virgilius*: *Dis aliter visum. Verum aliter evenire multo intelligit.*] Adeo nec praeparaverat, nec intenderat quenquam laedere, ut spe falsus, lacessitusque hoc faciat. — 5. *Operam abutitur.*] *Utimur* fructibus rei quae ab amantibus salvo usu nobis subministratur: *Abutimur*, quando deperdimus et rem et fructum. Nam usui est ager, domus: abusui vinum, oleum, et caetera huiusmodi. *Cicero*: *Non debet* (inquit) *ea mulier, cui vir bonorum suorum usum fructum legavit, cellis vinariis et olearíis plenis relictis, putare id ad se pertinere; usus enim, non abusus, legatus est. Ea inter se sunt contraria.* Haec in Top. — 6. *Non qui argumentum narret.*] Quod vere prologi est officium. *Qui.*] Pro *ut*: ergo non est modo pronomen. *Sed qui malevoli veteris Poëtae.*] Primum a natura, *malevoli*, deinde a tempore, vel ab invidia, *veteris*: a signo aemulationis, *Poëtae.* — 7. *Veteris.*] *Vetus* plerumque ad laudem; interdum ad vituperationem, ut hic, et alibi, *Vetus, veternosus senex. Veteris.*] Pro cariosi et quasi rancidi posuit, atque ideo *malevoli*; non criminibus, sed maledictis. Quid autem inter *maledictum* et *crimen* intersit, docet *Cicero* in Tusculanis. *Veteris.*] Ratio invidiae. *Poëtae.*] Causa insectationis. *Maledictis.*] Criminatio adversarii. *Veteris Poëtae.*] Quia senex *Lucius* edebat fabulas, adolescentulo tunc *Te-*

---

accidunt, *evenire* dicuntur. Infra V. 6. 8. Heaut. II. 3. 114. Sallust. Iug. 7. *Ea res longe* aliter, *ac ratus erat*, evenit.

5. *In prologis scribundis.*] Scripserat iam plures Prologos et plures Poëta noster fabulas ante Andriam. — *Operam abutitur.*] Large utitur opera seu multam operam impendit. Cic. Famil. IX. 6. *Quae igitur studia, magnorum hominum sententia, vacationem habent etiam publici muneris, iis concedente republica cur non* abutamur? Fam. X. 15. *Obsequioque meo, si ita faceret, ad omnes res* abuteretur.

6. *Qui.*] Errat Donatus. Manifeste pronomen est. Sic Eun. Prol. 27. Plaut. Bacchid. I. 1. 58. *Sumne autem nihili,* qui *nequeam ingenio moderari meo? — Malevoli veteris poëtae.*] Idem convicium est Heaut. Prol. 22. et Phorm. Prol. 14.

7. *Maledictis.*] Sic Phorm. Prol. 3. et 16. Sed contra 21. Benedictis *si certasset, audisset bene.* De constructione vocabuli vid. Cellar. Antib. 230. et Cur. Poster. 235.

Nunc, quám rem vitio dént, quaeso animum advórtite.
Menánder fecit *Andriam* et *Perínthiam:*
Qui utrámvis recte nórit, ambas nóverit. 10
Non íta dissimili sunt argumento, séd tamen

Vers. 10. Bentl. *et tamen*, quia *argumentum* secundam producit. Hermannus in disputat. de Bentleii edit. Terentii *attamen* vel *tamen* legendum censet, non *et tamen*.

---

rentio. Et eleganter, *malevoli veteris poëtae maledictis:* commendatio poëtae a persona adversarii. *Respondeat.*] Excusatio respondentis, quod non obsistat, sed respondeat. — 8. *Nunc quam rem vitio dent.*] Utrum, *nunc animadvertite*, an, *nunc vitio dent?* Et oratorie quasi multos facit, cum unum supra dixerit. Ut *Virgilius: Desiste manum committere Teucris.* — *Nunc quam rem vitio.*] Propositio est. — *Quam.*] Qualem. *Vitio dent.*] Vituperent, culpent. *Vituperare*, est mala vitio dare, et etiam bona. *Advortite.*] Legitur et *attendite.* Unde manifestum est, et *advortite*, et *attendite*, non esse plenum, nisi addideris *animum.* — 9. *Menander fecit Andriam.*] Narratio est. Et proprie *fecit*, scribit enim *Terentius*, qui etiam argumentum componit. Sed saepe ad laudem *Terentii*, *fecit*, pro eo, quod est, transtulit. — 10. *Utramvis.*] Prima scena Perinthiae pene iisdem verbis, quibus Andria, scripta est; caetera dissimilia sunt, exceptis duobus locis, altero ad versus XL. altero ad versus XX., qui in utraque fabula positi sunt. *Qui norit unam, ambas noverit.*] Omnem rem uno versu noverit. *Utramvis.*] Deest *harum.* — 11. *Non ita dissimili sunt.*] Ordo, *Ita non sunt.* Ergo *ita* subdistinguendum. *Non ita dissimili sunt argumento.*] *Ita*, pro valde; et caute: potuit enim

---

8. *Vitio dent.*] Adelph. Prol. 3. et III. 3. 64.

9. *Menander.*] Vide Quinctil. Inst. Orat. X. 1. — *Andriam et Perinthiam.*] Utramque a mulieribus dictam: illam ab ea, quae ex Andro insula; hanc ab ea, quae ex Perintho, Thraciae oppido, venerat Athenas.

10. *Qui utramvis recte norit, ambas noverit.*] Sic Phorm. II. 1. 35. *Unum cognoris, omnes noris.*

11. *Non ita dissimili.*] *Emphasin* voc. *ita* recte observat Donatus. Sic Nepos Pelop. cap. 2. *Non* ita *magnis copiis.* — [*Ita* tanquam augendi particula ponitur pro valde, admodum. Nepos in Pelop. c. 2. *Magnae saepe res non ita magnis copiis sunt gestae.* Liv. IV. 12. 9. *Haud ita multum frumenti advectum est*, ubi vid. Drakenborchius. Praeterea in his verbis *quidem* per ellipsin omittitur, cui respondet *sed tamen.* Liv. VII. 30. 17. *Non loquor apud recusantem iusta bella populum, sed tamen*, ubi vid. Interpretes.] — *Sed tamen.*]

Dissimili oratióne sunt factae ác stilo.
Quae cónvenere in Andriam ex Perínthia
Fatétur transtulisse, atque usum pró suis.

V. 18. Bentl. *ex Perinthia hic*, ut *hic* intelligatur auctor Terentius. Hermannus l. c. recte *hic* omitti arbitratur, quia dubium non sit, de quo sermo sit. Cfr. prolog. Eunuch. v. 31. Phorm. v. 4. Heaut. v. 11.

---

dici, Quomodo ergo sunt duae *dissimili oratione*? *Ita.*] Ne *Menandrum* culpare videatur, *Ita* adiunxit, quod laudis est. *Sed tamen.*] Discretio est a superioribus, et est *ἀνακόλουθον*; non enim supra posuit *quidem*. — 12. *Oratione ac stilo.*] *Oratio* in sensu est, *stilus* in verbis. *Oratio* ad res refertur, *stilus* ad verba. *Stilus* non est in tempore, sed prolata oratione. *Oratio* autem est in cogitatione, et in prolatu. *Orationem* in sententiis dicunt esse, *stilum* in verbis, argumentum in rebus. Ergo in poëmate *oratio* est. — 13. *Quae convenere in Andriam.*] Apparet, non de industria, sed casu esse translata ea, quae de *Perinthia* in *Andriam* eodem sensu, iisdem verbis perscripta fuerunt. *Quae convenere in Andriam.*] Unam ergo, non duas transtulit. *Quae convenere in Andriam.*] Quae apta et commoda fuerunt in Andriam Latinam, non Graecam, fatetur transtulisse. Sed quare se onerat *Terentius*, cum possit videri de una transtulisse? Sic solvitur: Quia conscius sibi est, primam scenam de *Pe-*

Ita dixit, non praecedente *quidem*, vel *etsi*, uti infra I. 1. 67. et Phaed. IV. 5. 4. *Aegre recepti*, tamen *evaserunt necem.*

12. *Oratione ac stilo.*] *Ἐν διὰ δυοῖν.* Sic Phorm. Prol. 5. *Tenui esse* oratione et scriptura *levi.* Id igitur vult, Andriam et Perinthiam non valde dissimili oratione esse scriptas. [Donatus orationem in sensu, stilum in verbis esse putat. Graeci orationem *διάνοιαν* vocant, stilum *λέξιν.* Sed Cl. Heusingerus ad Nepotis fragmenta, Mallio Theodoro de Metris subiecta, p. 150. orationem accipit de scribendi facultate ac forma. Ut hic *oratio* et *stilus*, sic in Phorm. prol. v. 5. iunguntur *orasio* et *scriptura.*]

13. *Quae convenere in Andriam.*] Optime ita distinxit, et explicuit Donatus. Eodem sensu dixit Heaut. V. 1. 3. In me *quidvis harum rerum* convenit. Cicero pro Rosc. 23. *Erat porro nemo*, in quem *ea suspicio* conveniret.

14. *Transtulisse.*] Subaudi, *in Andriam suam.* Sic Eun. Prol. 31. Cicero Famil. III. 8. *Ut de tuo edicto totidem verbis* transferrem *in meum.* Suet. Ner. 52. *Ut facile appareret, non* translatos, *aut dictante aliquo exceptos, sed plane quasi a cogitante atque generante exaratos.* — *Usum pro suis.*] Ita Cicero Offic. III. 14. *Venalis quidem se horsos non habere, sed liceve* uti *Canis, si vellet*, ut suis.

Id isti vituperant factum; atque in eo disputant, 15
Contáminari nón decere fábulas.

rustica esse translatam, ubi senex ita cum uxore loquitur, ut apud *Terentium* cum liberto: at in Andria *Menandri* solus senex est. — 15. *Id isti vituperant factum.*] *Isti*, ad reprehensionem sumitur personae: interdum rei reprehensionem significat: ut *Virgilius*: --*Quid petis istis? Vituperant.*] Vitium rei parant. *Disputant.*] Immorantur, calumniantur, argumentantur. — 16. *Contaminari.*] Proprie *contaminare* est, manibus luto plenis aliquid attingere. Et *contaminare* attingere est et polluere. *Virgilius*: *Linquere pollutum hospitium*, id est, contaminatum. *Contaminari.*] Tangi et relinqui polluta manu, ac per hoc velut foedari aut maculari, ut ipse ait: *Ne hoc gaudium contaminet vitam aegritudine aliqua. Contaminari non decere.*] Id est, ex multis unam non decere facere.

---

15. *In eo disputant.*] Varie *Disputandi* vocabulo utuntur scriptores. *Putare* quidem quid proprie et analogice sit, docet Gellius, Noct. Attic. VI. 5. *Disputare* et ad cogitationem solam refertur; Plaut. Mostell. I. 2. 3. *In meo corde, si quod est mihi cor, Eam rem volutavi, et diu* disputavi. h. e. consideravi; et ad sermonem unius tantum, nullo contradicente. Ita Cicero saepe. Sed et multa verba de re facere *disputare* est. Cicero Famil. III. 8. Disputabant; *ego contra disserebam: dicebant; ego negabam.* Sed, *in eo disputant*, rarior est locutio. [*Disputant* i. e. de ea re sermonem serunt, de ea re multum loquuntur. Cic. ad. Div. III. 8. *Iam non tam mihi videntur iniuriam facere, si quid haec disputant, quam si cuius aures ad hanc disputationem patent. Disputare* apud veteres non est contendere verbis cum aliquo, ut nunc in ore est omnium, sed disserere sine ulla contentione, sive sermonem habere de aliqua re. Vid. Graevium ad Cic. de Off. III. 3. Rarior est structura *disputare in aliqua re*, usitatior *disputare rem*, *de re* vel *ad rem*, ut est apud Cic. Tusc. Disp. III. 9. et Lactant. VI. 22.]

16. *Contaminari.*] Hoc loco valet *mutilari*; quod bellissimum est ex singulis fabulis carpendo, et iunctim in unam novam transferendo. Ita plane Heaut. Prol. 17. Itaque Cicero Top. 18. *integra* opponit *contaminatis*. Et quae Horatius Carm. I. 37. 9. de *Contaminato* grege turpium virorum dicit, de spadonibus intelligenda sunt. Atque ita explicat Burmannus ad Phaed. III. 11. 5. [Hoc verbum vulgo inepte ducunt a graeco τέμνω, quum derivandum sit ab antiquo *tago*, pro quo posterior aetas dixit *tango*, ut pro *clago clango*, *frago frango*, *pago pango*, *plago plango*. A *tago* analogice formatur *tagimen*, contracte *tamen*, unde verbum *tamino*; *contamino* igitur primaria et nativa significatione dicitur pro tango, contrecto, misceo; sed quia miscendo saepe aliquid corrumpitur et polluitur, etiam corrumpendi et foedandi

Faciúnt, nae, intelligéndo, ut nihil intélligant;
Qui cum húnc accusant, Naévium, Plautum, Ennium
Accúsant; quos hic nóster auctorés habet:

— 17. *Faciunt ne.*] *Ne* quidam corripiunt et cum interrogatione pronunciant; quidam producunt. Quorum alii *ne* pro *nec* accipiunt, id est, non: alii *ne* pro valde, nimis, multum, plurimum, ut: *Ne ego homo sum infelix.* Et *Cicero*: *Ne illi vehementer errant.* [V. Bentlei., qui legit *faciuntne* versum accipiens per interrogationem.] Et hoc melius: nam statim infert: — 18. *Qui cum hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium Accusant.*] In singulis magna Emphasis auctoritatis: sed ordo non est servatus. *Ennius* namque ante *Plautum* fuit: sed quod est summae auctoritatis, *Ennium* ultimum dixit. *Qui cum hunc.*] *Terentium*, inquit, specialiter accusantes, nesciunt se bonis omnibus maledicere, quos ille imitatur. Et

---

potestatem accepit. *Contaminari* fabulae dicuntur, quum sic commiscentur, ut ex pluribus fiat una. Heaut. prol. v. 17. *Multas contaminasse Graecas, dum facit paucas Latinas.* Hoc verbum explicat Burmann. ad Phaedr. III. 11. 5., sed accuratius et distinctius I. M. Gesner. in comment. Acad. Gotting. Tom. III. p. 252.]

17. *Faciunt, nae, intelligendo, ut nihil intelligant.*] Sensus est, *intelligendo nihil intelligunt.* Sic Heaut. II. 2. 3. Qui usus verbi *Facio* Ciceroni est familiaris, quanquam παλιλογίας speciem habet. Simile autem ὀξύμωρον est infra II. 1. 14. et Eun. I 1. 18. Horat. Carm. I. 34. 2. Insanientis *dum* sapientiae *Consultus erro.* [*Faciunt nae intelligendo ut nihil intellegant*, profecto, h. e. dum valde intelligentes et sapientes videri volunt, ostendunt se nihil intelligere. Sed veteres quidam Grammatici apud Donatum et magnus Bentleius *nae* sine diphthongo scribunt et locum cum interrogatione proferunt; quae interrogatio habet vim vehementer negandi; atque haec ratio praeferenda videtur. Ceterum Terentius hoc ὀξύμωρον expresit ex Menandro, in cuius fragm. p. 236. est μάταιός ἐστι καὶ φρονῶν οὐδὲν φρονεῖ. Simile illud in Eun. I. 1. 18. *Ut cum ratione insanias.* Vid. Bernard. Martinum Var. Lect. III. 10. p. 150.]

18. *Naevium, Plautum, Ennium accusant.*] Hos speciatim laudat, qui antehac placuerant populo, ut tanto maiorem invidiam faciat veteri malevolo Poëtae, qui, quod tales viri fecissent, calumniari in Terentio non erubescat.

19. *Auctores habet.*] Eodem fere sensu dixit Heaut. Prol. 20. *Habet bonorum exemplum, quo exemplo sibi Licere id facere, quod illi fecerunt, putat.* Horat. Sat. I. 4. 122. *Habes* auctorem, *quo faciae hoc.* Ita cuius sententiam sequebantur Senatores, proprie sententiae *auctor* dicebatur. Cort. ad Cic. Fam. XV. 4. [*Auctores* sunt, qui exemplum rei faciundae dant, qui aliquid facere praecipiunt exemplo

Quorum aemulari exóptat negligéntiam 20
Potiús quam istorum obscúram diligéntiam.
Dehinc út quiescant, pórro moneo, et désinant
Maledícere, malefácta ne noscánt sua.
Favéte, adeste aequo ánimo, et rem cognóscite,

argumentum est ab exemplo et auctoritate. — 22. *Dehinc ut quiescant.*] Recte; nam *quiescere* ille dicitur, qui est insolens et inquietus. *Porro.*] In futurum, dixit. *Moneo.*] Terribiliter dixit. *Cicero*: *Moneo, praedico, ante denuncio.* Liberatus culpa etiam terret, alibi etiam criminaturus adversarios. — 24. *Favete.*] Iam ad auditores convertitur, a quibus favorem captat. *Favete.*] Quasi dicat, Hoc adversarii faciunt. Vos autem, quod in vobis est, *favete.* Vos ergo favorem facite. Et *adeste*, non ut absentibus dicit; quippe qui corporibus praesto erant: sed, intenti estote, favete, silete. Sic et Pontifices dicunt, *Favete linguis. Favete verbis.* Unde *Virgilius*: *Ore favete omnes. Adeste.*] Animis scilicet auxilium prae-

---

suo. Cic. Acad. II. 2. *Nec litterarum Graecarum, nec philosophiae iam ullum auctorem requiro*, sc. quum Africanum et Catonem habeam, qui didicerunt. Horat. Serm. I. 4. 122. *Habes auctorem, quo facias hoc.* Paullum diverso sensu Liv. XXII. 7. *Fabium huiusce belli potissimum auctorem habui.* Vid. Interpretes ad Liv. II. 66. 6.]

20. *Aemulari.*] Proprie de rivalibus. Sic Eun. II. 1. 7. Sed hoc loco est *imitari.* Horat. Carm. IV. 2. 1. *Pindarum quisque studet* aemulari. [*Negligere* et *negligentia* non semper sunt vitiosa, sed de iis etiam dicuntur, quae scienter et consulto praetermittimus. Adelph. prol. 14. *An locum reprehensum, qui praeteritus negligentia est.*]

21. *Obscuram diligentiam.*] Intelligit ignobilem, nec magnopere monumentis dignam. Cicero, Partit. Orat. 10. *Loci*, obscuri *an rerum gestarum vestigiis nobilitati.* Forte etiam orationem et stilum veteris poëtae notat obscuriorem. Cic. Divin. II. 64. *Quid?* Poëta *nemo, nemo physicus* obscurus? *Ille vero nimis etiam* obscurus *Euphorion, at non Homerus.*

22. *Quiescant.*] Sileant. Auctor ad Herenn. IV. 54. Quiesce tu, *cuius pater subito se emungere solebat.* [*Quiescant* i. e. nullas turbas moveant. Liv. IV. 49. *Malum quidem militibus meis, nisi quieverint.* Ita *inquietus* est seditiosus. Liv. III. 46. *Inquietum hominem.* Vid. Interpretes ad Liv. XLV. 37. 2.] — *Moneo.*] Comminandi vim habet. Ita Eun. Prol. 16. Cicero Catil. II. 9. *Sed eos hoc* moneo, *desinant furere.* Martial. IX. 11. 4. *Deponas animos truces*, monemus.

24. *Adeste.*] Causarum patroni *adesse* clientibus dicuntur. Phorm. II. 3. 3. Sic et arbitri. Sic Heaut. Prol. 35. Cic. Nat. Deor. I. 6. *Sed ut adsint*, cognoscant, *animadvertant, qui existimandum sit.*

Ut pérnoscatis, écquid spei si rélliquum: 25
Posthác quas faciet de íntegro Comoédias,
Spectándae, an exigéndae sint vobís prius.

bete: ut advocatus reo dicitur *adesse*. *Adeste aequo animo.*] Ab honesto. *Et rem cognoscite.*] A iusto. *Cognoscite.*] Pernoscite. Sic dixit, *Cognoscite ut pernoscatis*, quemadmodum in Hecyra: *Orator ad vos venio ornatu prologi, Sinite exorator ut sim.* — 25. *Ut pernoscatis.*] Ab utili. *Relliquum.*] Sunt qui pro *relliquorum* accipiunt: ut sit sensus, *de hac fabula sumite specimen, ut sciatis, an caeterae vobis spectandae sint.* Nam postmodum dictum alio prologo, *Alias cognostis eius, quaeso hanc noscite. Relliquum.*] Quasi diceret, postremum. Ergo adverbium est, id est, τὸ λοιπόν. Sed sive *hoc relliquum* dicit, sive *relliquum* pro *relliquorum*, geminato *ll* scribitur. — 26. *De integro.*] Utrum, *denuo, an, ex integris Graecis? Quas faciet comoedias.*] Syllepsis, ut supra, ad verbum enim *faciet* declinavit, non ad *spectandae sint.* — 27. *Spectandae.*] Proprie, ut fabulae, id est, probandae. *Exigendae.*] Excludendae.

---

25. *Ecquid spei.*] Sic Phorm. III. 1. 10. ἐλπὶς et ἐλπίζειν, *spes* et *sperare* de exspectatione passim sumuntur. Unde *praeter spem* notat, praeter exspectationem. Sic infra II. 6. 5. IV. 1. 55. Adelph. V. 3. 29. Phorm. II. 1. 9. 16. 21. V. 8. 59.

26. *De integro.*] Ita Heaut. IV. 2. 7. Adelph. I. 2. 73. Phorm. I. 3. 22. Sed *ab integro* Virgilius Ecl. IV. 5. *ex integro* Iustinus II. 15. dixerunt pro *denuo*.

27. *Spectandae.*] Proprie; unde *Spectatores* dicti. Sensus autem est: An spectandae prius sint, h. e. perspectandae, seu ad finem spectandae, ut Hec. Prol. I. 3. et 12., an exigendae seu explodendae. Hec. Prol. II. 4. et 7. — [*Exigi* fabula proprie dicitur, quum repudiatur, improbatur, quum spectatores strepitu pedum significant, eam sibi displicere; unde etiam proprium hac in re verbum est *explodere*. Hec. prol. alt. v. 4. *Novas qui exactas feci, ut inveterascerent.* Ipse actor etiam *exigi* dicitur in eodem prologo v. 7. — Dura est ratio Perizonii ad Sanct. Min. IV. 11. p. 722. *prius* ad *pernoscatis* per synchysin referentis. *Prius* h. l. significat *potius, magis*, ut in nota formula, *nihil prius et antiquius habere.* Eun. I. 1. 5. *Si quidem hercle possis, nihil prius neque fortius.* Vid. Graevium et Dukerum ad Flor. I. 16. p. 132. et seq. ed. 1744.]

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

SIMO *senex*, SOSIA *libertus.*

Si. Vos ísthaec intro auférte: abite. Sósia,
Adésdum: paucis té volo. *So.* Dictúm puta:

Vos isthaec intro auferte.] *In hac scena haec virtus est, ut argumenti narratio actio scenica videatur, ut sine fastidio longus sermo sit, ac senilis oratio. Vos isthaec.*] *Haec scena pro argumenti narratione proponitur, in qua fundamenta fabulae iaciuntur: ut virtute poëtae, sine officio prologi, vel θεῶν ἀπὸ μηχανῆς, et periocham comoediae populus teneat, et res agi magis, quam narrari videatur.*

1. *Vos isthaec intro auferte: abite.*] Molliter, retenturus et experturus Sosiam imperat ut remaneat. Addit etiam causam aliis abeundi, dicendo *Isthaec intro auferte*: ne suspicionem iniiciat, Sosiam communicandi secreti causa remansisse. Et bene, *Auferte. Auferimus* enim ea, quae cum fastidio cernimus: *Ferimus* ea, quae cum honore tractamus. Deinde quasi respicientes increpat, dicendo *Abite. Abite.*] Concitatius legendum est: quia et respectantes properant, et discernit a Sosia. Sosiae persona protatica est: non enim usque ad finem perseverat; ut est Davi in Phormione, in Hecyra Philotidis et Syrae. — 2. *Adesdum.*] *Ades*, imperativum est, *dum παρέλκον*: est enim productio, et adiectio syllabae: ut *Ehodum ad me. Paucis te volo.*] Deest *colloqui verbis:* et est figura ellipsis. *Dictum puta.*] Ad hoc respondet, ut agi res videatur, quemadmodum supra diximus. — 3. *Nempe ut curentur.*] Diligenter coquan-

---

1. *Vos isthaec intro auferte.*] Cibaria vulgo intelligunt, nuptiis adparandis coëmta; sed videntur obstare quae narrat Davus infra II. 2. 32. quaeque minime conveniebant nuptiis. Num ergo onera, merces, aulaea, tigna eidem rei saltem in speciem destinata fuerint, non liquet. — *Abite.*) Pacuvius, Teucro: *Facessite hinc omnes. Parumper tu mane.*

2. *Paucis te volo.*] Ita infra II. 2. 8. III. 3. 4. *Dictum puta.*] Ita Cicero Famil. XII. 29. *Quae verba desideret, iis me omnibus* usum putato. Eleganter Ovidius nostrum imitatur, Metam. IV. 476. Facta puta, *quaecunque iubes.*

Nempe út curentur récte haec. *Si.* Immo aliúd. *So.*
Quid est,
Quod tíbi mea ars efficere hoc possit ámplius?
Si. Nihil ístac opus est árte ad hanc rem quám paro; 5
Sed ís, quas semper ín te intellexí sitas,
Fide ét taciturnitáte. *So.* Exspecto quíd velis.
Si. Ego póstquam te emi, a párvulo ut sempér tibi

tur. *Curatio*, proprie medicorum est: *cura*, reliquorum: sed coquina medicinae famulatrix est. *Haec.*] Δεικτικῶς. *Nempe ut curentur.*] Deest *vis:* ut sit, *nempe vis. Immo aliud.*) Bene ἀντίθημεν τὸ *Immo:* et deest *volo.* — 4. *Mea ars.*] *Ars* ἀπὸ τῆς ἀρετῆς dicta est per syncopam; ἀρετὴ autem virtus est. Virtutis vero quatuor generales sunt partes: Prudentia, Iustitia, Fortitudo, et Temperantia, sed Prudentia in multis rebus descendit. *Efficere.*] *Facere*, est in opere esse: sed *efficere*, perfectionem designat. — 5. *Nihil istac opus est arte.*] Mire ait: *arte opus* non est, sed *opus est artibus.* — 6. *Sed his quas semper in te intellexi sitas.*] Ipse hic signatissime ostendit, multas variasque artes esse, id est, ἀρετὰς, quae virtutes intelliguntur. *Sed his.*] Zeugma, a superiore, quod subauditur, *artibus. Sitas.*] constitutas, positas. — 7. *Fide et taciturnitate.*] *Fides*, est commendatorum fida executio, vel observantia: *Taciturnitas* vero, observantiae genus, in silentio constituta, et in celando secreta. Quaerit autem taciturnitatem, ne prodat Pamphilo secretum, quod ei commendaturus est. *Fidem*, ad complenda: *taciturnitatem*, ad celanda mandata. *Exspecto.*] *Exspecto*, desidero: ut *Virgilius*: *Exspectate venis. Quid velis*, Deest, *scire*: nam si dixisset, *quod velis*, nihil desiderasset. — 8. *Ego postquam.*] Commendatio personae potius, quam servi: ne contra filium levi servo aliquid committi indecore videatur. *Te emi a parvulo.*] Tale est, *Parvulum ego te Iugurtha*, apud *Sallust. A parvulo.*] Non enim a parvo, sed *a parvulo. Scis.*] Hoc est, a parvulo scis. *Semper.*] Conti-

---

3. *Curentur.*] Quia de eduliis non cepimus *Isthaec*, placet *Curentur* hic accipi de quocunque negotio, quod conficiendum suscipit Sosia. Quanquam speciatim medici, duces, et coqui *curare* dicuntur. — *Immo.*] Corrigendi et negandi etiam vim habet. Sic Enn. II. 3. 63. Phorm. III. 2. 43.

4. *Ars.*] Intelligit expeditam agendi facultatem. Quamquam Simo mox pro ipsa virtute accipit. Quod et Horatius facit, iustitiam et constantiam in proposito *artem* vocans, Carm. III. 3. 9. Adde Donatum.

8. *A Parvulo.*] Sic Adelph. I. 2. 23. infra III. 3. 7. *A pueris*

Apúd me justa et clémens fuerit sérvitus
Scis; féci, e servo ut ésses libertús mihi, 10

nuationem significat *semper*. — 9. *Iusta et clemens.*] Ita dixit *iusta*, ut alibi: *Non necesse habeo omnia pro meo iure agere.* Quid enim non iustum domino in servum? *Iusta*, in qua nihil iniquum iubetur: *Clemens*, in qua etiam de iusto multum remittitur. *Apud me iusta.*] Id est, moderata, aequalis, cui contrarium ait *Virgilius*: „*Et iniquo pondere rastri.* Et: *Iniusto sub face viam dum carpit.*“ Nam qui *iustam*, debitam nunc dici putant, nihil afferunt ad iuvandam sententiam. *Clemens fuerit servitus.*] Libertatem imputaturus, *clementem* intulit *servitutem*. *Servitus.*] Mire *servitutem* pro dominatu posuit. Sic *Sallustius*, *Dein servili imperio P. C.* — 10. *Feci e servo ut esses Libertus mihi.*] Dulcem libertatem fecit operatione et tractatione verborum, dicendo, *e servo libertum*: non enim tantam haberet gratiam, si dixisset, *feci libertus ut esses*, quam si dicat, *feci e servo ut esses libertus.* Ac si quis dicat, *feci ut esses sanus*, non tantam haberet gratiam, quam si dicat, *feci ut ex aegro sanus esses.* Et *mihi*, emphasin habet: quo *mihi* libertus factus sis, non filio. Aut ideo *mihi* additum est, quia *libertus* ad aliquid dicitur. Et bene *mihi*, non *filio*, ne pertimesceret filium, cui nec liberti munus debeat. *E servo.*] Mire addit *e servo*: ut vim beneficii exprimeret. — *Scis; feci e servo ut esses libertus mihi.*] Hinc *Virgilius*: *Nympha, decus fluviorum, animo gratissima nostro, Scis, ut te cunctis unam, quaecumque Latinae Magnanimi iovis, ingratum ascendere cubile, Praetulerim, coelique libens in parte locarim.*

Heaut. II. 1. 2. *A pueris.* Adelph. III. 4. 48. *A pueris parvulis.* Adelph. V. 9. 5. *Usque a pueris.* Cic. Famil. I. 6. *A teneris unguiculis.* Horat. Carm. III. 6. 24. *de tenero ungui.* Quod Graeci dicunt: ἐκ νέου, ἐκ νηπίου, ἐκ παιδαρίου, ἐξ ἁπαλῶν ὀνύχων.

9. *Iusta et clemens servitus.*] Hoc est, aequa et tolerabilis. Utrumque non tantum de hominibus ipsis, sed et de conditione hominum dicitur. Iustin. XI. 1. Iniusta servitute *oppressi ad spem se libertatis erigebant.* Ita *Clementem vitam* dixit Noster, Adelph. I. 1. 17. [*Iusta servitus* i. e. tolerabilis, non dura. Cic. ad Div. I. 4. *Acerbum habuimus Curionem, Bibulum multo iustiorem.* Curt. IV. 10. *Tam iustus hostis, tam misericors victor.* Contra *iniustus* est durus, gravis. Virg. Ecl. III. 33. *Iniusta noverca.* Ovid. Met. IV. 670. *Iniustus iusserat Ammon.* Iustin. XI. 1. *Iniusta servitute oppressi.* Et sic *iniustitia* dicitur pro duritie. Heaut. I. 1. 82. Vid. Gronov. ad Quinctil. Decl. III. 16. p. 72.]

10. *Feci, e servo ut esses libertus mihi.*] Expressit Menandri illud: Ἐγώ σε δοῦλον ὄντα' ἐλεύθερον. *Ego te servum existentem feci liberum.* Dixit vero, *E servo libertus*, uti Virgilius Aend. X. 221. *Nymphasque e navibus esse.*

Propterea quod serviebas liberaliter.
Quod habui summum pretium, persolvi tibi.
So. **In memoria habeo.** ***Si.*** **Haud muto factum.** ***So.*** **Gaudeo,**

V. 12. Bentlei. corr. *Si. Haud muto. So. factum gaudeo.* Non placet.

rim. — 11. *Liberaliter.*] Bene: quia omne bonum libero aptum est, malum servo. Idem alibi, *Factum a vobis duriter, immisericorditerque: atque etiam si est, pater, dicendum magis aperte, illiberaliter.* Et bene admonuit, cur dederit beneficium, eadem et nunc officia quaesiturus. Nunc enim dicit artificiose, quia supra ait, *nihil istac opus est arte. Serviebas.*] Bene imperfecto tempore, non perfecto usus est: ut ostendat, eum potuisse sibi etiam atque etiam servire: quale est illud *Virg. Atque omnes pelagique minas, coelique ferebat Invalidus.* Ut ostendat eum, quamvis invalidus esset, tamen adhuc potuisse laborem exercitiumque ferre. — 12. *Summum pretium.*] Libertatem dicit. *Persolvi tibi.*] Quia *pretium* dixerat, *persolvi* dixit proprie. *Persolvi sibi.*] Modeste pretium redditum dixit, non beneficium erogatum. — 13. *In memoria habeo.*] Hoc est, non sum ingratus. Plus dixit, *in memoria habeo*, quam si dixisset, *scio.* Nam quae scimus, possumus oblivisci: quae vero memoriae commendamus, nunquam amittimus. *Haud muto factum.*] Vetuste: non me poenitet; nam si quid poeniteret, *infectum velle* dicebant. An secundum ius, quod adversus libertos ingratos est, ut in servitutem revocentur? sed hoc non convenit senem dicere. Legitur et *Multo*, hoc est, damno, reprehendo; quod si est, sic intelligitur, non nollem factum. Nemo enim potest factum infectum reddere. Sed adverbialiter dixit: ut dicimus, *nollem factum, nollem huc exitum.* Ergo *haud muto fac-*

11. *Serviebas liberaliter.*] Legerat apud Menandrum: Ἐλευθέρως δούλευε, δοῦλος οὐκ ἔσῃ. *Liberaliter servito, servus non eris.* Et vere *liberaliter*, ut decet hominem honestum et liberum. Ita Adelph. V. 5. 5. Servum *haud* illiberalem *praebes te.* [*Serviebas* legendum τοιουλάβως, nisi cum Bentleio scribere malis *servibas*, quod sane praestat. St.]

12. *Summum pretium.*] Quia, teste Cicerone, Philipp. II. 44. *Servitus postremum malorum omnium.* Ita Ovidius, Trist. V. 14. 14. de famae celebritate: *Quo dare nil potui munere maius, habes.* [*Pretium* i. e. praemium, mercedem. Liv. XXIV. 15. *Capita hostium pretia libertati facta.* Phaedr. I. 8. 1. *Qui pretium meriti ab improbis desiderat.* Iustin. 1. 7. *Caedes Candauli nuptiarum pretium fuit.* Vid. Gronov. Observ. II. 25. et Heinsium ad Ovid. Ep. VI. 146.]

13. *In memoria habeo.*] Ita Eun. I. 2. 90. Plautus Poen. V. 4. 108. *facito*, in memoriam habeas. Caesar Lib. de Analogia, apud Gell. I. 10. Habe *semper* in memoria *atque in pectore.* Recte de grato

Si tibi quid feci, aut fácio, quod placeát, Simo;
Et id grátum fuisse advórsum te, habeo grátiam.
Sed hoc míhi molestumst: nam ísthaec commemorátio

tum, non poenitet me facti. — 14. *Si tibi quid feci, aut facio.*] Et fecisse se, et adhuc facere ostendit, quamvis eum manumisisset. *Gaudeo si tibi quid feci, aut facio, quod placeat.*] Felicitatis est, ut ea quae facta et facienda sunt, grata sint. *Quid*, pro, aliquid. — 15. *Advorsum te.*] Apud te, et penes te. [Sic Non. Marcell. c. 4. p. 615. Priscian. XVIII. p. 1182, ed. Putsch.] *Advorsum* sine dubio praepositio est. *Advorsus* participium potest esse, ab eo quod est *advorto*, sicut alibi. Ergo *advorsum te* dixit, quod apud

---

animo explicat Donatus. Unde *memor et gratus* eleganter iunguntur Adelph. II. 2. 43. — *Haud muto factum.*] Recte explicat Donatus. Ita Plautus Bacchid. V. 2. 39. *ego quod dixi*, haud mutabo. De iure Attico et Romano in libertos ingratos vide Commentarium maiorem. Eodem porro sensu dixit Cicero, Fam. XIII. 36. *Caesar dixit, nihil esse, quod de Mega vereretur*; beneficium suum in eo manere. Et Iupiter ad Cytheream, Virg. Aen. I. 264. *neque me sententia vertit.*

14. *Tibi feci.*] Ita mox Vs. 85. et Eun. IV. 1. 10.

15. *Gratum fuisse advorsum te.*] Festus: *Advorsum aut contrarium significat, aut idem quod erga.* Ita infra I. 5. 30. Plautus Amph. III. 2. 55. *Iusiurandum verum* te advorsum *dedi.* Cicero, Famil. III. 13. *Eo brevior est haec epistola, et ut* adversus *magistrum morum, modestior.* [*Schopen.* Disput. crit. de Terent. p. 4. „Latini aequo ac nos *gratus* et *ingratus* de re et persona iuxta utuntur. — Dicit servus: *Gaudeo, si tibi quid feci aut facio, quod placeat, Simo, et id gratiam mihi retulisse apud te, habeo gratiam.*]

16. *Isthaec commemoratio. quasi exprobratio est immemoris beneficii.*] Cicero Famil. III. 5. *Perspecta fide* commemoratio *officiorum supervacanea est.* Et de Amicit. cap. 19. *Odiosum sane genus hominum officia* exprobrantium: *quae meminisse debet is, in quem collata sunt, non* commemorare, *qui contulit.* Adde Theophrastum, Charact. cap. 24. Videtur autem *exprobratio immemoris beneficii* esse exprobratio eius, vel facta in eum, qui est immemor beneficii. Ita cepit Eugraphius. Sed et ita cepisse videtur Donatus. [*Immemoris beneficii.* Bentleius aliique verissime legunt *immemori benefici.* Non enim beneficium immemor est, quod absurdum, sed homo ingratus immemor est beneficii. Casus, quem verbum *exprobrare* regit, iungitur nomini verbali *exprobratio*, ut saepe apud veteres Plaut. Amph. I. 3. 21. *Quid tibi hanc curatio est rem.* Caes. de B. G. 1. 5. *Domum reditionis spe sublata.* Liv. XXIII. 35. *Ne qua exprobratio cuiquam veteris fortunae discordiam inter ordines sereret*, ubi vid. Gronov. Add. Cl. Oudendorp. ad Caes. de B. G. V. 48. Modo diximus etiam legendum *benefici*, non *beneficii.* Nam veteres in nominibus

Quasi éxprobratio ést immemoris bénefici.
Quin tu úno verbo díc, quid est, quod mé velis.
Si. Ita fáciam; hoc primum in hác re praedicó tibi:
Quas crédis esse has, nón sunt verae núptiae.
So. Cur símulas igitur? *Si.* Rem ómnem a principio aúdies;

V. 17. Bentl. *immemori benefici.*

---

te. — 17. *Exprobratio.*] *Exprobratio* est commemoratio beneficii cum enumeratione factorum. *Quasi exprobratio.*] Recte ostendit, se in memoria habere. Sunt qui ad beneficium referunt, *immemor*: ut, *Memorem Iunonis ob iram*, ut sit sensus, isthaec commemoratio quasi est exprobratio immemoris beneficii, id est, cuius nemo meminerit. — 18. *Quin tu uno verbo.*] Uno verbo, ἀξιώματι, una sententia. Nam ἀξίωμα sententia est, vel enunciatio, uno verbo nexam continens et perfectam intelligentiam; ἀξίωμα enim constat ex nomine et verbo. Sed hic quod est ἀξίωμα? hoc est, *Has bene ut adsimules nuptias*: ergo omnis virtus adsimulatio est. *Quin tu uno verbo.*] Una sententia: ut in Adelphis: „*Non meum illud verbum facio, quod tu, Micio, Bene ac sapienter dixti dudum: vitium commune omnium est, Quod nimium ad rem in senecta attenti sumus.* Nam male intelligit qui putat, *adsimiles verbum* significare. — 19. *Ita faciam.*] Hoc est: uno verbo dicam; et quod verbum promittit, ibi dicit, *Nunc tuum officium est, has bene ut adsimules nuptias.* — 20. *Quas credis esse has.*] Syllepsis. — 21. *Cur simulas igitur?*]

---

substantivis, quae in *ius* et *ium* exirent, semper genitivum *i* simplici efferebant. Id quum ex Nigidio Figulo apud Gell. XIII. 25., tum ex metri rationibus primus egregie demonstravit Bentleius ad Andr. II. 1. 20. Cuius rei mutatio demum facta est sub Augusti senescentis aetatem; itaque geminum *i* iam frequentavit Ovidius.]

19. *Hoc primum in hac re praedico tibi.*] Dicit, *hoc primum*, nec postea quidquam adfert, quod secundo loco, atque ita porro dictum videatur. Plane uti Sinon apud Virgilium, Aen. II. 79. Non autem futura tantum *praedici* dicuntur, sed et quae in narrando praemittuntur. Cicero, Catil. IV. 3. *Illa* praedicam, *quae sunt Consulis.* Seneca, Epist. 102. *Nisi aliquid* praedixero, *intelligi non poterunt, quae refellentur.*]

20. *Quas credis esse has, non sunt verae nuptiae.*] Iac. Perizonius ad Sanctii Minerv. II. 9. 1. ita construit, et interpretatur, *Nuptiae non sunt verae, quas* seu *quales credis esse has nuptias.* Optimo sensu et ratione. [Imo est attractio pro: *hae nuptiae, quas credis esse, non sunt verae nuptiae.*]

Eo pácto et gnati vitam, et consilium meum
Cognósces; et quid fácere in hac re té velim.
Nam is póstquam excessit éx ephebis, Sósia, ac
Libérius vivendi fuit potestas: nam ántea

Vers. 24. Bentl. *Sosia ac.* V. 25. *Libera vivendi fuit potestas.*

Virgilius: *Et quae tanta fuit Romam tibi causa videndi?* — 22. *Eo pacto.*] *Pacto*, modo, quoniam antecedit pactum, modus sequitur. Ergo ab eo quod praecedit, id quod sequitur, dicit: — *Et gnati vitam, et consilium meum cognosces; et quid facere in hac re.*] Nam istae divisiones sunt. *Gnati vitam:* quoniam dicturus est, *Et nunc id operam do. Et quid facere in hac re te velim:* quia dicturus est, *Nunc tuum est officium.* — *Et gnati vitam, et consilium meum cognosces, et quid facere in hac re te velim.*] Tripartita distributio. *Et gnati vitam.* Vitam filii in duas partes dividit in narratione: in ante actam bonam, et praesentem malam. Et incipit mala ibi, *Interea mulier quaedam.* Et bene actae vitae narratio ad eam rem valet, ut ostendat, quam instus dolor patri sit ipse decepto. — 24. *Nam is.*] Necessario is positum pro nomine. *ἀναφορὰ* ad illud, *gnati vitam:* nam si non posuisset hoc pronomen, Sosia erat intelligendus. *Nam is.*] Pamphilus. *Postquam excessit ex ephebis.*] Argumenta per conjecturas. *Ex ephebis.*] *Ephebia* prima aetas adolescentiae est, adolescentia est extrema pueritiae. *Excessit ex.*] Cum sufficeret unum. — 25. *Liberius.*] *Liberius*, non est comparativus gradus: non enim potuit libere ante vivere, dum aetas, metus, magister prohibebant. Ergo deest *aliquanto:* ut sit, *aliquanto liberius. Liberius viven-*

---

22. *Eo pacto.*] Hunc et tres sequentes versus Cicero Inv. I. 23. laudat.

24. *Excesseit ex ephebis.*] Gr. Ἐξ ἐφήβων ἐγένετο. Ita Plautus Mercat. I. 1. 61. Ex ephebis *postquam* excesserit. Est vero ἔφηβος quasi ἐφ' ἥβῃ, pubertati proximus. Et Epheborum aetas maxime Gymnasiis dabatur. Suet. Aug. 98. Inde ἐφηβεῖον pars palaestrae. [De ephebia Atheniensium docte disputavit *Boeckh.* Catalog. Lectt. in Academ. Berolin. habendarum a. 1819., quae commentatio inserta est libro: *Neues Archiv für Philologie u. Paedagogik*, III. Jahrg. 3tes Heft, p. 78. sqq.]

25. *Liberius vivendi.*] Hoc est, licentius et magis dissolute, utpote amoto metu. Ovid. Trist. IV. 10. 27. Liberior *fratri sumta mihique* toga *est.* Nepos Themist 1. Liberius vivebat, *et rem familiarem negligebat.*

Qui scire posses, aut ingenium nóscere,
Dum aetás, metus, magister prohibebánt? *So.* Ita est.
***Si.* Quod plérique omnes fáciunt adolescéntuli,**

V. 27. Bentl. *Dum aut — cohibebant.* Verba *nam — Ita est* inclusit parenthesi. Vulgatam tuetur Schopen. l. c. p. 5. sqq. qui *vivendi* ut disyllabon pronuntiandum monuit.

---

di.] Deest *ei.* — 26. *Qui scire.*] *Scimus* quod certum est: *Noscimus* quae adhuc incerta desideramus. Idem alibi, *forma in tenebris nosci non quita est.* — 27. *Metus, magister.*] *Magister*, paedagogus. — *Ita est.*] Intercedit poëta, ne solus Simo loqueretur: caeterum non erat respondendi locus necessarius. — 28. *Quod plérique omnes.*] Haec adiectio dicitur, in primo posita loco. Adiectiones vero aut in prima parte orationis, aut in ultima adjiciuntur. Hic ergo *plerique* ex abundantia positum: *omnes* vero, necessário additum est. Et alibi, *Calesces plus satis.* In ultimo; sicut, *Interea loci, interibi.* Attendenda est sane locutio, *Quod plérique omnes.* Aut enim *quod* in *quae* vertendum est, ut sit, *Quae plérique omnes*, aut *quod* ad singula eorum studiorum adiungendum erit, *Equos alère, canes ad venandum.* Aut certe erit figurata locutio, ut est illud: *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quamplurimis, et minime multos laedere: In his Poëta hic nomen profitetur suum.* Et alibi, *Aperite actutum ostium. Plérique omnes faciunt.*] Ἀφαίρεσις est. Nam errant, qui *plerique* πλεῖστον intelligunt: aut qui subdistinguunt *plerique*, et sic inferunt *omnes*; hoc enim pro una parte orationis dixere veteres. Eodem modo Graeci πάμπολλα, et Latini *plus satis.* *Naevius* in bello Punico, *Plérique omnes subigúntur sub suum iudícium.* Figurate *Terentius. πλεῖστον ἀφ' ἑαυτοῦ. Quod plérique omnes faciunt*, pro, quae faciunt plerique adolescentuli. *Adolescentuli.*] Bene diminutive, ut pro-

---

27. *Aetas, metus, magister prohibebant.*] Cicero, Philipp. II. 36. *Te bonum timor faciebat, non diuturnus magister officii.* Et Famil. VI. 7. Caecina de filio suo: *Adolescens est; omnia excogitare vel studio, vel aetate, vel metu non potest.* Suet. Claud. 2. *Diu, atque etiam post tutelam receptam alieni arbitrii, et sub paedagogo fuit.* Exemplum eiusmodi ephebi, et paedagogicae austeritatis, habet Plautus Bacchid. III. 3. 17. [*Prohibere* est verbum disciplinae, qua adolescentes in officio continentur. Vid. Burmann. ad Calpurn. Ecl. IV. 20. *Magister* est praefectus epheborum, apud quem exercebantur et severa disciplina continebantur.]

28. *Plérique omnes.*] Ita Phorm. I. 3. 20. Caesar B. G. II. 30. Nep. Eum. cap. 12. Ita Graeci πλείονες πάντες: sed et Belgae, *maest alle.* Similis fere locutio sacra Psalm LXXXIX. 31. ubi כל רבים עמים notat *omnes multos populos.*

Ut ánimum ad aliquod stúdium adiungant, aút equos
Alere, aút canes ad vénandum, aut ad Philosophos: 30
Horum ílle nihil egrégie praeter caétera
Studébat; et tamen ómnia haec mediócriter.
Gaudébam. *So.* Non iniúria: nam id árbitror

V. 33. Bentl. *nam id ego arbitror.* Vitari enim a comicis trochaeum in quarta sede: neque *nam* sine elisione pronunciari, cum extra ictum sit. Tuetur vulgatam Schopen. l. c. p. 8. sqq. qui multis exemplis Bentleianum decretum confutavit.

---

pter aetatem facile ignoscatur. — 30. *Aut equos alere, aut canes ad venandum.*] Si et equos ad venandum alunt, quomodo et canes? quod multi docti improbant, et dicunt separata esse: et *ad venandum* extra orationem, pro ad venatum: ut *Venatum Aeneas, unaque miserrima Dido. Ad Philosophos.*] Ellipsis pulchra et familiaris Terentio. nam possumus subaudire *audiendos*, sive *sectandos. Ad Philosophos.*] Vitium est: quia dixit, *ad aliquod studium.* Aut si ad Philosophos, separanda locutio est, sic, *ut animum adiungant ad Philosophos.* — 31. *Horum ille nihil egregie.*] Est ergo figurativum: quod esset rectum, *Quae plerique omnes faciunt adolescentuli, horum ille nihil egregie praeter caetera studebat. Egregie.*] *Egregium* dicitur, quod ex grege eligitur, sed hic *egregie*, valde, nimis. Non est ergo ad laudem positum. Haec, inquit, ut caetera, similiter studebat. *Praeter caetera.*] Mediocriter; ergo non extenuavit rem, sed ad laudem retulit. — 33. *Gaudebam.*] Non dixit *laudabam*, sed *gaudebam. Laudat* enim etiam alienus: *Gaudet* qui pater est. *Non iniuria.*] Intempestive Sosia respondet: sed pruden-

---

29. *Aut equos alere, aut canes ad venandum.*] Multa de his adolescentum studiis mentio est apud veteres. Aristophanes de frugi adolescentibus Atticis, Pluto, Vs. 157. Ὁ μὲν ἵππον ἀγαθὸν, ὁ δὲ κύνας θηρευτικάς. *Hic quidem equum generosum, ille autem canes venaticos.* Horat. Arte 161. *Imberbis iuvenis tandem custode remoto Gaudet* equis canibus*que*, *et aprici gramine campi.* Sallust. Catil. cap. 14. *Aliis* canes *atque* equos *mercari.* Cicero, Fin. II. 15. *Ad cursum*, equum; *ad arandum bovem;* ad indagandum, canem. Iulius Firmicus, Astron. Lib. V. *Accipitres tamen, falcones, astures, aquilas et aves huiusmodi*, equos*que* ad venandum.

31. [*Praeter cétera* i. e. prae ceteris, plus quam cetera. In hac Scena v. 93. *Forma praeter ceteras honesta.* Plaut. Amph. II. 2. 10. *Quem ego amo praeter omnes.* Iustin. XXI. 6. *Vir solertia facundiaque praeter ceteros insignis. Studebat* i. e. operam dabat. *Studere* cum accusativo etiam construitur. Hec. II. 2. 20. Cic. Philipp. VI. 7. *Unum sentitis omnes, unum studetis.*]

Adprime in vita esse útile, ut NE QUID NIMIS.
Si. Sic vita erat: facile ómneis perferre ac pati;
Cum quíbus erat cumque úna, ils sese dédere;
Eorum óbsequi studiís; advorsus némini:
Numquám praeponens se íllis. Ita facíllume
Sine invídia laudem invénias, et amicós pares.
So. Sapiénter vitam instítuit: namque hoc témpore

V. 37. Bentl. deletis verbis: *advorsus — se illis*, legit: *studiis obsequi: ita facillime Sine invidia etc.* Vulgatam tuetur Schopen. p. 10. sqq. et Fr. A. Wolf. Analect. litt. Vol. I. p. 76.

---

tia tantae sententiae, compensavit importunitatem. — 34. *Apprime.*] Adiectio est confirmationis. *Ut.*] Admirabiliter. *Ut ne quid nimis.*] Sententia non incongrua servo, quia est pervulgata; et non refertur ad personam domini dicentis: et de quo dicitur, an magis quia Sosiae convenit eiusmodi character in verbis? *Ne quid nimis.*] Deest *agas:* ut sit, *Ne quid nimis agas.* — 35. *Facile omnes perferre.*] Latens argumentatio est, qua filium ad meretricem commeasse errans pater, non ad corruptelam, sed ad obsequium amicorum crediderit. *Perferre ac pati.*] *Ferre*, est cum certo tempore: *Perferre* finem exspectat effectus. Feruntur onera, et sustinentur supplicia. *Perferre.*] Mediocriter stultos odiososque. — 36. *Cum quibus erat cumque.*] Figura ταῦτος. *Dedere.*] Plus est *dedere*, quam *consentire:* quemadmodum in hostium potestatem hostes se dedunt. *Dedere* ergo pertinacibus. *Iis sese dedere.*] *Dedere* se et obsequi superioribus: non adversari paribus, non se praeponere inferioribus. — 37. *Eorum obsequi studiis.*] Commodiorum, scilicet. *Eorum obsequi studiis.*] Talem esse Pamphilum, adiuvat argumentum fabulae, simul et Charinum. — 38. *Ita.*] Deest *faciens, volens, agens. Ita facillime sine invidia.*] Sallustius: *Et cum omnes gloria anteirent, omnibus tamen charus esse.* — 39. *Invenias.*] Secunda persona pro tertia: ut, *Migrantes cernas.* — 40. *Nam hoc tempore, obsequium amicos, veritas odium*

---

34. *Ne quid nimis.*] Gr. *Μηδὲν ἄγαν.* Et Hippocratis dictum est: *πᾶν τὸ πολὺ πολέμιον φύσει. Omne abundans inimicum naturae est.* Cicero, Offic. I. 25. *Mediocritatem illam tenebit, quae est inter nimium et parum.*

36. *Cum quibus erat cumque una.*] Ita infra Vs. 54. et 80. — *Iis sese dedere.*] Dedunt se victi victoribus. Unde et dedere se alteri est ad alterius voluntatem se componere. Sic infra V. 3. 26. Eun. V. 8. 2. Heaut. IV. 3. 3. Hec. V. 2. 7.

40. *Vitam instituit.*] Vel, agere vitam inchoavit, postquam

Obséquium amicos, véritas odium parit.
Sí. Intérea mulier quaédam, abhinc triénnium,
Ex Andro commigrávit huc vicíniae,

parit.] Improbatur a Sapientibus haec sententia. Nam obsequium assentator debet, veritatem amicus; sed in theatro dicitur, non in schola. — 41. *Obsequium amicos.*] Hic versus per improprium est. *Veritas odium parit.*] Falsum est autem quod *Cicero* dixit *obsequium* primum dixisse *Terentium;* cum et *Plautus* et *Naevius* ante dixerint: et est sententia παράδοξος, et magis theatro apta, quam officio, de qua *Tullius* multa dixit. *Obsequium amicos.*] Sententia probabilis magis, quam necessaria et honesta. — 42. *Interea.*] *Interea* est, cum habet instantiam superiorum actorum. *Mulier quaedam.*] Sic dixit, non quasi ignoraret nomen eius, paulo post *Chrysidem* nominaturus: sed ideo, ut gratam expectationem faciat, simulque lectorem avidum nominis reddat. Ut *Virgilius*, paulo post nominaturus ait: *Ecce manus iuvenem interea post terga revinctum. Interea mulier.*] Hic digressio est, nam proposuit quasi vitam dicere. *Abhinc triennium.*] Artificiose dixit *triennium*, cum posset plus minusve temporis ponere: ut sit verisimile, unum annum fuisse pudicae paroaeque vitae: sequentem, conditionis acceptae: tertium, mortis. Primo ergo anno ignorata est domus Chrysidis Pamphilo: secundo, Glycerio cognitus: tertio, nupsit Glycerium Pamphilo, et pariter invenit parentes. — 43. *Huc viciniae. Viciniae* πρὸς λύσιν. huc loci, vel huc locorum. Legitur et *huic viciniae.* [V. Bentl. ad h. l.]

---

liberius vivendi fuit potestas; vel, composuit et ordinavit vitam. Plaut. Amph. III. 3. 4. *Ita servum par videtur frugi* se instituere, *Proinde heri ut sint, ipse item sit.*

41. *Obsequium amicos, veritas odium parit.*] Laudat Cicero, de Amicit. cap. 24. Nescio quomodo verum est, quod in *Andria* familiaris meus dicit; *obsequium amicos, veritas odium parit.* Laudat et Quinctilianus, Inst. Orat. VIII. 5.

42. *Abhinc triennium.*] *Abhinc*, seu accusativo iunctum seu ablativo, de tempore praeterito dicitur, non de futuro. Sic. Hec. V. 3. 24. Phorm. V. 8. 28. *Dehinc* contra. Cicero pro Q. Rosc. cap. 13. *Repromittis tu* abhinc triennium. Ubi vide P. Manutium. Unde perperam post Scioppium Pitiscus in Lexico contendit ex hoc loco evincere, *abhinc* etiam de tempore futuro dici.

43. *Huc viciniae.*] Phorm. I. 2. 45. Plaut. Mil. III. 3. 2. *hic proximae viciniae.* Vicinitas autem meretricularum saepe fraudi fuit adolescentibus. Eun. II. 3. 67. Ovid. Metam. IV. 59. *Notitiam primosque gradus* vicinia *fecit.* Cicero, Orat. pro Coelio cap. 31. *Fama adolescentis paulum haesit ad metas, notitia nova mulieris et infelici* vicinitate, *et insolentia voluptatum.*

Inópia et cognatórum négligéntia
Coácta, egregia fórma, atque aetate íntegra. 45

— 44. *Inopia, et cognatorum negligentia.*] Laudatis Pamphili moribus, qui mox ducet uxorem, superest ut futurae quoque matronae, id est Glycerio, probitatem debitam pro persona reddat; quae quia honesta nunquam esse poterit, si sic eam constet ante nuptias impudicam ductam esse, partim defendenda, partim laudanda est Chrysis, cum qua commorata est: quam quoniam necesse est meretricem fateri, in conditione turpissimi nominis multum sumitur excusatio voluntatis. *Et cognatorum.*] Hic nos iam parat ad Critonis adventum. — 45. *Egregia.*] Id est, eminenti, praestantique. *Atque aetate integra.*] *Integra* est *aetas*, quae in flore consistit, cui neque addendum iam sit, neque quidquam adhuc sit imminutum. ut *Virgilius*: ---- *integer aevi Ascanius* ---- Et consulit duo ad quaestum meretri-

---

44. *Inopia et cognatorum negligentia.*] Ita infra I. 5. 40. Phorm. II. 3. 10. Est vero *negligentia* contemtus, et *negligere* spernere, non curare. Adelph. IV. 3. 14. Hec. 4. 48. Unde et dii ipsi dicuntur negligi. Horat. Carm. III. 6. 7. *Di multa* neglecti *dederunt Hesperiae mala luctuosae.* — [*Cognatorum neglegentia.* Hoc intelligendum est ex legibus Atticis, quae proximos et ditissimos cognatos iubebant cognatam inopem vel ducere uxorem vel dotare, ut maritum inveniret. Adelph. IV. 5. 16—18. et Sam. Petitus de Leg. Att. p. 551.]

45. *Egregia forma, atque aetate integra.*] Solent iungi *forma* et *aetas*. Sic infra I. 5. 51. Eun. III. 2. 20. Hec. I. 1. 18. Phorm. V. 8. 85. Plaut. Rens. II. 47. *Tempori hanc vigilare oportet* formulam *atque* aetatulam. Rud. IV. 1. 3. forma *exilula atque* aetatula. Tacitus, Germ. cap. 19. *Non* forma, *non* aetate, *non opibus maritum invenerint.* Etiam in viris utraque commendatur. Virgil. Aen. VII. 473. *Hunc decus egregium* formae *iuvat atque* iuventae. Dixit autem, *egregia forma*, uti Phorm. I. 2. 50. *Virgo facie egregia.* Cicero ad Herenn. III. 22. *Egregiam pulchritudinem. Aetate integra* non tantum notat florem et ἀκμὴν annorum, uti Eun. III. 2. 20. Cic. Fin. II. 20. *Color egregius*, integra valetudo. Pacuvius, Niptris: Aetate integra, *feroci ingenio*, *facie procera virum.* Afranius, Divortio: Aetas integra *est*, *formae satis.* Sed et eleganter notat annos simplices; et ingenium rude et ignarum artis meretriciae. Sallust. Iugurth. 68. de Mario: *Inter artes bonas* integrum ingenium *brevi adolevit.* Cicero, Nat. Deor. III. 3. ex persona Cottae: *Quasi nihil unquam audierim de Diis immortalibus, nihil cogitaverim, rudem me discipulum, et* integrum *accipe, et ea quae requiro, doce.* [*Integra aetas*, ut recte explicat Donatus, est in flore constituta, cui neque addendum quid sit, neque quicquam imminutum. Eun. III. 2, 20. *Quam liberali facie, quam aetate integra.* Suet. Calig. 25. *Caesonia*

So. Hei véreor, ne quid Andria adpórtét mali.
Si. Primum haéc pudice vítam, parce, ac dúriter
Agébat, lana ac téla victum quaéritans:

cium congrua. — 46. *Hei vereor, ne quid Andriā adportet mali.*] *Andria.* mire. audivit enim excessisse ex ephebis Pamphilum, illatamque mentionem mulieris peregrinae, adolescentulae, pulchrae. *Ne quid Andria.*] Elegantur, ex Andro. *Andria*, nomen ostendit et mulieris et fabulae. Et bene, *adportet:* quia *portare* ignotis est. — 47 *Primum haec.*] Defendit, ut diximus, vitam Chrysidis; ut potuerit apud eam recte morata esse Glycerium, quae ex argumento matrona erit. *Primum. haec pudice.*] Bene *haec* quidem, id est, illa quae coacta est. *Duriter.*] Contra rationem regulae: debuit enim dicere *dure*, ab eo quod est durus. Et tamen est differentia. Est enim *duriter*, sine sensu laboris: *dure* autem, crudeliter; illud ad laborem, hoc ad saevitiam relatum est. Sed *dure* in alterum, *duriter* in nos aliquid facimus. — 48. *Lana ac tela.*] Subdistingue *tela:* finis enim est laboris. *Victum quaeritans.*] ut *Virgilius*, ---- *Cum foemina primum, Cui tolerare colo vitam, tenuique Minerva Impositum cinerem et sopitos suscitat ignes.* Deinde finem laboris intulit, non cibum, sed *victum. Cibus* enim est, qui etiam delicatis praebetur. *Victus*, in parvis aridisque alimoniis est constitutus. Unde *Virgilius*, *Victum infelicem, baccas lapidosaque corna, Dant rami.*---- . Et post tantum laborem, *victum*, non cibum dixit: ut *Virgilius*, *At patiens operum, parvoque assueta. iuventus.* Et non *quaerens*, sed *quaeritans*, dixit. *Quaeris* enim, qui ad plenum et perpetuum reponit: *Quaeritat*, qui vix quotidie inquirendo victum invenit. *Lana ac tela victum.*] Artificiose, ut videatur pudice apud eam futura materfamilias educari posse, quam

---

neque facie insigni neque aetate integra i. e. quae senescere iam incipiebat.]

46. *Adportet.*] Proprie, quia ex Andro, insula remota. Plin. Hist. Nat. VII. 56. *Plumbum ex Cassiteride primus* adportavit *Midacritus.* Tum mala dicuntur *adportari* Lucret. V. 179. *cur anni tempora morbos* Adportant? Cicero, Catone cap. 8. *Senectus* adportat *vitia.* Sed et nova. Sic infra V. 2. 17.

47. *vitam parce ac duriter agebat.*] Ita Adelph. I. 1. 20. Horat. Serm. I. 2. 6. *Frigusque* duramque famem *depellere possit.*

48. *Lana ac tela victum quaeritans.*] Mulieribus Graecis et Romanis id aeque studium erat. Virgilius, Aen. VIII. 409. *Cui tolerare colo vitam tenuique Minerva.* In voce autem *quaeritans* est significatio summae egestatis, interprete Donato, qui et *victum* recte explicat. Adde Cortium ad Sall. Cat. XXXVII. n. 6. et Iugurth. LXXXIX. fin.

Sed póstquam amans accéssit, pretium póllicens,
Unús, et item alter; íta ut ingenium est ómnium
Hominum áb labore próclive ad lubídinem;
Accépit conditiónem, dein quaestum óccipit.
Qui tum íllam amabant, fórte ita ut fit, fílium
Perdúxere illuc, sécum ut una essét, meum.

meretricem necessitas fecit. — 49. *Sed postquam amans.*] *Amator* fingere potest: *Amans* vere amat. — 50. *Unus et item alter.*] Post unum duo ex quibus alter, ut sint tres; inquit enim post, *Nam hi tres tum simul amabant.* ut, *Alter ab undecimo. Ergo alter* non est secundus, sed tertius. *Unus et item alter.*] Id est, plures. Postquam accessit unus et item alter, quaestus iam meretricius factus est. *Ut ingenium est omnium hominum.*] Alia defensio Chrysidis: ut quae ante fecerat ipsius sint; quae postea peccaverit, naturae hominum adscribantur. — 51. *Proclive.*] *Proclive* est porro inclinatum, vel pronum inclinatumque. — 52. *Accepit conditionem.*] Cum uno quaestus non est: cum altero non est: cum multis fit. *Conditionem.*] *Conditio* est pactio, certam legem in se continens. — 54. *Perduxere.*] Invitum isse Pamphilum his verbis significat.

---

49. *Sed postquam amans accessit.*] Ita Ovidius Amor. III. 8. 33. *Sed postquam sapiens in munera venit adulter, Praebuit ipsa sinus, et dare iussa dedit.* ubi forte *in munere* legendum, quomodo et maluisse Francium notat Cl. Burmannus; ut sit, munus quasi manu ferens. Ita *in novacula* dicitur occasio, Phaed. V. 8. 1. gerens novaculam manu. — *Pretium pollicens.*] Proprie. Sic Ovid. Amor. I. 10. 47. *Parcite, formosae,* pretium *pro nocte pacisci.* Idem Heroid. V. 143. Nec pretium *stupri gemmas aurumve poposci. Turpiter ingenuum munera corpus emunt.*

50. *Unus et item alter.*] Paulo aliter extulit Cicero, Fam. III. 9. *Mora si quem tibi* item unum alterumve *diem abstulerit.* Eleganter autem iunguntur *et item.* Vide Adelph. II. 2. 22. *Ingenium.*] Primo et proprio sensu ipsum animum et eius indolem notat totam. Ita infra V. 66. et 86. Cicero Inv. I. 45. *Inverecundum animi* ingenium *possides.* Liv. I. 59. *Unde novum in Bruti pectore* ingenium.

52. *Accepit conditionem.*] Ita Ovidius Heroid. XXI. 131. *Cogere cur potius, quam persuadere, volebas, Si poteram audita* conditione *capi?* — *Quaestum occipit.*] Intelligit quaestum meretricium. Uti Plautus Capt. I. 1. 30. de eo, qui homines captivos commercatur: *Nunc hic* occepit quaestum *hunc.* Hinc *quaestuosa* mulier dicitur Plauto, Mil. III. 1. 190. quae alit corpus corpore. Ulp. I. 43. §. 7. ff. de Rit. Nupt. *Lenas eas dicimus, quae mulieres* quaestuarias *prostituunt.*

54. *Secum ut una esset.*] Latine dicitur, una cum aliquo

Egomét continuo mécum: Certo captus est! 55
Habet! Observabam máne illorum sérvulos
Veniéntes aut abeúntes: rogitabam, Héus puer,
Dic sódes, quis heri Chrysidem habuit? nam Andriae

Perducuntur enim necessitate coacti. Hoc etiam verbum iudices pronunciare solent. Et hoc est quod supra ait, *Iis se dedere, eorum obsequi studiis. Ut una esset, meum.*] Et producte legitur *esset*, ut cibum caperet, et correpte, ut alibi: *Essem una qua cum cupiebam, Antipho. Una esset.*] Simul, id est, una cibum caperet. *Perduxere illuc secum.*] Secum duxere, ut secum esset. — 55. *Egomet continuo mecum.*] Bene *mecum*: ut appareat nihil temere constitutum, vel prolatum foras; hoc ipsum satis quaesitum esse, quod statuit de falsis nuptiis, et infensus esset filio. *Egomet continuo mecum.*] Deest volvebam, cogitabam, versabam. *Captus est.*] Tenetur et irretitur: ex translatione ferarum, atque venatus. — 56. *Habet.*] Id est, vulneratus est. *Habet* enim qui percussus est: et proprie de gladiatoribus dicitur: quia prius alii vident, quam ipsi sentiant, se percussos. *Habet.*] Sic dicitur de eo, qui letaliter vulneratus est. *Virgilius: Hoc habet, haec melior magnis data victima divis.* Ergo quid sequitur captum, nisi occidi? *Captus est.*] Sallustius: *Sin captus pravis cupidinibus. Certe.*] Sine dubio: pro certo captus est: ἰδιωτισμός. *Observabam mane.*] *Mane* adverbialiter. *Observabam.*] Deest *tamen*, hoc est, quamvis captus erat, et haec tamen observabam. — 57. *Rogitabam.*] Non *rogabam*, *sed rogitabam*: quia sedulo faciebat. — 58. *Dic sodes.*] *Dic*, imperativum est: ideo temperavit iniuriam blandimento, *sodes* est autem, *si audes*; ut *sis*, si vis: nam delirat qui σῶος ζῇς interpretatur *sodes*. *Dic sodes.*] Exhortantis est vox, *Amabo, Rogo. Quis heri Chry-*

---

esse, vel facere quid. Infra V. 80. Adelph. IV. 3. 7. Phorm. III. 3. 23. Cicero, Mil. Cap. 24. *Qua in turba C. Vibienus, Senator, vir optimus* cum hoc *quum* esset una, *ita est mutatus, ut vitam amiserit.* Et plures dicuntur esse una. Cic. Attic. VIII. 10. *Erimus una.*

55. *Egomet continuo mecum.*] Gr. καὶ ἐμαυτῷ. Subaudi cogitabam. Ennius, Annal. IV. *Tum cum corde suo divûm pater atque hominum Rex Effatur.* Virgilius, Aen. I. 37. *Cum Juno, aeternum servans sub pectore vulnus, Haec secum.* — *Captus est. Habet.*] Vetus formula. Plautus Mostell. III. 2. 26. *Hoc habet.* Explicat Donatus. Adde Brockhusium ad Tibull. I. 5. 2. et Burmannum ad Quinctil. Declam. VIII. 16. Dukerum ad Flor. III. 10. 26.

56. *Observabam.*] Vide infra ad Vs. 142. *Servulos venientes aut abeuntes.*] Videtur intelligere internuncios, sursum deorsum cursitantes. Eun. II. 2. 47. Quum paedagogi amantibus filiis herilibus otiosi operam darent. Phorm. I. 2. 37.

58. *Sodes.*] Explicat Cicero, Oratore cap. 45. *Libenter etiam*

Illi id erat nomen. Se. Téneo, Sí. Phaedrum, aut Clíniam,
Dicébant, aut Nicératum; nam hi tres tum simul
Amábant. Eho, quid Pámphilus? Quid? sýmbolam
Dedit, coenavit, gaúdebam. Item álio die
Quaerébam: comperiébam, nihil ad Pámphilum

V. 59. *Bentl.* corr. ex cod. Reg. *Cliniam aut Nicératum dicébant; nam* etc. ne *ceratum* anapaesti locum sustineat.

---

sidem habuit? Nam Andriae illi id erat nomen.] Opportune nomen intulit Chrysidis. Et bene *illi*; quasi dicat, quam tu Andriam nominasti. *Nam Andriae illi id erat nomen.*] Attico more peregrinae mulieri a patria nomen imposuit. Et simul celebrat nomen Comoediae dicendo, *Ex Andro commigravit:* Et nunc, *Nam Andriae illi id erat nomen.* — 61. *Quid? symbolam dedit.*] Subdistingue, *Quid?* ut sit vox quaerentis, quid dicat de Pamphilo. *Symbolam dedit.*] Mire nulla pro Pamphilo negatio facti est posita; sed per puerilem simplicitatem omnia gesta narrata sunt, et quidem tacitum est, non celatum: sed ut non factum esse ita videatur. *Eho quid Pamphilus?*] Primo sic egit, ut de Pamphilo quaerere videretur; ad ultimum adiecit nomen, ne quid reliqui faceret. — 62. *Coenavit.*] Caetera in gestu sunt quaerentis, quid dicat de Pamphilo, nec invenientis. — *Item alio die.*] *Item*, similiter. Et vide, diligenter tempus adiectum, quasi non sufficeret unus dies. — 63. *Comperiebam.*] Vide, si non verba patris sunt, et de rebus venereis circa filii mentionem agentis. *Nihil ad Pamphilum quidquam.*] Παρίλκον. nam abundat *quidquam*. nam, *nemo quis-*

---

copulando verba iungebant, ut sodes, pro, si audes, sis, pro, si vis. — *Quie heri Chrysidem habuit?*] Explicat Donatus ad Adelph. III. 2. 35. Plaut. Bacchid. IV. 10. 6. *Habui scortum.* Cic. Fam. IX. 26. *Aristippus*, habeo, *inquit*, *non* habeor *a Laide.* Sed et Habere scortum est una cum scorto esse. Eun. III. 1. 34.

61. *Symbolam dedit.*] Gr. Συμβολὴν κατέβαλε. Vide Eun. III. 4. 2. Plaut. Curc. IV. 1. 18. Symbolarum *collatores apud forum piscarium.* Quomodo dicti, qui praesente pecunia, annuis, aliisque rebus arrhae loco a pluribus acceptis communi nomine convivium instruebant. Qui immunis excipiebatur, ἀσύμβολος dictus. Phorm. II. 2, 25. Plautus Stich. III. 1. 28. *eo condixi in* symbolam *Ad coenam.* et mox: *eadem* symbolam Dabo, *et iubebo ad Sagarinum coenam coqui.* Latini easdem *collectas*, Graeci etiam ἐράνους vocant. Cicero de Oratore II. 57. *Ego vero, inquit ille, quoniam collectam a convivis, Crasse, exigis, non committam, ut, si defugerim, tibi causam aliquam dem recusandi.*

Quidquam ádtinere. Enimvéro spectatúm satis
Patábam, et magnum exémplum continéntiae: 65
Nam quí cum ingeniis cónflictatur eíusmodi,
Neque cómmovetur ánimus in ea ré tamen,

quam non dicitur. — 64. *Spectatum.*] Ad *Pamphilum*, non ad *exemplum* refertur: et, *spectatum*, probatum. — 65. *Et magnum exemplum continentiae.*] Περιβολὴ laudis; Pamphilus exemplum continentiae. — 66. *Nam qui cum.*] *Qui*, *animus* scil. aut certe *homo* subaudiendum. *Cum ingeniis.*] *Ingenia* pro hominibus posuit. *Conflictatur.*] Id est, atteritur. *Conflictatio* est tactus corporum invicem, et collisio. — 67. *Neque commovetur.*] Utrum *animus*, an *homo*? *Neque commovetur animus.*] Utrum deest *eius*? An ordo est, *qui animus cum ingeniis conflictatur eiusmodi, neque commovetur in ea re tamen.* ἀναχόλουθον, eo quod non praemisso *licet*, vel *quamquam*, subiecit *tamen*. Sallustius: *Atque edita*

---

64. *Spectatum.*] Gr. Δοκιμασθέντα, probatum, exploratum. Histriones et gladiatores saepius spectati probabantur. Ovid. Metam. VIII. 301. *Tyndaridae gemini*, spectatus *caestibus alter*, *Alter equo.* Sed et metalla in ignibus spectabantur et probabantur. Lucilius apud Nonium: *Tuam probatam mihi et* spectatam *maxime adolescentiam.*

65. *Continentiae.*] *Continens* dicitur et *continentia* praeditus, qui suos affectus cohibet. Huic contraria est intemperantia et libido. Sed *abstinens* is est, et *abstinentia* utitur, qui nec tangit, nec concupiscit alienum. Eunuch. II. 1. 20. Horat. Carm. III. 4. 78. Incontinentis *nec Tityi iecur Relinquit ales.*

66. *Qui cum ingeniis conflictatur eiusmodi.*] Invidiose dicit *ingeniis*, intelligens ingenium Chrysidis. Ita Eun. I. 1. 8. *Meretricum*, de una Thaide. Conflictamur autem vel cum adversariis, vel cum fortuna adversa. Phorm. III. 2. 20. Cicero Fam. VI. 14. *Diutius velle videtur vos habere sollicitos, a quibus se putat diuturnioribus esse molestiis* conflictatum. Ubi vide quae notavit Cortius. Simili fere ratione dixit Plautus, Trin. II. 2. 24. *Qui homo* cum animo *inde ab ineunte aetate* depugnat suo. [*Conflictatur* hic non tam ad pugnam refertur, quam ad frequentem consuetudinem hominum vitiosorum, contra quorum contagionem velut pugnandum est, si corrumpi nolis. Sic bene explicat Gesnerus in Thes. L. L. v. *conflicto.*]

67. *Neque commovetur animus in ea re tamen.*] Ita dixit, *commovetur in ea re*, uti Eun. III. 5. 19. *In hac commotus sum*, ubi vide. Porro autem *ea re* notatur amor venereus: vide ad Eun. I. 2. 39.

Scias pósse habere iam ípsum suae vitaé modum.
Cum id míhi placebat, tum úno ore omnes ómnia
Bona dícere, et laudáre fortunás meas,
Qui gnátum haberem táli ingenio praéditum.
Quid vérbis opus est? hác fama impulsús Chremes,

V. 68. Bentl. ex cod. Acad. corr. *scias idm habere ipsum*, ut *iam* in ictu sit.
V. 72. Bentl. *fáma hac impulsús Chremes*: quia *fama* praecipuam emphasin habere debeat. Non credo. Imo pronomen vi sua eminet.

---

undique, tribus tamen cum muris et magnis turribus. — 68. *Suae vitae modum.*] Moderationem, regimen. — 69. *Cum id mihi.*] *Cum*, id est, praeterquam quod. *Tum uno ore omnes.*] *Omnes*, ne pater amore falli videretur. Et ideo mox ait, *Bene dissimulatum amorem, et celatum indicat.* — 70. *Laudare fortunas meas.*] Ἐμφατικώτερον *fortunas*, quam *fortunam*. et de more ut, *Qui te tanti talem genuere parentes?* Et, *Vade, ait, o felix nati pietate.* Et, *Plautus*: *Fortunatus qui illum eduxit sibi.* — 72. *Hac fama.*] An vere laudatus sit, singula haec pro argumentis

---

68. *Habere suae vitae modum.*] Id Lucanus dixit, II. 381. servare modum, *finemque tenere.* Sallust. Catil. XI. *Neque* modum, *neque modestiam victores* habere. ubi vide Cortium.

69. *Uno ore.*] Sic Phorm. IV. 3. 20. Cic. Famil. IX. 14. *Atque haec* una vox *omnium est.* Virg. Aen. V. 615. *Vox omnibus una.* Graece, μιᾷ φωνῇ, καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος. Vide Act. Apost. XIX. 34. *Omnes omnia bona dicere.*] Idem est, quod *laudare fortunas*, seu *fortunatum iudicare*, uti Heaut. II. 4. 1. Plaut. Rud. II. 6. 39. *O scirpe, scirpe*, laudo fortunas *tuas.* Est locutio a sacris translata. Tibull. II. 2. 1. *Dicamus bona verba.* Gr. εὐφημεῖν. Dixit autem *omnes omnia*, uti Adelph. III. 2. 1. et Cic. Fam. VII. 32. *Omnia omnium dicta.* [*Fortunae* hic non de divitiis, sed de sorte et conditione dicuntur. Vid. Donatum ad h. l. Infra III. 5. 3. *servone fortunas meas me commisisse futili?* Heaut. III. 1. 54. *me tuarum miseritum est fortunarum.* Ceterum notanda est huius loci constructio; nam licet *fortunas meas* praecedat, tamen pronomen *qui* ponitur, ac si praecessisset *fortunatum me.* Ovid. ex Pont. III. 4. 91. *Nec mea verba legis, qui sum submotus ad Istrum.* Burmann. ad Quinctil. Decl. IX. p. 191.]

71. *Qui.* Eleganter post *mea, tua, sua, nostra, vestra*, infertur pronomen *qui.* Cicero Fam. I. 9. *Illud quidem certe* nostrum *consilium iure laudandum est*, qui *meos cives -- servis armatis obiici noluerim.* Ad sententiam proxime accedunt illa Virg. Aen. I. 605. *quae te tam laeta tulerunt Secula, vel qui te talem genuere parentes?* Ovid. Metam. IV. 322. *qui te genuere beati; Et frater felix, et fortunata profecto, Si qua tibi soror est, et, quae dedit ubera nutrix.*

72. *Tali ingenio.*] Hoc est, tam insigni et laudabili: sic

Ultro ád me venit, únicam gnatám suam
Cum dóte summa fílio uxorem út daret.
Placuit; despondi: hic núptiis dictúst dies. 75
So. **Quid óbstat, cur non vérae fiant? *Si.* Aúdies.**
Fere ín diebus paúcis, quibus haec ácta sunt,
Chrysís vicina haec móritur. *So.* O factúm bene!

V. 76. Bentl. *Quid igitur obstat; cur non fiant? Si. Audies.* Et exhibent *igitur* codd. plurimi: illud *verae* autem non caret offensione.

---

sunt: et excusatio est, non esse stultitia falsum, sed impulsum. *Impulsus.*] Bene *impulsus: ultro* enim venire *impulsus* est, qui daret contra officium soceri. — 73. *Unicam gnatam suam.*] Abundat quidem *suam*: sed tamen asseverantius est. *Unicam gnatam.*] Quid si taedio multorum filiorum? at *unicam.* — 74. *Cum dote summa.*] Quid si pauper est? at *cum dote summa.* — 75. *Placuit.*] Cum pronunciatione, *placuit. Placuit.*] Εὐτοκία, adeo bona conditio fuit, ut quamvis *ultro* obiiceretur, tamen statim placeret. *Despondi.*] Ex veteri more, quo spondebat etiam petitoris pater: unde *sponsus* et *sponsa* dicitur, quia spondet puellae pater; *despondet*, adolescentis. *Hic dictus est dies.*] Utrum constitutus? an dicatus? ut, *Junoni infernae dictus sacer.* — 78. *Chrysis.*] Commemorat nunc quae esset Chrysis. *Vicina haec.*] Supra enim ait, *Ex Andro commigravit huc*

Eun. I. 2. 81. Phaedr. III. 6. *Quaeso, tam angustam, talis vir, ponis domum?* ubi vide Cl. Burmanum.

73. *Ultro.*] Quae quis non tantum *sponte*, sed et praeter spem aliorum facit, et secus quam fieri solet, *ultro* facere dicitur. Ita Eun. I. 1. 24. Adelph. IV. 3. 4. Poterat igitur exspectasse Chremes venientem ad se Simonem, rogantem gnatam filio suo uxorem, sed *ultro* venit ad Simonem. Cicero Fam. VII. 7. *Subinvideo tibi*, ultro *te etiam accessitum ab eo, ad quem ceteri, non propter eius superbiam, sed propter occupationem, adspirare non possunt.*

74. *Cum dote summa.*] Horatius Epist. I. VI. 36. *Uxorem cum dote.* Contra Adelph. IV. 7. 41. *Uxor sine dote veniet.* De Romanorum dotis summa vide Lipsium ad Tacit. Anual. II. 88.

75. *Nuptiis dictus est dies.*] Praefinitus, constitutus. Cicero Verr. I. 17. *Quadriennio post, quam* diem operi dixerat. Pacuvius: *Gnatam despondit*; nuptiis hanc dat diem.

76. *Verae.*] Non simulatae. supra Vs. 20. et III. 1. 20.

77. *In diebus paucis, quibus haec acta sunt.*] Caesar, B. C. I. 48. *Accidit repentinum incommodum*, biduo quo haec gesta sunt. Suet. Tib. 60. In paucis diebus, *quam Capreas attigit.* Valet igitur *in diebus paucis*, intra paucos dies.

78. *O factum bene.*] Formula gaudentis et gratulantis. Plaut.

Beásti; metuí a Chrýside. *Si.* Ibi tum fílius
Cum illís, qui amabant Chrýsidem, una aderát frequens;80
Curábat una fúnus; tristis ínterim,

V. 79. Bentl. ex codd. *ei metui a Chr.*
V. 80. Bentl. corr. *amarant*, sc. dum ea in vivis erat.

---

viciniae. Vicina haec.] *Ἀνάφρησις. O factum bene!*] Animadverte, ubique a poëta sic induci comicas mortes, ut cum ad necessitatem argumenti referantur, non sint tamen tragicae. Nam aut meretrix sumitur, aut senex, aut duabus simul uxoribus una uxor. Itaque huiusmodi obitus, aut mediocri tristitia excipitur, aut etiam gaudio. *O factum bene!*] Quasi qui dixerit, *Vereor ne quid Andria apportet mali.* — 79. *Beasti.*] Artificiose quidem gaudium subiecit, ne mors in comoedia, luctus in tragoedia personaret. *Metui a Chryside.*] *Metuo illum* dico, qui mihi ipsi aliquid facturus est. *Timeo ab illo*, cuius causa possum aliquid mali pati, etiam si ipse nihil in me mali consulat. *Metui a Chryside.*] *Ἀρχαϊσμός.* — 80. *Una aderat frequens.*] Ut supra, *Cum quibus erat cumque una, iis sese dedere. Aderat frequens.*] Possumus enim adesse, et frequentes non esse, si praesentes non adhaeremus his, quibus adsumus. Et *frequens*, ut miles apud signa. — 81. *Curabat una funus.*] *Funus*, est pompa exsequiarum: dictum a funalibus. Etenim noctu efferebantur, propter sacrorum celebrationem diurnam. *Curabat una funus.*] Ut non potuerit in exsequiis videre patrem. *Interim.*] Descriptio est huius

---

Mere. II. 2. 27. Bene, *hercle*, factum, *et gaudeo.* Contra Cicero, Attic. XVI. 1. o factum male *de Alexione.*

79. *Beasti.*] Formula laetum nuncium accipientis. Unde Gnatho, quanquam *εἰρωνικῶς*, ad Parmenonem, Eun. II. 2. 48. *Ecquid heo te? Metui a Chryside.*] Explicat Donatus. Sic Plaut. Capt. III. 4. 75. *Si quid metuis a me.* Bacch. II. 32. *Et quid ab hac metuis?* [*Ibi* significat tum. Infra II. 3. 5. *ibi culpam in te transferet.* Liv. II. 35. *ibi ira est suppressa.* ubi vid. Duker. Sed hic per pleonasmum *ibi tum* coniunguntur. Infra v. 104. *ibi tum examinatus Pamphilus.* Sic saepe iunguntur eiusdem potestatis particulae, ut *iam nunc* apud Liv. XXXI. 32. 3. ubi vid. Drakenh. *itaque ergo* apud eundem III. 31. 5. ubi vid. Gronovius. *ita sic* apud eundem II. 10. 11.]

80. *Aderat frequens.*] Vide Donatum. Suet. Vitell. 15. *Apud frequentes milites.* Contra Festus: infrequens *appellabatur miles, qui abest, abfuitve a signo.* [*Frequens* pro frequenter, adiectivum pro adverbio. Liv. I. 50. *Conveniunt frequentes prima luce.* ubi vid. Interpretes.]

81. *Curabat una funus.*] Differunt locutiones hae: *Curare funus*, *Facere funus*, et, *operam dare funeri.* Istud est *adiutare fu-*

Nonnúnquam conlacrumábat. Placuit tum íd mihi:
Sic cógitabam. Hic, párvae consuetúdinis
Causa, húius mortem tám fert familiáriter:
Quid, si ípse amasset? quíd hic mihi faciét, patri? 85

V. 85. Bentl. *quid mihi hic faciet patri*, quia *hic* in arsi esse debeat.

---

rei, quae ad narrationem pertinet, superiorem. — 82. *Nonnunquam conlacrumabat.*] Illis enim magis causa flendi fuerat, qui, quam amabant, amiserant; hic amore propter suam Glycerium *conlacrumabat*, qui alienis lachrymis suas commodabat. — 83. *Sic cogitabam.*] Ac si diceret, *hoc cogitabam.* Sensum tantum cogitationis dicere debuit: sed quia *sic cogitabam* dixit, ipsum gestum cogitationis exponit, et dicitur *μίμησις.* *Hic parvae consuetudinis causa.*] Hoc est, convivii tantum: et quia dixerat puer, hoc solum egisse Pamphilum, nihil aliud, *Symbolam dedit, coenavit.* — 84. *Tam fert familiariter.*] Id est graviter: nam quae nobis sunt familiaria, gravia sunt animo nostro. *Familiariter*, quasi familiaris: an potius *familiariter.* — 85. *Quid hic mihi faciet, patri?*] *Mihi*, circa me. Et postquam *mihi* dixit, pondus intulit nominis, dicendo *patri.* *Quid hic mihi.*] Vide quam venuste re-

---

nus, uti loquitur Noster Phorm. I. 2. 57. Illud, sepelire. Ita Plautus, Menaechm. III. 2. 27. Feciti funus *me absenti prandio.* Hoc, prodire in funus. Cicero Att. XV. 1. *Venerat enim in funus: cui* funeri *ego quoque* operam dedi. [*Curabat funus.* Ut Graec. κομίζειν, sic etiam Lat. *curare* eximie dicitur in re funebri. Ovid. Fast. V. 657. *Displicet haeredi mandati cura sepulcri.* Curt. X. 10. *iussi corpus Alexandri suo more curare.* Ernestius ad Tacit. Hist. V. 5.: *Funus* est pompa funebris et quicquid ad exsequias pertinet. Manil. I. 886. *Cesserat officium morbis et funera deerant Mortibus.* Vid. Interpretes ad Sil. Ital. I. 154.]

82. *Conlacrumabat.*] Videtur pro simplici *lacrumabat* usurpatum, ut notetur Pamphilus domum reversus prae tristitia a lacrimis non temperasse. Cicero Somn. Scip. 1. *Complexus me senex* conlacrumavit.

83. *Parvae consuetudinis causa.*] Ita Cicero Leg. I. 3. *Est quaedam inter nos* parva dissensio. Est autem *consuetudo* h. l. usus et familiaritas. Cic. Fam. II. 1. *Carui fructu iucundissimae* consuetudinis.

84. *Mortem fert familiariter.*] Ita infra v. 109. *Flens quam familiariter*, id est, quasi domesticus, et eiusdem familiae. Unde proprie dixit Seneca, de Tranq. Animi, cap. 1. Familiariter *enim domestica* adspicimus, *et semper iudicio favor officit.*

85. *Quid hic mihi faciet, patri?*] Laudat haec verba Cicero Fam. IX. 7. Ad quem eadem ratione scripsit A. Caecina, Fam. IV. 7. *Armati stilum persequitur: victi et nondum restituti quid faciet?*

Haec égo putabam esse ómnia humani íngeni,
Mansuétique animi officia. Quid multís moror?
Egomét quoque eius caúsa in funus pródeo,
Nihil súspicans etiám mali. *So.* Hem, quid ést? *Si.* Scies.
Efférfur; imus. Interea inter múlieres, 90

V. 89. Bentl. ex codd. *quid id est*, ut scilicet vitetur trochaeus in quarta sede senarii.

---

petierit *hic.* — 86. *Haec ego putabam.*] *Putare* est eius, qui simplicitate pectoris aberravit. Cicero: *Non putavit, lapsus est. Haec ego putabam.*] Cum adhuc nihil peccationis ostenderit, tamen dolor in futura prorumpit: ut, *Et gener auxilium Priamo, Phrygibusque ferebat. Humani ingenii.*] Circa Chrysidem. — 87. *Mansueti.*] Circa amicos. — 88. *Egomet quoque.*] Ut et ipse Pamphilus, aut etiam ego, quem minus crederes. *Eius causa.*] Eiusdem mansuetudinis et humanitatis, et *eius* Pamphili. *In funus prodeo.*] *In funus*: in pompam exsequiarum, quod a funalibus dictum est, et uncis vel cuneis candelabrorum, quibus delibuti funes, et [in genu cerei] fomites infiguntur. — 89. *Nihil suspicans etiam mali.*] Bene suspendit auditorem. *Etiam.*] Alia est suspensio audientis, et excusatio alia. *Etiam.*] Adhuc. *Hem.*] Perculsi ac metuentis. — 90. *Effertur.*] Ἐκφέρεται. Graecum est, quod vitans

---

86. *Humani ingenii.*] Imitatur Plautum, Most. III. 2. 127. *Te existimo* humano ingenio. Sed et id, quod ratione defuncti Belgae *de laatste eer* dicunt, Latinis *humanitas* dicitur. Iustinus XI. 12. *Exsequiasque benigne prosequutum: idque eum non amoris, sed* humanitatis *causa fecisse.* Spartianus in Ant. Caracalla, cap. 9. *Tractaque sunt eorum per plateam cadavera, sine aliqua* humanitatis *reverentia.*

88. *In funus prodeo.*] Haec varie efferuntur. Cicero Att. XVI. 1. Venerat *enim* in funus, *cui funeri ego quoque operam dedi.* Petronius, cap. 111. Prosequi funus *passis crinibus coepit.* [89. *Etiam* rariorem apud Terentium vim habet pro etiamnunc, adhuc. Infra III. 2. 23. *Non satis pernosti me etiam.* Hec. IV. 3. 8. *De uxore incertus sum etiam.* Virg. Aen. IV. 485. *etiam currus, etiam arma tenentem.* ubi vid. Servius.]

90. *Effertur.*] Proprie. Nepos Attico cap. 22. Elatus est *in lecticula, ut ipse praescripserat.* Cic. Att. XVI. 1. *Cn. Lucullus, familiaris noster, matrem* efferebat. De modo et tempore vide Commentarium maiorem, et Kirchmannum de Fun. Roman. I. 4. et II. 9. — *Imus.*] Subaudi, *exsequias.* Phorm. V. 8. 37. Ovid. Amor II. 6. 1. *Psittacus Eois imitatrix ales ab Indis Occidit*, exsequias ite *frequenter, aves.* Ite, *piae volucres.* Cicero, de Oratore II. 8. laudat hanc Terentii narrationem a brevitate et venustate. *Inter mulieres.*] De

Quae ibi áderant, forte unam ádspicio adolescéntulam,
Formá — *So.* Bona fortásse. *Si.* Et voltu, Sósia,

V. 92. Bentl. *Forma bona. So. Fortasse.* Socia enim, inquit, ignarus, quid dicturus esset Simo, cur de *bona* forma potius, quam de *mediocri* hariolaretur, nescio.

Virgilius, ne diceret *effertur*, inquit, ---- *tum corpora luce carentum Exportant tectis, et tristia funera ducunt. Efferri* proprie dicuntur cadavera mortuorum; et *ire* proprie ad exsequias. *Virgil. Ite, ait, egregias animas, quae sanguine nobis, Hanc patriam peperere.* — 91. *Unam adspicio.*] Ex consuetudine dicit *unam*, ut dicimus, *Unus est adolescens.* Tolle *unam*, et ita fiet ut sensui nihil desit; sed consuetudo mirantis non erit expressa. *Unam* ergo τῷ ἰδιοτισμῷ dixit: vel *unam*, pro quadam. — 92. *Forma et voltu.*] Et hic duo sunt, et aetas et forma, quibus additur pudor: quia meretrix non est. *Forma et voltu.*] *Forma* immobilis est et naturalis: *vultus*, movetur et fingitur. *Et voltu Sosia, adeo modesto.*] Quia formae laudatio cum meretrice commissa est, progreditur artifex poëta ad laudanda ea, quae honestiora sunt, quam *forma*. *Et voltu Sosia.*] Quid hic deest, ut eam nurum dignetur Simo, nisi sola cognitio? et *formam* probat in puella Pamphili pater, et matronalem modestiam miratur in vultu, et venustatem stupet. Nonne ergo iam cernimus hoc praestruxisse Terentium, ut cum Chremetis filiam esse cognoverit Simo, hanc potius eligat, quam Philumenam, nurum? quan-

---

mulieribus Graecis et Romanis in funus prodeuntibus vide observata in Commentario maiori. [Atheniensium moribus mulieres iuvenes propinquorum funus prosequebantur; extrariorum funus non licebat comitari nisi mulieribus sexagenariis. Vid. Solonis legem apud Demosth. adv. Macartat. p. 608. Wolf. In hac igitur re Terentius Atheniensium mores observavit, non item in eo, quod dicit Simonem secutum esse funus. Nam ex eadem Solonis lege viri ante funus ibant, mulieres funus sequebantur. Taylor. Lect. Lysiac. c. I. p. 677.]

91. *Unam adspicio adolescentulam.* Ita fere Virg. Aen. V. 644. *Hic* una *e multis.* Aliquando redundat *Unus.* Plautus Truc. II. 1. 39. *Est huic* unus *servus violentissimus.* Cicero, de Orat. I. 29. *Sicut* unus *paterfamilias his de rebus loquor.* [*Unam* i. e. quandam, aliquam. Cic. de Orat. I. 29. *Sicut unus paterfamilias his de rebus loquor.* Caes. B. G. V. 45. *erat unus intus Nervius.* ubi vid. Interpretes; add. Burmann. ad Ovid. Ep. XV. 162. Aliquando *unus* ad excellentiam refertur, imprimis iunctum superlativo, ut apud Virg. Aen. II. 426. *iustissimus unus Qui fuit in Teucris et servantissimus aequi.* Vid. Bentleium ad Horat. A. P. v. 32. Sed altera notio hic praeferenda videtur.]

92. *Forma.*] Hoc ita pronunciandum, ut Simonis admirabundi

Adeó modesto, adeó venusto, ut níhil supra.
Quia túm mihi lamentári praeter caéteras
Visa ést; et quia erat fórma praeter caéteras ... 95
Honésta et liberáli; accedo ad pédisequas;

V. 94. Bentl. *Quae cum mihi eto.* Codd. aliquot et editt. *Quae tum-*

---

quam ex sororis pulchritudine, et amore Charini, et Davi laudatione, id ipsum quoque probe monstraverit nobis. *Voltu.*] Haec laus adiuvat, post cognitionem, futuram nurum. — 93. *Adeo modesto, adeo venusto.*] *Modestus*, ad probitatem vultus et morum pertinet: *Venustus*, ad naturam corporis. Atque adeo sibi *vultum* fingere multi possunt: *formam* nemo. *Ut nihil supra.*] Ἔλλειψις Terentiana. nam non necesse est subiungere duos versus. — 94. *Quia tum mihi.*] Excusatio necessaria. *Praeter caeteras.*] Id est, plus quam caeterae. — 96. *Honesta ac liberali.*] *Honesta*, ad *formam*,

---

vox suspensa videatur; eleganti ἐκφωνήσει. *Bonae*] Ita Heaut. III. 2. 13. Suet. Calig. 33. *Tam* bona *cervix*, *simul ac iussero*, *demetur*.

93. *Venusto.*] Homo *venustus* est, cui Venus favet in amoribus; *invenustus* contra, cui amanti Venus iniqua est. Infra I. 5. 10. *Forma venusta* dicitur, cui Venus laetos adflavit honores; quae et ipsa *Venustissima Venus* dicitur Plauto, Poen. V. 44. Propriè autem *vultus venustus* mulieri tribuitur, non viro. Suet. Ner. 51. Vultu *pulchro magis, quam* venusto. i. e. qui magis virum deceret, quam feminam. — *Ut nihil supra.*] Ita Eun. III. 1. 37. Plenius Cicero, Fam. XIV. 1. *Pisonis humanitas*, *virtus*, *amor in omnes nos tantus est*, ut nihil supra possit. Subaudi, dici vel cogitari. Martial. II. 31. 2. *Supra quod fieri nil*, *Mariane*, *potest*.

94. *Lamentari.*] Proprie de mulieribus querula voce dolorem testantibus. Ita Pacuvius apud Cic. Tusc. II. 21. *Conqueri fortunam adversam*, *non* lamentari *decet*. *Id viri est officium*: *fletus muliebri ingenio additus*.

96. *Honesta.*] *Honor* pulchritudinem notat, *Honestus* pulchrum. Virg. Aen. I. 591. *laetos oculis afflarat* honores. Eun. III. 2. 21. Et Virgil. Georg. II. 391. *Et quocumque Deus circum caput egit* honestum. Lucil. *Primum*, facie *quod* honesta; *Accedit.* — *Liberali.*] Quodcumque homine libero dignum est, *liberale* dicitur. Ita *coniugio liberali*, infra III. 3. 20. *Liberali facie*, Eun. III. 2. 20. *Ingenium liberale*, Adelph. IV. 5. 50. — *Pedisequas.*] Nimirum Chrysidis, quod munificentiae amantium, et luxus ipsius Chrysidis signum. Ita Heaut. II. 3. 5. et 10. [*Pedisequas.* Vulgo male scribitur sibilanti littera duplicata *pedissequus*; in antiquis monumentis semper scribitur *pedisequus*, ut apud Gruterum p. DC. 8. et MCXII. 10. Accedit auctoritas poëtarum, qui antepenultimam corripiunt. Phaedr. IV. 4. 36. et ibi

Quae sit, rogo. sorórem esse aiunt Chrysídis.
Percússit ilico ánimum. At at! hoc íllud est!
Hinc íllae lacrimae! haec ílla 'st misericórdia!

V. 99. Bentl. refingit: *Haec illae lacrimae!* sicuti *haec* pro *hae* legitur Andr. IV. 1. 32. Eun. III. 5. 54. al. Sed retinenda codd. lectio.

Liberali, ad *vultum* retulit. — 98. *Percussit.*] Hoc est, suspicio, vel aliquid tale. *At at.*] Interiectio admirantis. *Hoc illud.*] *Δεικτικὸν* eius rei est, quam in animo conceperamus. *Virgil. Hoc illud, germana, fuit?* — 99. *Hinc illae lacrimae.*] *Hinc,*

Burmann. Mulieres autem Graecae cum magno ancillarum comitatu in publicum prodibant. Vid. Rutil. Lup. II. p. 74. et quae ibi notavimus.]

98. *Percussit ilico animum.*] *Percellere* animum est in stuporem et admirationem rapere; *percutere*, suspicionem in animo movere. Cicero pro Dejot. cap. 6. *Hac suspicione eum* percussus. Ubi vide Graevium; conf. Bentleium ad Horat. Epod. XI. 2. Burmannum ad Petron. cap. CXI. et Drakenborch. ad Sil. Ital. II. 213. [*Percussit animum*, h. e. commovit, suspicionem iniecit. Cic. ad Att. IV. 8. *audivi Romae esse hominem; percussit animum.* Idem pro Deiot. c. 6. *hac suspicione eum percussus.* ubi vid. Graev. Sueton. Tib. c. 11. *percussus inopinata re, diu quid ageret incertus. Percussus* et *perculsus* centies a librariis confunduntur. Vulgares magistri contendunt *percussus* ad corpus, *perculsus* ad animum referri, quod a vero alienum est. Utrumque de utroque dicitur, de corpore proprie, de animo translate; sed *percellere* in re graviori locum habet, ut si quis quasi fulmine ictus extra se rapitur et prae subita animi invasione quid agat nescit. Horat. Epod. VII. 15. *Tacent, et albus ora pallor inficit mentesque perculsae stupent. Percuti* vero dicitur in leviori affectu, ubi animus quidem commotus est, nec tamen eversus et consternatus. De horum verborum discrimine vid. Rivius ad h. l. Interpretes ad Ovid. Met. IV. 138. imprimis magnum Bentleium ad Horat. Epod. XI. 2.] — *At at!*] Interiectio, qua utimur admirantes, et malum deprehensum indicantes. Plaut. Pers. IV. 7. 12. — At at, *oblitus sum dudum intus edicere.* Poen. IV. 1. 5. At at, *e fano recipere video se Syncerastum.* — *Hoc illud est.*] Formula admirantis, et vera esse deprehendentis, quae cogitaveras. Virgil. Aen. III. 558. *nimirum* haec illa Charybdis, Hos *Helenus* scopulos, haec saxa horrenda *canebat.* Ovid. Metam. XI. 694. Hoc erat, hoc, *animo quod divinante timebam.*

99. *Hinc illae lacrimae.*] Proverbialis dicti species, de quocunque tristi casu. Ita Cicero pro Coel. cap. 25. Horat. Epist. I. 20. 39. alii.

Si. Quam timeo, quorsum evádas! Si. Funus interim 100
Procédit: sequimur: ád sepulcrum vénimus:
In ignem imposita 'st: flétur. Interea haéc soror,

ex hac causa. — 100. *Quam timeo.*] Non videtur adhuc Sosiae plenum amoris argumentum: adeo pendet ad ea quae dicturus est Simo. *Evadas.*] Id est exeas, vel pervenias. *Funus procedit.*] *Funus* a funalibus dictum est, ut supra notavimus. Et est *funus*, pompa exsequiarum. Et bene, *funus procedit, nos sequimur*, dixit, quasi post ipsam morituri: unde *exsequiae* dicuntur. *Funus interim procedit.*] Ἀσύνδετον. — 101. *Ad sepulcrum.*] *Sepulcrum* κατ' ἀντίφρασιν, ut diximus, quod *sine* re *pulcra* sit. An quod ibi *sine pulsu* sint, id est, mortui? an quod illic animae a vivis *sepeliantur*, id est separentur? Et *sepulcrum* dixit futurum, non quod iam esset. *Sepulcrum* enim a sepeliendo dictum. *Virgilius* proprie: *At pius Aeneas ingenti mole sepulcrum Imposuit.* — — — — 102. *In ignem posita est.*] Ἔλλειψις, non enim est quae. Et mire; cum *funus* supra dixerit. *Fletur.*] Hic bene impersonaliter, *fletur* ab omnibus; extrema enim quaeque mortuorum omnes commovent ad lacrimas. *Haec soror.*]

---

100. *Quam timeo quorsum evadas.*] Imitatur Plautum Asin. I. 1. 69. *Demiror, quid sit, et* quo evadat, sum in metu. Quae itidem sunt verba servi ad herum de moribus filii.

101. *Sepulcrum.*] Notat ipsum locum, ubi comburendum erat cadaver; quae et *sepultura* dicta. Cic. Fam. IV. 12. Tacit. Annal. II. 73. Unde et comburere *sepelire* dixerunt. Nepos, Eum. cap. 13. Vide Commentarium maiorem. [*Funus procedit.* Proprie utitur verbo *procedere*. Habet enim significationem pompae et gravitatis in incessu. Imprimis Consul *procedere* dicitur, quum primo consulatus die in Capitolium comitante amicorum caterva deducitur. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. VI. 444. Eadem vis est verbo *incedere*. Vid. Broukhusius ad Propert. II. 2. 58. *Sepulcrum* hic ponitur pro busto vel rogo, ut contextus docet. Cicero Verr. V. 36. *ut duo sepulcra duorum praetorum improborum constituerentur.* ubi vid. Hotomanus. Et sic *sepelire* dicitur de combustione et quocunque genere cadaveris amovendi. Liv. VII. 24. *sepultumque Consentiae quod membrorum reliquum fuit.* ubi vid. Drakenb. Similiter *humare* dicitur pro cremare. Cic. de Leg. II. 22. *Quod nunc communiter in omnibus sepultis est, ut humati dicantur, id erat proprium tum in iis, quos humus iniecta contegeret.*]

102. *Fletur.*] Lucilius apud Nonium, V. *Praeficae*: *Mercede quae Conductae* flent *alieno in funere praeficae, Multo et capillos scinduns et clamant magis.* Vide porro notata in Comment. maiore. [Conf. Broukh. ad Tibull. I. 8, 8. Olim hic legebatur *in ignem posita est*, quod defendi potest ex iis, quae Oudendorp. ad Caes. B. G. VIII. 46. annotavit. Rectius tamen viri docti e mss. revocarunt *in ignem imposita*

Quam díxi, ad flammam accéssit imprudéntius,
Satis cúm periclo. Ibi tum éxanimatus Pámphilus
Bene dissimulatum amórem et celatum índicat. 105
Adcúrrit; mediam múlierem compléctitur:
Mea Glýcerium, inquit, quíd agis? cur te is pérditum?

Id est, quam dixi esse sorórem Chrysidis. — 103. *Ad flammam.*] Innuit affectum sororis, unde omnes vinceret: caeteri enim flent: haec flammae se ingerit. *Virgil. Extinctum Nymphae crudeli funere Daphnim, Atque Deos, atque astra vocat crudelia mater.* — 104. *Ibi tum exanimatus.*] A voluntate, a facultate, a summo ad imum, ubi sunt dicta et facta, ibi est πάθος. Et mire *ibi.* — 105. *Bene dissimulatum.*] *Bene*, multum, an quasi dolens, quod etiam negaturus sit Chremeti, dixit *bene? Indicat.*] Omnia significanter. Non *ostendit*, inquit, sed *indicat*, nec accedit, sed *adcurrit*; non vestem aut manus, sed *mediam mulierem*, non tenet, sed *complectitur*. Et quia his tribus rebus inducitur in alicuius rei gestionem persona: affectu, facto, dicto. Affectus est, quod ait, *Ibi tum exanimatus Pamphilus.*] Factum, quod ait; *Adcurrit, mediam mulierem complectitur.* Dictum, quod ait, *Mea Glycerium, quid agis? cur te is peridtum? Indicat.*] *Indicium* proprie est oris et linguae: factis ergo indicat: non enim dixit, *amo.* — 106. *Adcurrit.*] Virgilius: *Interiora domus irrumpit limina, et altos Oenscendit furibunda rogos.* — 107. *Mea Glycerium.*] *Mea*, quasi amator; *Glyce-*

---

est. Imponere in locum non minus recte dicitur quam *imponere in loco*, quamvis vulgo Grammatici tradant, praepos. *in* accusativum adsciscere, quum motum, ablativum, quum quietem indicat. Cic. Tusc. Disp. I. 35. *Metellum enim multi in rogum imposuerunt.* Liv. I. 18. *dextra in caput Numae imposita.* ubi vid. Drakenb. Add. Obss. Misc. Vol. III. p. 399.]

[104. *Satis cum periclo.*] Augendi et intendendi vim habet *Satis.* Plane ita Phorm. IV. 3. 33. Tibull. II. 7. 35. satis *anxia vivax* Horat. Carm. I. 2. 1. *Iam satis terris nivis atque dirae Grandinis misit pater.*]

105. *Bene dissimulatum.*] Imitatus Ovidius, Heroid. XVI. 7. *Sed* male dissimulo; *quis enim celaverit ignem, Lumine qui semper proditur ipse suo?* Suet. Tib. 42. *Cuncta simul vitia*, male *diu* dissimulata, *tandem profudit.* [*Bene dissimulatum. Bene* est docte, perite, callide, ut contra *male dissimulatus* apud Vellei. Pat. II. 109. is, qui sic dissimulat, ut animus eius facile detegi possit. Ita *bonus* pro docto, *malus* pro indocto dicitur.]

106. *Mediam mulierem complectitur.*] Virg. Aen. II. 218. *Bis* mediam amplexi.

107. *Quid agis?*] Formula reprehendendi, et a consilio abster-

Tum illa, ut consuetum fácile amórem cérneres,
Reiécit se in eum, flétus, quam familiáriter.
So. **Quid ais! Sí. Redeo inde irátus, atque aegré ferens.**
Nec sátis ad obiurgándum causae. Díceret,
Quíd féci? quid commérui, aut peccaví, pater?

rium, quasi familiaris dixit. *Quid agis?* Quasi perturbatus. *Cur se is perditum?*] Quasi consolaturus. — 108. *Ut consuetum facile amorem cerneres.*] Mire, non *suspicaretur* dixit, sed *cerneres*, sicut supra, *Laudem invenias et amicos pares.* — 109. *Reiecit se in eum.*] Obiicitur ei, quod a Glycerio factum est: ut, *Quis enim unquam tam palam de honore, tam vehementer de salute sua contendit, quam ille atque illius amici, ut ne haec mihi delatio detur?* — 110. *Quid ais?*] Non interrogantis, sed mirantis est. *Iratus atque aegre ferens.*] *Iratus*, culpa, *aegre ferens*, quia praeter spem. — 111. *Nec satis.*] Mire expressit indulgentiam patris erga filium. Erat, inquit, causa: sed pro amaritudine obiurgationis non erat *satis*, hoc est, non idonea videbatur. *Nec satis ad obiurgandum.*] Deest *habui*, vel *erat*. *Virgilius: ---- Nec sat rationis in armis.* et hic, *erat*, vel *habui*, deest ad sententiam. *Diceret.*] Deest *enim*. — 112. *Quid feci?*] Mire fiduciam praetulit argumento, quod est in sequenti versu. — *Quid feci? quid commerui, aut peccavi?*] Ἀὔξησις a maioribus ad minora. Et *feci* quasi facinus dixit. *Facere* enim quia et homicidium dicitur.

---

rendi. Cic. Cat. I. 11. *Mares Tulli*, quid agis? — *Cur se is perditum?*] Plaut. Truc. II. 7. 7. *ipsus* perditum se it. Sallust. Catil. 36. *Fuere tamen cives, qui* seque remque publicam *obstinatis animis* perditum irent. Ubi vide, quae observavit Cortius.

109. *Reiecit se in eum.*] Nimirum resupinato vultu et cervice reflexa in Pamphilum a tergo accurrentem sese coniecit. Lucr. I. 4. ad Venerem de Marte: *in gremium qui saepe tuum se* Reiicit, *aeterno devinctus vulnere amoris.* Asin. Pollio ad Cic. Fam X. 32. *Manibus ad tergum* reiectis. Phaed. V. 2. 3. *Reiecta penula.* i. e. in humerum coniecta. [*Quam familiariter. Quam* est valde, et saepe iungitur positivi gradus nominibus, ut apud Caes. B. G. VI. 26. *rami quam late diffunduntur.* ubi vid. Interpretes. Cic. Verr. IV. 25. *Sunt vestrum, iudices, quam multi.* Idem saepe dicit *sane quam.* Vid. Graevius ad Ep. ad Attic. VII. 15.]

111. *Obiurgandum.* Accusandum, sed leniter, ut solent filii, discipuli, amici obiurgari. Cicero Att. II. 1. *Quod me quodammodo molli brachio de Pompeii familiaritate* obiurgas. [*Ad obiurgandum causae* pro obiurgandi causae; saepe sic loquitur Livius, ut VIII. 13. *omnium rerum vobis ad consulendum potestas esset.* ubi vid. Drakenborch.]

Quae sése in ignem inícere voluit, próhibui;
Servávi. Honesta orátio est. *So.* Recté putas:
Nam si íllam obiurges, vítae qui auxiliúm tulit; 115
Quid fácias illi, qui dederit damnum aút malum?
Si. Venít Chremes postridie ad me, clámitans,
Indígnum facinus! cómperisse, Pámphilum

V. 116. Bentl. *Déderit qui damnum*: ne ictus in ultimam cadit. Nisi forte accentus in ultima positus per interrogationem excusandus est.

Commerui, minoris culpae est: *Peccavi*, multo minoris et levioris. — 113. *Quae sese.*] Illic, *mea Glycerium*, hic pronomen dixit. Mira dissimulatio, tanquam illam praeter periculum nesciat. — 115. *Nam si illum.*] Argumentum per ratiocinationem a contrario, ut si dicas, *Viro forti praemium debetur, si desertori poena constituta est. Tulit.*] Pro attulit. Sed multa significat. Et alias *pertulit. Virgilius: Non tulit hanc speciem furiata mente Choroebus.* Alias *sustulit:* ut idem, *Omnia fert aetas, animum quoque.* pro *aufert.* 116. *Illi.*] Pro *illo. Dederit damnum aut malum.*] *Damnum*, rei est: *malum*, ipsius hominis. — 117. *Venit Chremes.*] Argumentum ex coniectura, de testibus. Et mire supra, *Ultro venit ad me.* Ergo hic causa iusti doloris ostenditur, quia dolet etiam Chremes: nam potuit, non daturus filiam, non venire. *Postridie ad me, clamitans.*] Ut sine dilatione sciri posset. Et *clamitans*, indignantis est, ut, *Clamant omnes.* — 118. *Indignum facinus.*] Distinguendum, ut per se intelligatur *indignum facinus*; et ipse doleat Pamphilum corrumpi. *Comperisse.*] Ergo ab aliis; ut appareat verum quod ait:

---

114. *Honesta oratio est.*] Speciosa. Ita Cicero de Oratore, II. 20. Liv. I. 4. *Quia Deus auctor culpae* honestior *erat*, i. e. ad excusandum speciosior.

116. *Quid facias illi.* Valerius Maximus V. 1. 2. Ext. *Si eos, qui nos amant, interficimus*, quid his faciemus, *quibus odio sumus?* — *Qui dederit damnum aut malum.*] Ita Eun. III. 3. 2. Plaut. Truc. II. 1. 17. *Quemquam hominem attigerit profecto, aut* malum *aut* damnum dari. Ulpian. I. 15. §. 1. ff. de Aedil. Edicto: *Aut iussu eius furtum sive* damnum *cui* datum *sit.* [*Damnum dare* est damnum inferre, pro quo minus latine vulgo dicitur *damnum facere*; id enim significat damnum pati. Duker. de Latinit. Vet. ICt. p. 373. Similiter *malum dare* est malo afficere. Infra II. 5. 20. *ut pro hoc malo mihi det malum.* Vid. Interpretes ad Phaedr. I. 16. 2. *Damnum* est rei, *malum* hominis, ut Donatus annotat.]

118. *Indignum facinus.*] Laudat Quinctilianus, Instit. Orat. V. 12. [*Indignum facinus* est irati et indignantis exclamatio, ut Eun.

Pro uxóre habere hanc péregrinam. Ego illud sédulo
Negáre factum: ille instat factum. Dénique
Ita túm discedo ab illo, ut qui se filiam
Negét daturum. *So.* Nón tu ibi gnatum? *Si.* Ne haéc quidem
Satis véhemens causa ad óbiurgandum. *So.* Qui, cedo?

Tum uno ore omnes. Et, *Hoc fama impulsus Chremes. Indignum facinus comperisse.*] Deest *se:* incertaque distinctio. *Pamphilum.*] Cum emphasi dixit, id est, pudentem et bene moratum. Et nec amicam, sed *pro uxore.* Mire ergo, quasi non hoc doleat quod amet, sed quod *pro uxore* habeat. Et simul excusatur filiam denegaturus socer. — 119. *Hanc peregrinam.*] *Hanc*, cum contemptu dictum est; et *peregrinam*, ut alibi: *Adeone est demens? ex peregrina?* nam hoc nomine meretrices etiam nominabantur. *Ego illud sedulo.*] Quanto affectu pater factum, quod viderat, negabat! *Sedulo.*] Quomodo *sedulo*, si negabat? an *sedulo*, ut Sosiae? id est, simpliciter. *Sedulo.*] Quia non semel negavit, vel ille institit. — 120. *Factum.*] Impersonaliter. *Negare factum.*] Officium patris, et simul per hoc expressio probationis. — *Ille instat factum.*] *Plautus, instare factum:* similis est ἀρχαϊσμός. *Instare factum.*] Vetuste, id est, instat dicere factum esse. *Denique.*] Quid denique? ad summam properat, et ad finem dictorum. *Denique.*] Id est, postremo. — 121. *Discedo.*] Proprie, non enim abeo. Unde *discessio. Ut qui se neget.*] Probavit, quod non volebat senex, Sosiae: adhuc superest ut ostendat, quod non sit irascendum, quin iuste irascatur. — 122. *Non tu ibi gnatum.*] Ἀχο-

---

I. 1. 25. Phorm. IV. 3. 8. *Indignum* est turpe, foedum, non ferendum.]

119. *Pro uxore.*] Id est, uxoris loco, seu quasi uxorem: haec enim vis est voc. *pro.* Ita infra I. 5. 38. Eun. III. 5. 25. Heaut. I. 1. 49. Eodem sensu dixit Plautus Truc. II. 4. 36. *qui* quasi uxorem *Me habebat.*

120. *Instat factum.*] Explicat Donatus. Ita fere Heaut. IV. 4. 16. V. 1. 22. Hec. I. 2. 46. [*Instat factum.* i. e. urget dicendo et iterando, factum esse. Heaut. V. 1. 22. *magis unum etiam instare, ut hodie conficerentur nuptiae.* Gronov. ad Liv. XXXII. 12. 10. et Schulting. ad Senec. Controv. I. p. 92.] *Denique.*] Formula finiendi sermonem. q. d. ut paucis dicam. Ita Heaut. I. 1. 17. Adde Graevium ad Cic. Fam. X. 10.

121. *Ut qui.*] Ita Horatius, Serm. I. 1. 23. *ne sic*, ut qui *ioculatoria ridens Percurram.* Similem vim habet *quasi.* Phaedr. III. 2. 7. *abeunt securi domum*, Quasi *inventuri mortuam postridie.*

123. *Vehemens causa.*] Homo, ingenium, natura, oratio

Si. Tute ipse his rebus finem praescripsti, pater.
Prope adést, quum alieno móre vivendúm 'st mihi: 125
Sine núnc meo me vivere interea modo.
So. Quis igitúr relictus ést obiurgándi locus?
Si. Si própter amorem uxórem nolit dúcere;
Ea prímum ab illo animádvertenda iniúria 'st.

V. 127. Bentl. *Qui igitur*, ex codicibus.

σώκησεν, vel ellipsis, deest, invasisti, obiurgasti, adortus es. *Ad obiurgandum.*] Incusandum, inclamandum. — 124. *Tute his rebus.*] Modo non addidit, *diceret.* — 125. *Prope adest.*] Prope adsunt nuptiae: in proximo sunt metae libertatis: et ideo avidius voluptaria sub finem carpenda sunt. *Quum alieno.*] *Quum*, pro *quo*; hoc enim significat *quum*. *Meo me vivere interea modo.*] *Meo modo*, mea voluntate, meo arbitrio. — 127. *Relictus est obiurgandi locus.*] Mire *obiurgandi*: tanquam incensus pater in filiam videretur. Nam supra commotus plus per ἀκροσώκησιν significaverat. — 128. *Si propter.*] Hoc erat secundum in divisione: *Et consilium meum cognoscet. Si propter amorem.*] Initium consilii sui demonstrandi. *Nolit.*] Legitur et *nollet.* [Et apud Donatum et apud Terentium repone *nolet. Bentleius.*] — 129. *Ab*

---

vehemens magis dicitur. Id igitur vult Simo, causam hanc non fuisse satis idoneam, quare *vehementior esset* in filium. Ita Heaut. III. 1. 13.

124. *Finem praescripsti.*] Statuisti, praefiniisti. Propertius III. 2. 21. *Cur tua* praescriptos *evecta est pagina gyros?* Eodem sensu Cicero Fam. VII. 2. Praefiniisti, *ne pluris emerem.*

125. *Prope adest.*] Cicero, Senect. cap. 21. *Propius absim.* Plautus, Menaechm. V. 6. 25. prope est, quando *Herus, quod strenue faciam, pretium exsolvet.* [*Adest*, nempe tempus. De huius nominis frequenti ellipsi vid. Sanct. Min. IV. 4. p. 645.] — *Alieno more.*] Arbitrio. Ita Heaut. I. 2. 29. Docet Cl. Burmannus ad Quinctil. Instit. Orat. XI. 1. inter *more* et *modo* id interesse, ut illud notet aliquo exemplo et consuetudine quid facere; hoc vero, legitimo fine, quem non egredi deceat.

126. *Meo modo.*] Ita Eun. V. 3. 11. Heaut. II. 4. 21.

127. *Obiurgandi locus.*] Tempus et opportunitas. Ita infra II. 2. 17. Heaut. II. 1. 6. [*Locus* est occasio, facultas. Infra I. 4. 6. *date illi in aliis potius peccandi locum.* II. 2. 17. *nunc non est narrandi locus.* Liv. IX. 2. *Quando nec consilio nec auxilio locus esset.* ubi vid. Drakenb. Male vero quidam *relictus* in *reliquus* mutavit. Caes. B. G. V. 19. *millibus circiter essedariorum relictis itinera nostra servabat.* Liv. IV. 27. *Nulla in proelio iusto relicta spe.* Vid. Bentlei. ad h. l.]

129. *Primum.*] Demum. Virgil. Aen. II. 375. *vos celsis nunc*

Et nunc id operam do, ut per falsas nuptias
Vera obiurgandi causa sit, si deneget.
Simul sceleratus Davus si quid consili
Habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli:
Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia

V. 134. Bentl. *que* in *pedibusque* resecat, conferens IV. 1, 58. Vide etiam Victor. Varr. Lectt. IV, 19.

illo animadvertenda iniuria. Nota participium a passivo. *Animadvertenda*, castiganda, vindicanda est. *Ab illo iniuria.*] Quam facit, non quam patitur. *Ea primum animadvertenda.*] Ut iam hoc sit peccatum, quod recusat nuptias, non quod peccat adolescens. Ideo ergo primum dixit, *animadvertenda iniuria est*, vindicanda, exsequenda est. Et bene *ea ab illo* dixi. *iniuria.* Certissimam enim notat personam, quae debeat pro iniuriis poenas solvere. Quod si dixisset, *Iniuriam eius*, ἀμφιβολίαν fecisset, utrum quam passus est ab alio, an quam ipse aliis intulit. — 130. *Et nunc id.*] Hic reddit quod dixerat, *Consilium meum cognosces.* *Id.*] Id est, *propter id.* — 131. *Vera.*] Ἀντίθετον. quia *falsas* dixit, intulit *vera.* — 134. *Manibus pedibusque.*] Proverbiale, id est, om-

primum *a navibus istis?* — *Ab illo animadvertenda iniuria.*] Hanc locutionem recte explicat Donatus. [*Iniuria ab illo* est iniuria illius, quam ille facit. Nam praep. *ab* saepe inservit genitivo circumscribendo. Infra III. 1. 3. *ab Andria ancilla* i. e. Andriae ancilla. Plaut. Mil. II. 2. 5. *quemque a milite hominem.* Sallust. Fragm. p. 934. *metus a Tarquinio.* Liv. XXVII. 5. *fides a consule.* ubi vid. Gronov. Valer. Flacc. V. 243. *ab auro fulgor.* Perizon. ad Sanct. Min. III. 3. not. 138. p. 389. et Cort. ad Cic. ad Div. III. 13. *Animadvertere* est castigare, vindicare. Infra IV. 4. 28. Vid. Donat. ad h. l. *Iniuria* est peccatum, ut apud Ovid. Ep. VIII. 87. *Quae mea coelestes iniuria fecit iniquos.*]

130. *Id operam do.*] Ita infra II. 1. 7. [Sic etiam loquitur infra II. 1. 7. et Hec. III. 3. 48. *idem nunc huic operam dabo*, in quibus deest praepos. *in*, quam addit Cic. Tusc. Disp. I. 4. *in quam exercitationem ita nos studiose operam dedimus.* ubi vid. Davisius.]

131. *Deneget.*] Videtur ἐμφατικώτερον, quam simplex *neget.* Ita infra I. 5. 6.

132. *Sceleratus.*] De differentia inter *scelestum*, *sceleratum*, et *scelerosum*, vide Donatum ad Eun. IV. 3. 1.

133. *Ut consumat.*] Omne simul adhibeat, omnesque nervos intendat. Cicero Fam. VI. 14. *Me scito omnem meum laborem, omnem operam, curam, studium in tua salute* consumere. Ovidius Metam. VIII. 106. Consumtis *precibus violentam transit in iram.*

134. *Manibus pedibusque.*] Imitatus Homericum illud, χερσὶ τε ποσσί τε. Ita et infra IV. 1. 52.

Factúrum: magis id ádeo, mihi ut incómmodet,
Quam ut óbsequatur gnáto. *So.* Quapropter? *Si.* Rogas?
Mala méns, malus animus: quém quidem ego si sénsero!
Sed quíd opust verbis? Sín eveniat, quód volo,
In Pámphilo ut nihil sít morae, restát Chremes,
Qui mi éxorandus ést; et spero cónfore.
Nunc tuúm 'st officium, has béne ut adsimules núptias:

nibus membris. *Obnixe.*] Cum conatu, instanter contra conantem. — 135. *Magis id.*] *Id*, propter id. *Incommodet.*] Noceat, incommodum afferat. *Mihi ut incommodet.*] Non enim, inquit, prodest filio amare meretricem. — 136. *Quapropter.*] Mire Sosia interrogat, quasi nulla causa sit fallendi dominum. — 137. *Mala mens.*] Voluntas est mens, etiam ratio. *Mala mens.*] Argumentum a natura, et an aliquis sine causa malus, an ab impulsione. *Mala mens.*] Quia dixit, Magis, ut laedat, quam ut prosit. *Quem quidem ego si sensero.*] Ἀποσιώπησις est, gravissimam poenam ostendentis. — 140. *Exorandus.*] Legitur et *expurgandus*. Si *expurgandus*; lege *cui*, non *qui*: quia *cui* per *Q* veteres scripsere. *Confore.*] Ab eo quod est *confit*, id est, perficitur, futurum tempus infinitivi modi *confore*, id est perfectum iri. Sic in Adelphis, *Verum quid ego dicam? hoc confit quod volo. Confieri*, id est, perfici; unde *confectum negotium* dicitur, vel *confecta res*: quae ad plenum perficitur. *Virgilius*: ----*nunc qua ratione quod instat Confieri possit, paucis, adverte, docebo.* — 141. *Nunc tuum est officium.*] Hoc ad illud tertium respicit, quod dixit, *Et quid facere in hac re te velim. Has bene ut adsimules*

---

135. *Mihi ut incommodet.*] q. d. Incommodum det. Ut *commodare* quasi commodum dare. Hec. V. 1. 33. Cicero Fam. XIII. 35. *Omnibus rebus, quod sine molestia tua facere possis, ei* commodes.

137. *Mala mens, malus animus.*] Aristophan. Irene Vs. 1068. *Δόλιαι ψυχαὶ, δόλιαι φρένες.* Virgil. Aen. VI. 11. *magnam cui* mentem animumque *Delius inspirat vates.* Florus IV. 11. 3. *Ut* mente, *ita* animo *quoque et cultu desciverat.* Nisi forte ibi legendum, *ut mente, ita mimo.* Id est, exteriore ornatu et simulatione. Promiscue autem animus menti, et mens animo tribuitur. Plaut. Epid. IV. 1. 4. *Pavor territat* mentem animi. [*Si sensero.* Est aposiopesis; plenus sermo esset: si sensero moliri aliquid, poenas dabit.]

139. *In Pamphilo ut nihil sit morae.*] Varie hoc extulit Noster. Eadem locutione utitur infra II. 5. 9. et Adelph. IV. 7. 1. Sed And. III. 4. 14. *Per hunc nulla est mora.* Adelph. IV. 5. 78. *Ne morae meis nuptiis egomet sim.* And. III. 1. 9. *Ne in mora illi sis.*

141. *Bene ut adsimules.*] Id est, callide. supra Vs. 105. *Amorem bene dissimulatum.* Phaedr. I. 10. 10. *Pulore negas.*

Pertérrefacias Dávum: observes filium,
Quid agát, quid cum illo cónsili captét. *So.* Sat est.
Curábo. eamus jám nunc intro. *Si.* I prae; sequar.

V. 144. Bentlei. *nunc tam*, ut versus mollius decurrat. Et sic codd. nonnulli.

---

nuptias: perterrefacias Davum.] Hoc erat tertium de his, quae dicturum se promiserat. *Adsimules.*] Hoc est unum verbum. *Adsimules:* quod dixit, *Quin tu uno verbo dic, quid est quod me velis.* — 142. *Perterrefacias.*] Venuste et poëtice. *Observes filium.*] Observatio in duabus rebus est, in obsequio, et speculando. — 144. *Curabo.*] Ut coquus: et supra sic, *Nempe ut curentur recte haec. I prae.*] Figura ἀναστροφή, quod nos *prasi* dicimus.

---

142. *Observes filium.*] Ita supra Vs. 66. et recte de speculando explicat Donatus. Sosia enim quasi custos apponitur Pamphilo, ne quid is consilii captet vel faciat inscio patre. Infra II. 5. 2. Plaut. Menaech. V. 3. 38. *Quid ille facias, ne id* observes. Seneca, Epist. 41. *Sacer intra nos spiritus sedet, malorum bonorumque nostrorum* observator, *et custos.* Plin. Paneg. c. 40. *Nemo* observator, *nemo castigator adsistet.*

144. *Iam nunc.*] *Iam* maiorem celeritatem indicat, quam *nunc.* Infra III. 6. 16. IV. 1. 59. Heaut. IV. 6. 18. Maximam vero *iam iam.* Eleganter autem *iam nunc* iunctim dixerunt. Heaut II. 3. 135. Ovidius Arte Am. III. 59. *Venturae memores* iam nunc *estote senectae. I prae, sequar.*] Ita Plautus Amph. II. 1. 1. *Amph. Age, i tu secundum.* So. Sequor, subsequor *te.*

ACTUS PRIMUS.

SCENA SECUNDA.

SIMO *senex.* DAVUS *servus.*

Si. Non dúbium est quin uxórem nolit fílius:

Non dubium.] *Narratione iam habita, persona Sosiae non erat necessaria: ergo subsistit senex, per quem agenda sunt reliqua.* —

Ita Dávum modo timére sensi, ubi núptias
Futúras essé audívit; sed ipse exít foras.
Da. Mirábar, hoc si sic abiret: ét Heri semper lénitas
Verébar quorsum eváderet.
Qui póstquam audierat nón datum iri filio uxorém suo,
Núnquam cuiquam nóstrum verbum fécit, neque id aegré tulit.

Non dubium.] Ad hoc certus inducitur Sima, ut magis perturbetur inopinata consensione Pamphili ad ducendam uxorem, et praeterea nihil agat cum Chremete de tradenda filia, confirmandisque nuptiis. — 2. *Ita Davum modo timere sensi.*] Non recessit de loco senex: *Sensit* ergo ante, quam cum Sosia loqui coepisset. *Ita modo.*] Argumentum quod supra, ab eo quod nostri faciunt. *Modo.*] Ante quam cum Sosia loqui coepisset Simo. Et *Davus* non recte scribitur, *Davos* scribendum: quod nulla litera vocalis geminata unam syllabam facit. Sed quia ambiguitas vitanda est nominativi singularis, et accusativi pluralis: necessario pro hac regula digamma utimur, et scribimus, *DaFus*, *serFus*, *conFus*. — 4. *Mirabar hoc.*] Hic locus est, in quo Davus insinuatur, spectatoribus multa gesturus. *Si sic.*] *Sic*, pro leviter et negligenter, quod Graeci οὕτως dicunt. Significat autem οὕτως, *sic*: et est de his, quae adiuvanda gestu sunt: ut *tantillum puerum*: et, *huius non faciam*. *Lenitas.*] Clementia, facilitas. Cui contraria asperitas et difficultas. *Et heri semper lenitas.*] An *semper lenitas?* ut sit ἐφέν. *Lucretius*: ---- *Semper florentis Homeri.* — *Semper lenitas.*] Ac per simulata usque nunc lenitas: nam nemo in diversis actibus semper lenis est: nisi forte fictus assimulator et callidus. *Semper lenitas.*] Sine differentia est importuna lenitas. — 5. *Quorsum evaderet.*] Ad quam partem erumperet. Et *evadere* est per quamcumque difficultatem ad aliquid pervenire. — 7. *Verbum fecit.*] Non dixit litigium, aut rixam, sed *verbum*. Istae exiguitates, asseverationes dicuntur; et cum pro-

---

4. *Mirabar, hoc si sic abiret.*] Ita Phorm. III. 2. 5. Catull. XIV. 16. *Non, non hoc tibi, salse*, sic abibit. i. e. non auferes impune. Cicer. de Fin. V. 3.

5. *Verebar.*] Non opus cum Donato ἐφέν statuere in *semper lenitas*, si ita ordines sensum: *Semper verebar, quorsum lenitas heri evaderet.* De qua lenitate vide infra I. 5. 27. Cicero Catil. II. 3. *Nae illi vehementer errant, si illam meam pristinam* lenitatem *perpetuam sperant futuram.* [Sic etiam Ruhnken.] — *Quorsum evaderet.*] Supra I. 1. 100. Adelph. III. 3. 63. Nepos Dione cap. 8. *Quum quemadmodum sedaret, nesciret, et* quorsum evaderet, *timeret.* Cicero Att. III. 24. *Etsi* verebar, quorsum *id* casurum esset.

7. *Cuiquam nostrum.*] Intelligit conservos suos. Infra III.

Si. Át nunc faciet; néque, ut opinor, síne tuo magnó malo.

Da. **Id vóluit, nos sic néc opinantes dúci falso gaúdio,**
Speránte iam, amotó metu; interea óscitantes ópprimi;10
Ne ésset spatium cógitandi ad disturbandas núptias.

V. 11. Bentl. *Ut ne esset* etc. ne trochaicus inter iambicos venit.

---

nunciatione: ut intelligatur, *ne verbum quidem. Neque id aegre tulit.*] Hoc est, *semper lenitas.* — 8. *Faciet.*] Subaudiendum *verbum*, et est *faciet* persona tertia, pro prima. *Faciet.*] Id est irascetur, denunciabit, loquetur. *Sine tuo magno malo.*] Id est, comminabitur tibi, et minas contemnes, ut ad poenas perveniás. — 9. *Id voluit.*] Aut absolute accipiendum *id:* aut *id*, quomodo *sic*, demonstratio est, ut magis gestu quam sensu intelligatur, ut supra diximus. *Nec opinantes.*] Τφὶν. *Duci.*] *Ducere* est expectatione longi temporis malum prolatare: vel *induci*, ut ferae in retia. *Falso gaudio.*] Velut ex ira, et vitae senis iracundia. — 10. *Amoto metu.*] Ista singula sunt. Et *amoto metu*, sic dixit, quasi metus sit corpus brutum, quod cum molimine movetur. *Oscitantes.*] *Oscitatio* est animi otium et securitas, dictum ab *ore ciendo*, id est commovendo. *Oscitantes*, securi, id est, nihil providentes. — 11. *Cogitandi ad disturbandas.*] Miranda locutio: ut si dicat, *Cogi-*

---

2. 38. — *Verbum facit.*] Stomachatus est. Catull. LXXV. 6. verbum *non* faciet *patruus*. Proprie magis locutus est infra IV. 4. 13.

9. *Nec opinantes.*] Incautos, imprudentes. *Nec* autem in simili locutione valet *non*. Phaed. V. 7. 8. *Concidit casu gravi* Nec opinans. Idem I. 9. 6. *Dum loquitur, ipsum accipiter* necopinum *rapit*. Cicero Fam. XIII. 18. *Eique* necopinanti *voluntatem tuam tantam per literas detulisse.* ubi v. Manutius. — *Duci.*] Homo dicitur *duci*, quando incautus in longam spem trahitur et ita eluditur. Plautus Capt. IV. 2. 7. *Hic ille est senex* ductus, *quoi verba data sunt.* Sed tempus dicitur *duci*, et res, quum profertur. Tacit. Annal. II. 34. *Sermonibus variis* tempus *atque iter* ducens. Gell. IV. 10. *Eius* rei *gratia* ducendae *longa oratione utebatur, eximebatque dicendo diem.* [*Duci* est *decipi.*]

10. *Oscitantes.*] Negligentes et securos. Cicero de Orat. II. 33. *Istam* oscitantem *et dormientem sapientiam Scaevolarum, et ceterorum beatorum otio concedamus.* Idem pro Mil. 21. proprie: *Adde insecitiam pransi, poti,* oscitantis *ducis.* Ennius Annal. X. Oscitat *in campis caput a cervice revolsum.* Plaut. Menaechm. V. 2. 80. *ut pandiculans* oscitatur. Gell. IV. 20. *In iure stans, clare nimis ac sonore* oscitavit.

11. *Ad disturbandas nuptias.*] Impediendas, dissipandas. Cicero Fam. XI. 21. Disturbavi *omnem rem, totamque nobis integram reservavi.*

Astúte! *Si.* Carnufex, quae loquitur! *Da.* Hérus est, neque provideram.

Si. Dave. *Da.* Hém, quid est? *Si.* Ehodum ád me. *Da.* Quid hic volt? *Si.* Quid ais? *Da.* Qua de ré? *Si.* Rogas?

Meum gnátum rumor ést amare. *Da.* Id pópulus curat, scílicet!

Si. Hoccíne agis, an non? *Da.* Égo vero istuc. *Si.* Séd nunc ea me exquírere, 15

V. 12. Bentl. cum Faërno *praevideram* correxit.

---

tat ad dicendum. — 12. *Astute.*] Hoc et gestu, et vultu servili, et cum agitatione capitis dixit. *Carnufex.*] Aut excarnificans dominum, aut ipse dignus carnifice, ut caro fiát, id est, lanietur. *Lucilius: Carcer vix carcere dignus.* — *Neque provideram.*] Providentia duplex est: aut enim animo, aut oculis providemus. — 13. *Hem.*] Quasi correptio totius corporis. *Ehodum.*] Nutus est, intentionem animadversionemque deposcens eius, cum quo vult loqui. *Ehodum.*] *Dum*, παρέλκον est hoc loco. *Quid hic volt.*] More servili, et vernili gestu; sic enim vocati a dominis servi vultuose agunt. — *Qua de re?*] Negantis vim habet haec interrogatio. plus est enim *qua de re*, quam *nihil. Rogas?*] Hoc cum interrogatione indignantis. — 14. *Meum gnatum rumor est amare.*] Mire apud servum dissimulat id, quod iam probavit. *Meum gnatum rumor est amare.*] Graviter, constanterque senex nondum se fatetur credere, nec verum scire: ne amittat vim vindicaturi, si rescierit. *Id populus curat, scilicet!*] Quia rumigeratio populi est; sed hoc aversus ab illo, contumaciter. sic *Virgilius*: *Scilicet is superis labor est.* ---- *Scilicet*, semper cum εἰρωνείᾳ ponitur. — 15. *Hoccine agis.*] *Agis*, id est, audis. Alibi sic, *Hoc age*,

---

12. *Carnufex.*] Convicium Comicum in hominem carnifice dignum; Plauto familiare. — *Provideram.*] Id est, praevideram. Plaut. Asin. II. 4. 44. *Non hercle te* provideram; *quaeso ne vitio vertas.*

13. *Qua de re.*] Formula eorum, qui vel ignorant, vel ignorare se fingunt, qua de re quis loquatur. Ita infra V. 4. 6.

14. *Id populus curat, scilicet.*] Ita respondet, quia Simo dixerat, *rumor est.* q. d. in ore est omni populo. Unde quasi proverbiale dictum imitatus Cicero, Fam. XV. 17. Att. XIII. 34. ad Q. Fr. III. 9. [Sensus est, non credo rumorem esse in populo; cur enim populus curet filii tui amorem? *Scilicet* et *videlicet* eleganter inserviunt ironiae. Virg. Aen. IV. 379. *scilicet is superis labor est.* Vid. Bentlei. ad Adelph. V. 3. 5. Terentium imitatur Cic. ad Attic. XIII. 34.]

15. *Hoccine agis, an non?*] Ita aiebant, quum quis ani-

lúqui patris est: nám, quod antehac fécit, nihil ad me áttinet.
Dum témpus ad eam rém tulit, sivi, ánimum ut explerét suum:
Nunc híc dies aliám vitam adfert, álios mores póstulat.

V. 18. Bentl. ex Cicer. Epist. ad Div. XII. 25. *Nunc hic dies dliam vitam défert, alios mores póstulat.* Ita *hic* corripitur sequente licet consonante, ut III. 1, 4. et alibi: vel *dies* est monosyllabum.

---

amabo. Plautus: *Hoc agite sultis, spectatores, nunc iam.* Pronuntians simul demonstrative, veluti aurem suam tangens. *Istuc.*] Deest *ago*, vel *audio.* — 16. *Iniqui patris est.*] *Iniqui* est, si nunc velim quaerere actus liberos adolescentis. *Nam quod antehac fecit.*] Pro *antehac*, consuetudine magis, quam ratione dicitur. *Nihil ad me.*] Id agit, ut superius consilium se servare ostendat. — 17. *Dum tempus ad eam rem tulit.*] Absolute. et deest *se*: ut sit, Dum tempus se praebuit: quia supra dixit, *Tute his rebus finem praescripsisti, pater. Sivi animum ut expleret suum.*] Mira ratio cur siverit, ut et hoc, quod permisit, ad bonam frugem permiserit, non ad luxuriam. *Sivi* autem distingue: est autem *sivi*, modo, permisi, cessavi. *Sivi*, antique. Aliter in Adelphis: *Non sivit egestas facere hoc nos.* — 18. *Nunc hic dies aliam vitam ad-*

---

mum non credebatur advertere ad id, quod vel dicebatur, vel fiebat. Eun. I. 2. 5. Phorm. II. 3. 3. Locutio a sacris petita, qua iubebantur homines rebus divinis intenti esse. Plutarchi verba vide Num. p. 69. D. Coriol. p. 225. F. — *Ego vero istuc.*] Subaudi, *ago.* Ita Eun. II. 3. 56. — *Ea me exquirere, iniqui patris est.*] Exemplum corruptae disciplinae Atticae. Adde Chremetis illud, Heaut. I. 2. et III. 1. Lachetis, Hec. IV. 4.

17. *Dum tempus ad eam rem tulit.*] Si *tempus ad eam rem* coniungas, videtur male cepisse verba Donatus. *Tulit* autem valet *sivit*, *permisit.* Ita plane Eun. IV. 1. 7. Plaut. Bacchid. IV. 4. 22. *Occasio ad eam rem. Eam rem* autem intellige vagos et liberiores amores. [*Sivi.* Codd. quidam apud Lindenbrog. pro *sivi* habent vetustam formam *sini*, quae fortasse a Terentii manu est. Nam veteres saepe praeterita forma praesentium et contra praesentia forma praeteritorum inflectebant, ut *impelli*, *negligi*, *evadi*, *eripi* etc. Vossius de Anal. III. 28. p. 307. et Duker. de Lat. vet. ICt. p. 334. sq.] — *Animum ut expleret suum.*] Explemus et nostrum et aliorum animum. Hec. V. 1. 28. *Exple animum his.* Eadem metaphora dixit Cicero, pro S. Rosc. cap. 52. *Si non satis habet*, avaritiam *suam pecunia* explere. Et Ovidius Trist. IV. 3. 38. Expletur *lacrimis egeriturque* dolor.

18. *Hic dies.*] Intelligit diem nuptiis dictum. Supra I. 1. 75.

Dehinc póstulo, sive aéquum 'st, te oro, Dáve, ut redeat iam in viam.

Da. Hoc quíd sit? *Si.* Omnes quí amant, graviter sibi dari uxorém ferunt.

Da. Ita aíunt. *Si.* Tum si quis magistrum cépit ad eam rem ímprobum,

fert.] Hoc est, recte, et severe, et inexorabiliter denuntiat. *Aliam vitam*, pro diversam et contrariam. Sic et *Virgilius: Dis aliter visum.* ---- — 19. *Te oro, Davè.*] Gravius illud fecit, nomen appellando. *Ut redeat iam in viam.*] *Iam* modo tarditatis est signum. Et *in viam* dixit, quasi qui devius sit, et errarit a recta via. *Ut redeat iam in viam.*] Proverbiale. *Sive aequum est.*] Ἐκπόρθησις. — 20. *Hoc quid sit.*] Ἔλλειψις. Deest enim *quaeris.* — 21. *Ita aiunt.*] Haec credunt et loquuntur universi; et est trepida confessio, et quasi inviti responsio: ut in Heautont. *Ita credo*: monente patre filium. *Tum si quis magistrum.*] Μεταφορικῶς. An quia et paedagogus est magister? ut Geta in Phormione, *Me filiis relinquunt quasi magistrum.* — *Ad eam rem.* Id est, super eam

---

Infra I. 5. 33. — *Aliam vitam adfert.*] Ita *adfert* dixit, uti Heaut. IV. 3. 2. Hec. III. 2. 9. Est autem *alia vita* alius vitae modus seu ratio. Heaut. II. 3. 24. Hec. III. 3. 45, Phorm. I. 3. 12. — *Alios mores postulat.*] Laudat Cicero, Fam. XII. 25. *Nunc hic dies aliam vitam defert, alios mores postulat, ut ait Terentius.* Zenoni fertur: Ἄλλος βίος, ἄλλη θύρα.

19. *Sive aequum est.*] *Sive* valet hoc loco, *vel si*; poterat enim iniquum videri, servum orari abe hero. Ita infra I. 5. 58. Eunuch. II. 3. 21. Cicero Fam. IX. 13. *Peto igitur a te*, vel, *si pateris, oro.* — *Oro.*] Ita infra III. 4. 16. Verissime Servius ad Virgil. Aen. VI. 116. *Idem orans mandata dabat*, haec notat: *Maior enim ad impetrandum vis est, eum rogare, qui possit iubere.* Sed et pater orat filium, Hec. I. 2. 41. ubi vide Donatum. — *Ut redeat iam in viam.*] Plautus Cas. II. 7. 17. Tandem redii *vix veram* in viam. Cicero Philipp. XII. 2. *Quod si est erratum, P. C. spe falsa atque fallaci*, redeamus in viam.

20. *Hoc quid sit?*] Ita Eun. III. 3. 17. *Hoc cur quaeritet?* Sed disertius Phorm. V. 3. 23. *Miror hoc quid sit.* Cicero Fam. V. 1. *Quod cuiusmodi sit, satis intelligere non possum.* Plautus Amph. II. 2. 137. *Quid hoc sit hominis!* — *Graviter ferunt.*] Ita Eun. I. 2. 1. Hec. II. 2. 10. Polyb. III. 13. βαρέως ἔφερον.

21. *Ita aiunt.*] Formula, qua utuntur, qui non ex animo, sed cum contemtu quodam adsentiuntur. Infra II. 1. 21. Adelph. V. 8. 7.— *Magistrum.*] Consultorem; consilii auctorem. Cicero Fam. IX. 7. *Vel iam sciemus: adventat enim Dolabella. Eum puto* magistrum *fore.*

Ipsum ánimum aegrotum ad déteriorem partem plerumque ádplicat.

Da. Non hércle intelligó. *Si.* Non? hem. *Da.* Non: Dávus sum, non Oédipus.

Si. Nempe érgo aperte vís, quae restant, mé loqui? *Da.* Sané quidem.

Si. Si sénsero hodie quídquam in his te núptiis 25.

rem; hoc est, super amorem. — 22. *Animum aegrotum.*] Pro *aegrum*; nam animus aeger, corpus aegrotum. — 23. *Hem.*] Interiectio est irascentis. *Davus sum, non Oedipus.*] Multiplex contumelia. potest enim senem quasi Sphingem dixisse, id est, deformem monstrique similem; potest etiam inhumanum et ferum, ut Sphinx. Potest etiam per Oedipum se ultorem promittere futurum, atque oppressorem sapientiae senis. *Davus sum, non Oedipus.*] Facere se negavit Oedipum, ut senem Sphinga esse confirmet, non Oedipum. Imitationum duo sunt genera: quandam necessitas, quandam introducit voluntas. *Non Oedipus.*] Si Latine pronunties, genitivus *Oedipi* faciet: si Graece, *Oedipodis.* — 24. *Sane quidem.*] *Sane*, valide: quia qui sanus, et validus est. — 25. *Si sensero.*] Comminatio, et fit pronuntiatio, ut in singulis verbis ardeant minae. *Hodie.*] Non ad tempus non plenum, sed ad comminationem refertur, ut *Virgilius*: *Nunquam omnes hodie moriemur inulti.* Et *dies* pro nocte accipitur:

Seneca, Thyeste, Act. II. 311. *Saepe in* magistrum *scelera redierunt sua.* Phaed. II. 6. 15. Magistrae *large divisit dapem.*

22. *Animum aegrotum.*] Ita infra III. 3. 27. Heaut. I. 1. 48. Inde et animi quibusvis vitiis corrupti dicuntur *sanari.* Cicero Catil. II. 5. Caesar B. C. I. 35. — *Ad deteriorem partem adplicat.*] Ita fere Hec. V. 3. 38. *Nunquam* animum *quaesti gratia* ad malas adducam partes. *Adplicat* ita dixit, uti Heaut. Prol. 23.

23. *Davus sum, non Oedipus.*] Id vult, Simonis dictum αἰνιγματώδες sibi videri. Ita Plautus, Poen. I. 3. 34. *Nam illi quidem hercle orationi Oedipo Opus est coniectore, qui Sphingi interpres fuit.* Euripides, Hecuba Vs. 743. Οὗτοι πέφυκα μάντις, ὥστε μὴ πλέων Ἐξεσοφῆσαι σῶν ὁδὸν βουλευμάτων. *Divinus haud sum, nec quoam viam tuarum nosse cogitationum.*

24. *Aperte.*] Nec obscure, nec perplexe. Ita mox Vs. 31. Eun. V. 1. 8. Heaut. IV. 3. 23.

25. *Hodie.*] Eleganter comminationi inservit. Ita infra V. 2. 25. Plautus Curc. V. 3. 13. *Delicatum te* hodie *faciam, cum catello ut accubes, Ferreo ego dico.*

Fallácias conári, quo fiánt minus:
Aut vélle in ea re osténdi, quam sis cállidus:
Verbéribus caesum té, Dave, in pistrínum dedam usque
ád necem;
Ea lége atque omine, út, si te inde exémerim, ego pro
té molam.
Quid? hoc intellextin'? án nondum etiam ne hóc quidem?
Da. Immo cállide:

V. 28. Bentl. ex codd. *Verbéribus caesum te in pistrinum, Dáve, dedam usque dd necem.* ne *Dave* in depressione latitet.

---

ut hoc ipsum, *Nunquam omnes hodie moriemur inulti.* — 26. *Quo fiant minus.*] *Quo minus*, hoc est, quo impeditius. — 28. *Verberibus caesum te, Dave, in pistrinum.*] Vult in pronomine et nomine exagitare comminatione servum, ne quid relinquat iracundiae. *Dedam.*] *Dare*, est quod repetas: *Dedere*, est ad perpetuum. *Damus* et amicis: *Dedimus* tantum hostibus. — 29. *Ea lege, atque omine.*] *Lege*, ad homines: *omine*, ad rem divinam refertur; id est firmamentum, per humana et divina. *Omen* autem est quicquid ore dicitur. *Ea lege atque omine.*] Bene *lege atque omine*, quia leges auspiciis servatis ferebantur. Ergo sic intellige, quasi dixerit, *ea lege et conditione.* Et antiqui auspicato omnia faciebant, quae rata esse vellent. — 30. *An nondum etiam.*] Quartum κατάλιξον,

---

27. *Ostendi.*] Cicero Fam. III. 10. *Ea in re animum* ostendere *inimicum, quum nihil obsis.*

28. *Verberibus caesum.*] Proprie. *Caedere* enim et *caedes* verbera et plagas respicit. Hoc sensu *inter caedem* dixit Virgilius, Aen. VIII. 492. et Phaedrus, II. 7. 8. Ubi vide Cl. Burman. — *In pistrinum dedam.*] De pistrino, servorum supplicio, multa apud Comicos mentio est. Infra I. 3. 9. III. 4. 21. Heaut. III. 2. 19. Plautus, Mostell. I. 1. 16. Pseud. I. 5. 79.

29. *Ea lege.*] Conditione. Eun. I. 2. 22. Heaut. V. 5. 10. Cicero, Fam. VI. 6. *Levat enim dolorem communis quasi* legis *et humanae conditionis recordatio.* — *Ut, si te inde exemerim, ego pro te molam.*] Similis locutio illa Plautina, Menaechm. V. 8. 9. *Me. Liberum ego te iussi abire? Mes. Certo. Me. Quoi certissimum est, Mepte potius fieri servum, quam te unquam emitti manu.*

30. *Quid? hoc intellextin'? an nondum etiam ne hoc quidem?*] Ita fere Plautus, Amph. II. 1. 30. *Satin' hoc-plane, Satin' diserte, here, nunc videor tibi locutus esse?* [*Callide* i. e. plane, probe. Vid. Adelph. III. 3. 63. et Plaut. Asin. II. 2. 82.]

Ita apérte ipsam rem módo locutus, níl circumitione úsus es.

Si. Ubivís facilius pássus sim, quam in hác re, me delúdier.

Da. Bona vérba quaeso. *Si.* Irrídes? nihil me fállis; sed dicó tibi,

Ne témere facias; néque tu hoc dicas, tibi non praedictúm. Cave.

V. 33. Bentlei. corr. *nihil me fallis. edico tibi*: quia *sed dico tibi* nimis tepide dicatur in re tam gravi.

V. 34. idem cum Faërno dedit: *neque tu haut dices.*

---

quia abundat *etiam.* — 31. *Ipsam rem.*] Ipsam rem, id est, voluntatem suam, aut interminationem suam: hoc est, pistrinum et poenas serviles. *Nihil circuitione.*] *Nihil*, pro non. *Circuitione*, periphrasi. *Usus es.*] Legitur et *usor es.* — 32. *Ubivis facilius.*] Admonitio. *Ubivis facilius.*] Cicero: *Non est in hac causa peccandi locus ullus.* — 33. *Bona verba quaeso.*] Hic in εἰρωνείᾳ est εὐφημισμός. Quasi dicat, meliora loquere, rogo te. Ergo cum admonitione, *Bona verba*, inquit, rogo. *Nihil me fallis.*] Non te ignoro, non me decipis, Sic *Menander: νυνὶ καὶ οὐδὲν λέληθάς με ἄν. Nihil me fallis.*] Figura est ἐλλειψισμός. a loco οὐδέν με λανθάνοις ἄν. *Fallis.*] Lates, ut sit οὐδέν με λέληθας. *Nihil me fallis.*] *Nihil*, pro *etiam nunc.* — 34. *Neque tu haud dicas, tibi non praedictum.*] Duae negativae faciunt unam affirmativam: tres negativae pro una negativa accipiun-

---

31. *Circumitione.*] H. e. anfractibus, et verborum ambagibus. Gr. ἐφοδείᾳ, περιόδῳ. Heaut. II. 3. 77.

33. *Bona verba quaeso.*] Pro eo Graeci εὐστόμει et εὐφήμει dicebant. Aristoph. Nub. III. 1. 20. Plautus, Aul. IV. 10. 57. eodem fere sensu: *Bono animo es, et benedice.* [*Bona verba quaeso.* i. e. loquere meliora; noli putare te a me deludi posse. Locutio sumta est a sacris, in quibus *bona verba dicere* est verbis, quae malum omen habeant, abstinere. Tibull. II. 2. 1. *Dicamus bona verba.* ubi vid. Broukhusius.] — *Sed dico tibi.*] De vera lectione, *edico tibi*, vide in Comment. maiore. Atque huc respicit Simo infra III. 2. 15. [*Dico tibi* est graviter increpantis et minantis formula. Eun. II. 3. 46. *tibi dico Claerea.* Ovid. Ep. XX. 153. *Alterius thalamo tibi nos, tibi dicimus, exi.* Phaedr. IV. 19. 18. *tibi dico, avare.* ubi vid. Interpretes.]

34. *Ne temere facias.*] H. e. calide, et nimis audacter. Seneca Epist. XIX. *Cogita, quam multa* temere *pro honore tentaveris.*

ACTUS PRIMUS.

SCENA TERTIA.

DAVUS.

ENIMVÉRO, Dave, nihil loci 'st segnítiae, neque socórdiae,

tur: ut hic, *Neque haud non.* Sallustius, *Haud impigre, neque inultus occiditur.* Vera ergo lectio est, *Neque tu haud dicas.* Quod plurimi non intelligentes *hoc dicas* legunt. *Neque haud tu dicas.*] Vera lectio: *Neque haud dicas.* est enim quintum παράλογον. Plautus in Bacchid. *Neque haud subditicia gloria oppidum arbitror.*

Enimvero, Dave.] *Hic brevis et comica deliberatio est, magna exspectatione populum rerum imminentium commotura, metu et cura aestuantis Davi consideratione proposita.* — 1. *Enimvero, Dave.*] Omnis persona aut ab altero commendatur, aut se ipsam populo commendat, aut et ab altero et a se ipsa, ut hic Davi, et per Simonem supra descripta est, ubi dicit, *Mala mens, Malus animus*: et hic per se, dum hoc gestu ac sermone agit ac disputat secum. *Enimvero, Dave.*] *Enimvero*, significationem habet nimium permoti atque irritati animi. Cicero, *Hic tum alius ex alia parte: Enimvero ferendum hoc non est: vocetur mulier. Segnitiae.*] Ad agendum. *Socor-*

Aliquid etiam pro otio audendum est. — *Neque tu hoc dicas tibi non praedictum.*] Quare legendum sit, *neque tu haud dicas*, vide in Comment. maiore. Scilicet duplex negatio graecissat. Ita Plautus, Bacchid. IV. 9. 114. Neque *ego* haud *committam, ut si quid peccatum siet, Fecisse dicas de mea sententia.* Idem Menaechm. II. 3. 20. Neque *id* haud *immerito tuo.* [Saepe apud Latinos Graecorum exemplo duae negationes non affirmant, sed negant. Eun. V. 8. 47. *nec magis ex usu tuo nemo est.* Plaut. Epid. V. 1. 57. *neque ille haud obiiciet mihi.* Propert. II. 15. 5. *Nulla neque ante tuas orietur rixa fenestras.* ubi vid. Broukhus. Add. Duker. ad Flor. III. 17. p. 577. et Bentleius ad h. l.] Ad sententiam ipsam proxime accedunt illa, Plaut. Pseud. I. 5. 102. *Praedico, ut caveas: dico, inquam, ut caveas: cave.* Liv. II. 29. *Ne praedictum negetis, patres conscripti, adest ingens seditio.*

1. *Nihil loci 'st segnitiae, neque socordiae.*] Utrumque etiam Plautus coniunxit, Asin. II. 1. 6. *Quin tu abs te* socordiam

Quantum íntellexi módo senis sententiam de núptiis.
Quae sí non astu próvidentur, me aút herum pessúmdabunt.
Nec quíd agam certum 'st: Pámphilumne adiútem, an
auscultém seni.
Si illúm relinquo, eius vítae timeo: sín opitulor, huíus
minas; 5

diae.] Ad considerandum. — 2. *Quantum modo.*] *Quantum* pro *in quantum.* — 3. *Quae si non astu.*] Exhortatio a periculo. *Providentur.*] Provisio rerum duas significationes habet. *Providemus* enim nobis tam bonum, quam malum. Malum, sicut si quis eminus veniens, telum providerit atque sic caverit. Ergo hic *providentur*, caventur, vitantur. Et nuptias velut undam navigio imminentem fecit. Quod si quis undam ex adverso venientem prora non exceperit, demersus undis in pessum abit. Est ergo metaphora. *Me aut herum.*] *Herum*, herilem filium.— 4. *Pamphilumne adiutem, an auscultem seni.*] Semper deliberativa habent quendam sonum, per quem exitus rei demonstratur: ut hic ostendit, se Pamphilum magis adiuturum, quam verbis senis obtemperaturum. — 5. *Si illum relinquo.*] Partium tractatus, quae supra sunt, *Pamphilumne adiutem, an auscultem seni. Vitae eius timeo.*] Ut alibi, *Syre, tibi timui male. Sin opitulor.*] Opem ferre dicitur in malis rebus, et iis qui de salute dubii sunt: ut, *Fer opem, serva me, obsecro. Opitulor* et *opitulatio* dicta ab opem tollendo, hoc est,

---

omnem reiice, et segnitiem *amove.* Sed eodem sensu dixit Sallustius Iugurth. 53. *Dolus Numidarum nihil languidi, nihil remissi patiebatur.* De voce *Socordia* vide Cort. ad Sallust. Catil. 4.

2. *Quantum intellexi.*] Ita infra II. 5. 12. *Quantum audio.* IV. 4. 17. *Quantum intelligo.* Eun. I. 2. 62. *Quantum suspicor.*

3. *Quae si non astu providentur.*] Ita Phorm. I. 4. 5. *Providere* autem duo notat, et malum evitare, et bonum futurum curare. Prior sensus est Phorm. V. 2. 14. Cicero Fam. IX. 18. *Actum igitur de te est, nisi provides.* Posterior in verbis Ciceronis, Nat. Deor. I. 2. *Deorum mente atque ratione omnem mundum administrari et regi: neque id solum, sed etiam ab iisdem vitae hominem consuli et* provideri. — *Pessumdabunt.*] *Pessumdare* proprie est deorsum dare et supprimere, uti *pessum ire* notat fundum petere, et innatare non posse; sed utrumque μεταφορικῶς perdere et perire. Plautus, Persa IV. 9. 3. *Hei, Persa me* pessumdedit. Truc. I. 1. 15. *Quando rete ubi pessum, tum adducit sinum.* [*Pessum dare* dicitur ut *venum, victum, pastum dare.* Est enim supinum ab antiquo verbo *petior* i. e. subigor, pedibus calcor. Proprium domicilium habet in navibus unda mersis. Plaut. Rud. II. 3. 64. *nunc eam cum navi scilicet abisse pessum in altum;* hinc translate dicitur pro perdere. Sallust. Iug. c. 1. *Sin*

Cui vérba dare difficile est: primum iám de amore hoc cómperit;
Me infénsus servat, né quam faciam in núptiis fallácium:
Si sénserit, perii; aút si lubitum fúerit, causam céperit:
Quo iúre, qua[que] iniúria praecipitem me in pistrinúm dabit.

V. 8. Bentl. coni. *aut quam libitum fuerit*, hoc sensu: *si senserit, imo* (quod minus est) *quamlibet causam ceperit, in pistrinum me dabit.*

V 9. Bentl. corr. *Qua iúre, qua me iniúria praecipitem in pistrinúm dabit*, ut et versus et sententia restituatur. —

---

ferendo. *Huius minas.*] Subauditur *timeo*. — 6. *Cui verba dare.*] *Verba dare*, fallacia est: et illud spectat, *nihil me fallis*. *Difficile est.*] Non dicit, impossibile est. Ergo ostendit, partem se sequi, quae pro Pamphilo est. *Primum iam.*] Primo, inquit, iam infensus est senex; deinde a Pamphilo gravida est Glycerium. *Primum iam.*] Τρέν. est enim ἀναστροφή, pro *iam primum*. *De amore hoc.*] *Hoc amore*, sic, quasi cum taedio et reprehensione eius amoris loquatur. — 7. *Me infensus.*] Scilicet de amore filii, senex me servat, et revera timendus est. *Servat.*] Φυλάττει. *Ne quam faciam.*] Hoc ad illud spectat, *Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum.* — 9. *Quo iure, quaque iniuria.*]

---

captus pravis cupidinibus ad inertiam et voluptates corporis pessum datus. ubi vid. Cortius.]

[5. *Vita* saepe apud Terentium est salus, bona existimatio et quidquid carum est. Infra I. 5. 37. et Adelph. III. 2. 42.]

6. *Cui verba dare.*] Verbis fallere. Infra III. 2. 25. Eun. Prol. 24. V. 1. 17. V. 5. 8. Heaut. IV. 4. 13. Adelph. IV. 4. 11. Plautus passim. *Primum.*] Ita dixit, non sequente *deinde*, vel simili particula; uti *principio* infra III. 3. 38. ubi vide Donatum. Heaut. II. 3. 28. Cicero Fam. II. 9. Primum *tibi*, *ut debeo*, *gratulor*. [Plura dabunt Gronov. ad Liv. XXXIV. 19. Duker. ad Flor. II. 18.]

8. *Causam ceperit.*] H. e. praetextum. Infra IV. 1. 19. Eun. V. 5. 30. Phaedr. I. 1. 4. *Iurgii* causam *intulit*.

9. *Quo iure, quaque iniuria.*] Ita Heaut. III. 1. 57. IV. 1. 29. Aristophanes, Plut. 233. καὶ δικαίως κἀδίκως. [Omnino cum Bentleio et aliis legendum *qua iure, qua iniuria* i. e. quocunque modo, sive iuste sive iniuste. Proverbialiter dicitur, ut apud Graecos δικαίως καὶ ἀδίκως. Liv. II. 54. *iure an iniuria eripiendos esse reos*. Ceterum part. *qua, qua* eleganter ponuntur pro tum, tum. Liv. X. 38. *consul insignis qua paterna gloria qua sua*. Plin. Ep. IX. 2. *ingenio qua varietas rerum qua magnitudo largissime suppetebat*. Gronov. Obss. III. 12. Heinsius ad Val. Flacc. V. 85. et Bentlei. ad h. l.]. — *Praecipitem*

Ad haéc mala hoc mihi accédit etiam: haec Andria,
Si[ve] ista úxor, sive amica est, gravida e Pámphilo est.
Audíreque eorum est óperae pretium audáciam:
Nam incoéptio 'st amántium, haud amántium.
Quidquíd peperisset, décreverunt tóllere.

V. 11. Bentl. corr. *Si ista uxor*, quia versui syllaba superest. Ita *si — sive* Plaut. Curc. I. 1, 4. Pseud. I. 5, 129.

Proverbiale hoc est: qualia sunt, *fas et nefas*, *nolis velis*. — 10. *Ad haec.*] In ipsa re maior est difficultas, quia gravida est Glycerium. — 11. *Sive ista uxor.*] Et hoc cum quodam taedio et indignatione stomachi interrumpit. — 12. *Operae pretium audaciam.*] Dicitur de mirificis et laudabilibus. Nam et ea quae magna sunt, etiam si mala, tamen miramur: quia libenter audimus, et hoc *pretium est operae*, id est, audiendi. Et *audaciam* proprie dixit, ut in Eunucho, *audaciam meretricum specta*. — 13. *Nam incoeptio 'st amentium, haud amantium.*] Amabant veteres de proximo similia dicere: ut *Cicero*, *Minus charum putavit fore de armario; quam quod de sacrario fuisset ablatum*. Et quidem si in verbis sunt, παρόμοιον dicitur: in nominibus, παρονομασία. — 14. *Quidquid peperisset.*] Maiorem reprehensionem sonat, *quidquid peperisset*: paritur enim aut masculus, aut foemina: et solet iustior esse causa tollendi, si marem uxor peperit, sed nimii amoris est, non expectare quid tollas. *Decreverunt.*] *Decernere* est de magnis rebus certam proferre sen-

---

me in pistrinum dabis.] Ita loquitur, quod *pistrinum* esset in parte domus inferiore. Vide Palladium, Lib. I. Tit. XLII. [*Praecipitem dabit* i. e. per vim, cum impetu coniiciet. Phorm. IV. 8. 20. *ut praecipitem hanc dares*. Catull. CIV. 2. *Musae furcillis praecipitem eiiciunt*. Ita frequens est *aliquem praecipitem agere*. Sallust. Cat. c. 31. *circumventus ab inimicis praeceps agor*. Vid. Interpretes ad Liv. XXX. 14. 10.]

10. *Ad haec mala.*] Ita Caecilius, Obolaste: *Quaeso, ne ad malum hoc addas malum*.

12. *Audire est operae pretium.*] Imitatus Ennium, Annal. I. *Audeire est operai pretium*. Et Horat. Serm. I. 2. 37. Eodem sensu *operae est* dixerunt; sed et *pretium est*, ut Tacit. Annal. I. 57. ubi v. Freinshem.

13. *Amentium, haud amantium.*] Videtur hunc locum in animo habuisse Livius, III. 47. scribens: *Tanta vis* amentiae *verius, quam* amoris, *mentem turbaverat*.

14. *Quidquid peperisset.*] Neutro genere utitur, ob incertitudinem, masne nasciturus esset, an femella. Sic infra III. 1. 6. Plautus, Amph. I. 3. 8. *Quod erit natum, tollito*. Cicero Att. X. 18.

Et fingunt quandam, intér se nunc fallácĭam, 15
Civem Átticam esse hanc. Fúit olim quidám senex,
Mercátor: navem is frégit apud Andrum ínsulam;
Is óbiit mortem: ibi tum hánc eiectam Chrýsidis

V. 16. corr. Bentl. *Civem Atticam esse hanc. Fuit olim hinc* (Athenis) *quidam senex.*

---

tentiam. Unde etiam *Senatus decretum.* — 15. *Et fingunt.*] Argumenti partem narrat: et non credit futura esse quae dicit, ut supersit locus errori. Et *fallaciam*, et *quandam*; ne verisimilis sit ipsa fallacia totius contemtionis et vilitatis. — 16. *Fuit olim.*] Modo totius summae argumentum populo narratur; sed ut restet aliquid ad errorem, abrogatur fides. A *διηγηματικῷ* ad *μιμητικὸν* transit. — 18. *Is obiit mortem.*] Plene dixit, quod nos *obiit* tantum. *Vir-*

Quod quidem est natum, perimbecillum est. Sed et ita in Evangel. Matth. I. 20. et Luc. I. 35. ubi v. intpp. [Gronov. Lectt. Plautt. p. 14. sq.] — *Tollere.*] De prisco more *tollendi* partus, et quae eius rei fuerit ratio, ex professo egit Ampliss. Com. Bynckershoekius, opusculo *de iure occidendi, vendendi et exponendi liberos*, cap. X. quem consule. [Locutiones *tollere* et *suscipere liberos* pro educare fluxerunt e moribus Graecorum et Romanorum, in quorum potestate erat, infantes ex se natos vel educare vel exponere vel interficere. Infantes recens nati in terra ponebantur, invocata Ope, ut eos placide terrae sinu exciperet et adiuvaret. Ex quo more intelligendus Ovid. Trist. IV. 3. 46. *Tactaque nascenti corpus haberet humus.* et Sueton. Aug. c. 5. *solum, quod primum D. Augustus nascens attigisset.* ubi vid. Torrentius. Hinc *cadere* pro nasci apud Stat. Silv. I. 2. 109. *tellure cadentem Excepi foviique sinu.* Positum sic in terra infantem pater si educare vellet, tollebat, si nollet, relinquebat incertum; quem saepe servi alienae misericordiae expenebant, additis crepundiis quibusdam, unde postea cognosci posset. Lambin. ad Horat. Serm. II. 5. 46.]

15. *Fingunt inter se.*] Idem usus vocularum *inter se* occurrit infra III. 3. 20. et 43. Heaut. III. 1. 63. et 91. et passim alibi. Plautus, Asin. II. 1. 2. *Argento comparando* fingere fallaciam. [Nempe, si civis Attica fuisset, ex Atheniensium lege Pamphilus cogi potuisset eam uxorem ducere.]

16. *Fuit olim.*] Narratio haec quasi *μίμησιν* quandam verborum Pamphili et Glycerii habet. Ita Plautus, Menaechm. Prol. 17. *Mercator quidam fuit Syracusis senex.*

17. *Navem is fregit.*] Naufragium fecit. Graeci *ναυαγεῖν*, et *ναυάγιον τὸ πλοῖον.* Fere ad eundem modum dixit Phaedrus, V. 7. 8. *sinistram fregit tibiam.*

18. *Eiectam.*] Quae ad hanc vocem notaverat Donatus, peri-

Patrem recepisse, órbam, parvam. fábulae!
Míhi quidem hercle nón fit verisímile; atqui ipsis cómmentum placet.
Sed Mýsis ab ea egréditur. At ego hinc me ád forum, ut

V. 20. Versus tetrameter trochaicus hypercatalecticus, qualis iudice Bentleio nusquam reperitur. Itaque *hercle* tollit et *at ipsis* cum Guyeto reponit.

---

gilius, Morte obita quales fama est volitare figuras. — 19. *Recepisse orbam, parvam.*] *Parvam* propterea adiecit, ut fiat verisimile, non posse eam facile suos agnoscere. *Fabulae.*] Redit ad narrationem. — 20. *Atque ipsis.*] *Atque* pro tamen: ut sit, tamen ipsis commentum placet. Quod comminiscuntur, probant. — 21. *Sed Mysis.*] Παρασκευὴ alterius Scenae. *Mysis.*] Semper autem nomina comicorum servorum aut a nationibus sunt indita, ut Mysis, Syrus; aut ex accidentibus, ut Lesbia, velut ebriosa, a Lesbo insula, quae est ferax suavissimi candidissimique vini; aut a moribus et vernilitate, ut Pseudolus; aut ex negotio, ut Chrysalus; aut ex qualitate corporis, ut Thylacus [an Chylacus]; aut ex specie formae, ut Pinacium. *Ego hinc.*] Nihil adhuc Davus invenit consilii, nisi ut quaerat Pamphilum, moneatque. *Ego hinc me ad forum.*] Vultuose hoc pronunciatur: ut desit, *pergam*, aut *ducam me*.

---

isse videntur. *Naufragum* exponit Servius *eiectum* ad Virg. Aen. IV. 373. *Nusquam tuta fides.* Eiectum *litore*, *egentem Excepi.* Ita infra V. 4. 20. Sed et ipsa *classis* eiici dicitur. Cicero, Verr. V. 35. *Classem pulcherrimam populi Romani in litus expulsam et* eiectam.

19. *Fabulae.*] Idem Simoni videtur, infra V. 4. 22.

20. *Mihi quidem hercle non fit verisimile.*] Simili sensu dixit Theophrastus, Charact. cap. I. Παράδοξον ἐμοὶ τὸ πρᾶγμα. ἄλλῳ τινὶ λέγε. Et Horatius, Serm. I. 5. 100. — — *credat Iudaeus apella, Non ego.* [Ruhnkenius veterem secutus lectionem: *Atque* hic ponitur pro et tamen, et verum. Sic Graevius capit Cic. ad Attic. VI. 1. *Atque hoc tempore ipso impingit mihi epistolam.* Plura habet exempla Cortius ad Sallust. Iug. c. 4. 3.]

21. *Ab ea egreditur.*] Locutio Comica, pro, e domo eius. Eun. III. 4. 7. et passim alibi. Ita et in Evang. Ioh. XX. 10. Ἀπῆλθον οὖν πάλιν πρὸς ἑαυτοὺς οἱ μαθηταί. Eadem locutio Gallis familiaris. — *Ad forum.*] Frequentissima *fori* mentio apud Comicos; quod ibi quasi esset respublica, et iudicia exercerentur. Unde otiosi et honesti homines in foro plerumque versabantur, ibique interdiu quaerebantur. [*Hinc me ad forum*; supplendum conferam. Infra II. 2. 24. *ego me continuo ad Chremem.* Saepe in his locutionibus verbum, quod

Convéniam Pamphilum, nec de hac re páter imprudentem opprimat.

motum ad locum significat, omittitur. Gronov. ad Senec. Troad, v. 344. et Duker. ad Flor. III. 6. p. 562. In foro servus se sperabat Pamphilum conventurum, quia otiosi apud Athenienses in forum venire solebant confabulandi gratia, cuius moris plura vestigia sunt apud Terentium.] 22. *Imprudentem opprimat.*] H. e. Incautum deprehendat. Supra I. 2. 10. Adelph. II. 2. 21.

ACTUS PRIMUS.

SCENA QUARTA.

MYSIS.

Audivi, Archilis, iamdudum; Lésbiam adduci iubes.

V. 1. Bentl. *Audio* corrigit, quod sententia requirat. *Audio*, inquit, te saepe vociferantem; non *audivi*, quasi semel tantum.

Audivi, Archilis.] *Haec sunt inventionis poëticae, ut ad οἰκονομίαν facetiae aliquid addant. Nam οἰκονομία est ut arcessatur obstetrix, et conveniatur Pamphilus. Facetia scribentis in his verbis est, quod Archilis compotricem potissimum adduci iubet.* — 1. *Audivi, Archilis.*] Frequenter hoc modo *Terentius* compendium facit, ut egrediens loquatur persona de eo, quod est gestura; et simul doceat, quid ab altera gestum sit. *Audivi, Archilis, Iamdudum, Lesbiam adduci iubes.*] Utrum *iamdudum audivi*, an *iamdudum iubes*, incerta distinctio est. Et sunt qui *iamdudum, iam*

1. *Archilis.*] Haec forte fuit adstetrix Glycerii, qualem describit Hieronymus, Lib. II. Epist. Select. 9. *Assidere lectulo, obstetrices adhibere languenti, portare matulam, calefacere lintea, plicare fasciolas.* Adde Cuiac. ad I. 236. de Verb. Signif. — *Lesbiam adduci iubes.*] Dicitur hoc κατὰ τὸ σιωπώμενον. Neque enim iussum illud commemoratur. Ita in Evang. Ioh. XI. 28. ὁ διδάσκαλος πάρεστι, καὶ φωνεῖ σε. Quia vero Lesbia vina in honore erant, videtur patrium nomen conveniens mulieri vinosae.

Sine pol illa témulenta 'st múlier et temerária:
Nec satis digna, cui committas primo partu múlierem.
Tamen eam adducam. Importunitátem spectate ániculae;
Quia compotrix éius est. Di, date facultatem, óbsecro,

V. 4. corr. Bentl. *Tamen adduci? importunitatem* etc.

---

primum intelligant: ut, *Iamdudum sumite poenas.* — 2. *Sane pol.*] *Sane*, multum; alias, pro valide. namque validus est, qui multum rerum necessariarum habet ad salutem. *Temulenta.*] Producit primam syllabam *te*. *Temulenta.*] Violenta, hoc est, ebriosa, quia *temetum* vinum dicitur; unde *abstemius* sobrius. Dictum autem *temetum* ab eo, quia tentet mentem. *Temulenta*, vino: *Temeraria*, natura. — 3. *Nec satis digna, cui committas.*] Bene in conclusione illa specialiter probavit, dicendo non idoneam, cui committatur primus partus mulieris. Sed mire signateque dixit *committas*. Etenim committimus magna, et quae salutem in dubio habent. *Nec satis digna.*] Duas res, nec parientem, nec primo partu. Figura δύο ὅι ἑνός. ut *Virgilius:* ---- *Non me tibi Troia Externum tulit.* ---- Et, *Dum domus Aeneae Capitoli immobile saxum Accolet.* --- — 4. *Tamen eam adducam.*] Redit ad illud, quod vi coacta. *Importunitatem.*] Importunitas neque loci, neque temporis habet commoditatem. *Aniculae.*] Archilis scilicet. — 5. *Quia compotrix.*] In vultu remansit oratio. deest enim per figu-

---

2. *Temulenta.*] Vide omnino Senecam, Epist. XCV. Talis illa *Anus ad Amphoram*, Phaedr. III. 1. Plautus, Curc. I. 1, 77. *anus multibiba, merobiba.* Quae vina in deliciis fuerint Graecis, refert Aelianus, Var. Hist. XII. 31. De temulentis Romanorum mulieribus vide Gell. X. 23. Hinc *abstemius* qui a temeto abstinet. Ovidius, Metam. XV. 323. *Vina fugit, gaudetque meris abstemius undis.*

4. *Importunitatem spectate aniculae.*] Intelligit Archilin. Adducitur Lesbia demum. Ita Heaut. I. 2. 23. Infra III. 1. Plaut. I. 1. 47. *Fateor, esse* importunam *atque incommodam.* Cicero, Fam. XV. 4. Importunitate *Athenaidis exilio mulcatos.* Florus, I. 8. 7. *Superbi illius* importuna *dominatio.* Translatio petita a mari, commodos portus non habente, ad homines duros et violentos.

5. *Compotrix.*] Gr. *Συμπότις, συμπότρια.* Phaedr. IV. 4. 25. Potrici *plenam antiquis apothecam cadis.* Suetonius, Clar. Rhet. 5. Compotorum *tuorum Rhetorem.* Cicero, Philipp. II. 39. *Hanc tu compransoribus tuis et conlusoribus dividebas.* In quibus verbis similis est contumelia. [*Huic* refertur ad mulierem, quae parit, cuius mentio v. 3., *illi* ad compotricem, cuius mentio v. 5. Neque enim semper verum est, quod Grammatici tradunt, *hic* ad propinquius, *ille* ad remotius referri. Vid. quos laudavimus ad Rutil. Lup. II. p. 126.]

Huíc pariundi, atque íilí in aliis pótius peccandí locum.
Sed quídnam Pamphilum éxanimatum vídeo? vereor quíd siet.
Oppériar, ut sciám nunc, quidnam haec túrba tristitiae ádferat.

V. 8. Bentl. corr. *numquidnam haec turbae tristitia adferas.* Scire expetit, *numnam* haec Pamphili tristitia turbae *quid* pronuntiet. Et habet *numquidnam* Donatus atque unus de Bentleii codicibus.

---

ram ἐλλειψιν, *ideo illam vult arcessiri.* — 6. *In aliis.*] Utrum in aliis mulieribus, an in aliis rebus? — 7. *Exanimatum.*] *Examinatus*, est perturbatus. *Virgilius: Examinata sequens impingeret agmina muris. Exanimus*, mortuus. Idem, *Corpus ubi exanimum Pallantis Acestes.* — *Vereor quid siet.*] *Quid*, ob quid, propter quid sit exanimatus. Aut aliter: *quid siet*, id est, quid sit negotii. Sed quidam putant *quid* pro quare: ut *Quid veniant.* Aut deest, *potest*: ut sit, *quid esse potest.* — 8. *Num quidnam.*] Comicum est et Terentianum *Num quidnam:* Quum exemptis *num* et *nam* sufficere ad interrogationem potuisset *quid.*

---

7. *Exanimatum.*] Perturbatum. Supra I. 1. 104. Donati distinctio non est perpetua. Nepos, Epam. 9. *Ferro extracto confestim* exanimatus *est.* Livius, VIII. 6. Exanimatum *auctores quoniam non omnes sunt, mihi quoque in incerto relictum sit.*

8. *Ut sciam nunc.*] Donatus *num quidnam* legens, id *Comicum et Terentianum* vocat. Ita sane infra II. 1. 25. Sed vide Comment. maiorem. — *Turba.*] Perturbatio. Eun. V. 4. 5. Plautus, Epid. IV. 1. 33. *Quid est, quod vultus te* turbat *tuus.* Apuleius, Metam. I. *Sic denique eum vitalis color* turbaverat.

ACTUS PRIMUS.

SCENA QUINTA.

PAMPHILUS. MYSIS.

Pa. **Hoccinè 'st humanum fáctum aut inceptum! hóccine 'st officium patris!**
My. **Quid illud est?** *Pa.* **Proh Deum [atque hominum] fidem! quid est, si haec non contumélia 'st?**

V. 1. Bentl. corr. *Hócine est factu humánum, aut inceptu? hócinest officium patris?* ne accentus in repetitione varietur.
V. 2. Bentl. verba *atque hominum* ex cod. delet, ac deinde scribit *si hóc non contuméliast.* De hac constructione v. Gronov. ad Sen. Consolat. ad Marc. c. 19.

Hoccine 'st.] *Hic inducitur adolescentis animus circa nuptias: ut ex magnitudine eius ingens gaudium comparetur in fine fabulae, cognita Glycerio; et simul id agitur, ut magis magisque per Mysidem Pamphilus excitetur ad resistendum patri nuptias indicenti.* — *Hoccine 'st.*] Ab iracundia et dolore coepit. *Iracundia* descendit ex iniuria: *dolor* ex miseria. *Hoccine 'st humanum factum.*] Quasi deliberatio est: in qua duae partes sunt: una patris, altera amicae; pro suasore Mysis est. Principium ab invectione: in qua primo ut hominem accusat, deinde ut patrem. *Hoccine 'st.*] Hoc est dilatare orationem, ne diceret quod fecit; et est perversa αὔξησις, a maioribus descendens ad minora, per amplificationem accusationis. *Factum aut inceptum.*] In aliis *factu aut incoeptu* fuit. *Hoccine 'st officium.*] *Officium* ab efficiendo, ab eo quod quaeritur, quid efficere in eo unumquemque conveniat, pro conditione personae. — 2. *Quid est, si non hoc.*] Sic dicimus de his, quae necessario hoc sunt, quod dicimus. *Si non hoc.*] Hoc cum stomacho dictum, quasi aliquo contradicente, non esse contumeliam.

1. *Humanum factum.*] Plautus, Truc. II. 1. 8. *humanum facinus factum est.* Eodem sensu *optimum factum* dixere Plautus, Pseud. 1. 2. 52. Sallustius, Catil. 32. Iugurth. 107. — *Inceptum.*] De re maiore dicitur. Heaut. IV. 6. 7. Et ita *incoeptio* supra I. 3. 13.
2. *Proh Deum atque hominum fidem.*] Ita Phorm. II.

Uxórem decrerát dare sese mihi hódiè. nonne opórtuit
Praescísse me ante? nónne prius communícatum opórtuit?
My. **Miserám me! quod verbum aúdio?** 5
Pa. **Quíd Chremes? qui dénegarat sé commissurúm mihi**

Cicero: *Quid est quaeso, Metelle, iudicium corrumpere, si hoc non est?* — 3. *Uxorem decrerat.*] *Decernere*, est de magnis certam proferre sententiam. — 3. *Uxorem decrerat.*] Propositio iniuriae. — *Nonne oportuit praescisse me ante?*] *Oportuit*, scilicet ad patrem refert. Nam nec sic consentirem ad nuptias; sed fac me velle, *Nonne oportuit praescisse me ante?* Dolet autem se spatium non habuisse consilio. Et *ante* abundat, aut certe *prae*, cum sufficiat *scisse*. — 4. *Nonne prius communicatum oportuit?*] Quam de stomacho repetitum est *oportuit?* Et de more, *praescisse me ante*. *Praescisse* proprie ad eum refertur, hoc est, Pamphilum. *Communicatum.*] Quod neque huius proprium est, neque illius. *Communicatum.*] Quia nuptiarum non omnis potestas in patre est. — 5. *Quod verbum.*] *Verbum* pro ἀξίωμα more suo posuit, id est, uxorem dare, quod ait. — 6. *Quid Chremes?*] Transit a patre nunc, et ad socerum redit. τὸ *quid*, non ad Chremetem dicitur: sed ad illum tranſeuntis est, et non considerantis quid dicat. — *Quid Chremes?*] Irascitur patri, quod cogat; Chremeti, quod non neget uxorem. Nove dolet, non odio haberi, non repudiari. *Qui denegarat.*] Non latuerat Pamphilum, repudiasse Chremetem. Unde et Davus ait, *Qui postea quam audierat, non datum iri filio uxorem suo.* *Commissurum.*] Putaverat nuptias, et

---

3. 4. Plautus, Epid. IV. 101. Gr. πρὸς θεῶν. Est autem formula exclamantium et admirantium in re indigna et tristi, auxiliumque implorantium. *Fides* enim et pro praesidio et tutela usurpatur. Adelph. III. 5. 43. Livius, I. 7. Fidem *pastorum nequidquam invocans.* Caesar B. G. VIII. 48. *Repente omnium suorum invocat* fidem *atque auxilium.* — *Contumelia.*] Iniuria. Heaut. III. 3. 5. Hec. III. 5. 7. et passim alibi.

3. *Uxorem dare.*] Proprie. Supra I. 74. Infra III. 3. 28.

4. *Nonne prius communicatum oportuit?*] Quod quia neglectum erat a patre, Pamphilus de *contumelia* sibi facta queritur. In matrimonio autem contrahendo summa filiorum erat libertas. Exemplum est Clitipho, Heaut. V. 5. 12. seqq. Idem μεταφορικῶς expressit Plautus, Stich. I. 2. 82. *Stultitia 'st, pater venatum ducere invitas canes.* Diserte Quinctilianus Declam. CCLVII.: *Nusquam tamen*, inquit, *libertas tam necessaria, quam in matrimonio est.*

6. *Commissurum mihi gnatam.*] Scilicet uxor in manu et potestate mariti erat, administrantis bona eius tanquam sua, utpote qui dominus esset dotis, ex Jure Civili; ita tamen, ut alienare dotem

Gnatám suam uxorem; íd mutavit, quía me immutatúm videt?
Itane óbstinate operám dat, ut me a Glýcerio miserum ábstrahat?
Quod sí fit, pereo fúnditus.
Ádeon' hóminem esse ínvenustum, aut infelícem quénquam, ut ego sum! 10

V. 7. Bentl. corr. *is mutavit*: quia in vulgata lectione hinc res, hinc persona opponitur.

V. 8. idem sublata interrogatione scribit: *ita obstinate dat operam*, quo melius procedat sententia.

Chremetem mutare sententiam. — 7. *Id mutavit.*] Nove dixit *id*. vò *id* enim ad *denegarat*. *Id mutavit, quoniam me immutatum.*] *Παρόμοιον*. Nam quoties verba sunt, *παρόμοιον* dicitur, quoties nomina, *παρονομασία*. — 8. *Itane obstinate.*] *Obstinate facere* est aliquid in alterius malum cum conatu facere perseveranter, et in alterius pernicidem nimis niti. *Abstrahat?*] Magna vi verbi et proprietate usus est. Unde illud est, *Iphitus et Pelias mecum; divellimur inde. Abstrahat?*] Magna indignatione usus est; tanquam Chremes non tam filiae consultum velit, quam laesum Pamphilum. — 10. *Adeon' hominem.*] Alia exclamatio est adversum socerum. Neminem putat esse in genere humano ita infelicem ut se: quod est commune omnium, qui in aliquo moerore consistunt. Itaque non se, sed conditionem humanam dolet; et queritur natum esse quenquam qui possit esse tam miser ut ipse est; ac per hoc se. *Adeon' hominem.*] Amatorie. amore nominato exiluit in gemitus. Sic *Virgil. aus*

---

fas non esset, reddendam uxori matrimonio expulsae. Heaut. IV. 3. 36. Hec. II. 1. 15. Phorm. V. 3. 5.

7. *Immutatum.*] H. e. est immutabilem, sed constantem in amore Glycerii. Ita *immotus*, *invictus*, *indomitus* dicitur pro eo, qui moveri, vinci, domari non potest.

8. *Obstinate.*] Contumaciter. *Obstinato animo* est obfirmato apud Festum. Plautus, Asin. I. 1. 10. *Ita me* obstinate *aggressus*. Suetonius, Caes. cap. 29. *Quum* obstinatius *omnia agi videret*. Id *obstinate* dixerunt prisci. Plautus, Aul. II. 2. 89. *Ea affinitatem hanc* obstinavit *gratia*. — *Abstrahat.*] Vox apta ad difficultatem rei in amore dudum consueto notandam. Ita infra III. 2. 38. Adelph. V. 3. 56. ubi vide Donatum.

9. *Pereo funditus.*] Ita Plautus, Bacchid. III. 6. 31. *perdidisti me sodales* funditus.

10. *Invenustum.*] *Invenusti* dicebantur, quibus Venus in amoribus non faveret. Gr. *Ἀναφρόδιτος εἰς τὰ ἐρωτικά*. Contrarium est

Próh Deûm, atque hominúm fidem!
Núllon' ego Chremétis pacto adfínitatem effúgere potero?
Quót modis contémptus, spretus? fácta, transácta ómnia.
hem!

si lux alma recessit, Hector ubi est? — *Invenustum aut infelicem.*] *Invenustus* est sine Venere, id est, sine gratia, quem omnes respuant repudientque pulchrae, et quem deformes appetant. *Invenustum aut infelicem.*] *Invenustus*, cui displicens obiicitur; *Infelix*, cui placens negatur. *Aut infelicem quenquam ut ego sum?*] Adeo se miserum dicit, quod sibi repudiare non licet, ut propter se doleat humanum genus, in quo sit aliquis tam miser. *Virgil. Heu cadit in quenquam tantum scelus? Ut ego sum?*] *Ἀναπόλουθον* est *ut*. *quam* enim inferre debuit, non *ut*. — 11. *Proh Deûm.*] Quam ferveat indignatione, hinc aspice, quod frequenter exclamat. *Proh Deum.*] Alia exclamatio est adversus socerum. — 12. *Effugere.*] In totum fugere. — 13. *Quot modis contemptus, spretus?*] Si Chremes spretus, intelligemus Pamphilum dicere, quod operam dederit, ut se repudiaret Chremes: ut supra dixit, *Mutavit, quia me immutatum videt. Quot modis contemptus.*] Chremes an Pamphilus? *Facta, transacta omnia.*] Proverbiale est in id negotii, de quo nihil supersit ad agendum. *Facta* autem a

---

Hec. V. 4. 8. Locutio translata a lusu talorum, in quo Veneris iactus erat felicissimus, Canis infelicissimus. Sed et mulier *invenusta* est sordidata et sordida. Plautus, Poen. I. 2. 37. Invenustae *sine munditia et sumtu.* Ubi autem dicit: *Adeon' hominem esse invenustum*, utitur locutione apta perturbato animo; subaudiendum enim, *Credibile aut memorabile est?* Ita infra IV. 3. 1. V. 2. 29. Virgilius, Aen. I. 41. —*mene incepto desistere victam?* Suetonius, Caes. 84. *Men' me servasse, ut essent, qui me perderent!* [Plura dabunt Graev. ad Epist. ad Attic. II. 6. ad Iustin II. 14. Duker. ad Flor. I. 11. Gronov. Obss. II. 14.]

12. *Chremetis adfinitatem.*] Ita loquitur, quia et generi *Affines* dicti. Plautus, Aul. III. 4. 14. *Megadorus meus* affinis *eccum incedit a foro.* Et socer ipse Affinis dictus. Plautus, Aul. III. 5. 68. *Sed eccum* affinem *ante aedes. quid ais, Euclio?* Vide porro Comment. maiorem. [*Affinitas* quidem in genere est coniunctio ratione nuptiarum, sed per excellentiam sic dicitur necessitudo inter socerum et generum. Iustin. VII. 3. *depositisque hostilibus animis, in affinitatis iura succedit.* Schulting. ad Senec. Controv. III. p. 247.]

13. *Facta, transacta omnia.*] Cicero, Catil. III. 6. *Atque illud, quod faciendum primum fuit,* factum *atque* transactum *est.* Est autem formula JCtorum, qua utebantur in contractibus, significantes, omnia quae ad legitimam pactionem pertinerent, esse praestita. Inde

Répudiatus répetor. quamobrem? nísi si id est, quod súspicor.
Áliquid monstri alúnt: ea quoniam némini obtrudí potest,
Ítur ad me. *My.* Orátio haec me míseram exanimavít metu.

Pamphilo: *transacta* etiam a Chremete.— 14. *Repudiatus repetor.*] Quasi et haec iniuria sit, repudiare et repetere. Et tale est in Eunucho, *Exclusit, revocat. Nisi si id est.*] Coniecturale argumentum.— 15. *Aliquid monstri alunt: ea.*] Duplex contumelia, et *monstri* et *aliquid.* minus enim esset, *aliquod monstrum.* Sic, *Quid hominis uxorem habes?* Et mutavit genus, dicendo *ea:* quoniam foemina est. Sic in Eunucho, *Taces, monstrum hominis? non dicturus es? Aliquid monstri alunt: ea.*] Dum *monstrum* dixerat, *ea* subiunxit, tanquam non verbis, sed sententiae serviens. — *Nemini obtrudi.*] Mire *obtrudi*, quasi invitō. Et totum cum iracundia. *Obtrudi*, infringi, impingi. — 16. *Itur ad me.*] Dotem amator non cogitat: et ad vilitatem trahit, quod ultro venit, et quod se repetit Chremes. *Itur ad me.*] Quasi ad hostem. *Plautus in Pseudolo: Itur ad me.* Et Virgilius: ---- *simul ense relicto, Ibat in Euryalum propere.* — *Oratio haec.*] Etiam pauca verba vete-

---

transfertur ad omne negotium, in quo nihil praetermissum est. Infra V. 6. 17. Adelph. II. 4. 22. Plautus, Amph. III. 1. 8. *Ne hanc inchoatam* transigam *Comoediam.*

14. *Repudiatus.*] De sponso et sponsa maxime *repudium* et *repudiare* dicitur. Plautus, Trin. II. 4. 53. *Satin' tu sanus mentis est animi tui, Qui conditionem hanc* repudies? Idem, Persa III. 1. 55. *Verum videto, ubi me voles nuptum dare, Ne haec fama faciat* repudiosas *nuptias.* — *Nisi si id est.*] Comicum est *nisi si.* Adelph. IV. 3. 8. Plautus, Curc. I. 1. 51. *Tam a me pudica est, quasi soror mea sit,* nisi *si est osculando quidpiam impudicior.* Idem Menaechm. V. 2. 24. *id est, quod suspicor.* [Etiam alii scriptores *nisi si* utuntur. v. Heins. ad Ovid. Epist. IV. 111. Duker. ad Flor. IV. 7.]

15. *Aliquid monstri alunt.*] *Monstrum* convicium est in hominem deformem. Ita Eun. IV. 4. 29. *Ali* autem dicuntur, quae clanculum foventur. Virgilius, Aen. IV. 1. *At regina gravi iam dudum saucia cura Vulnus* alit *venis, et caeco carpitur igne.* Quia vero mulieres Graecae non versabantur in celebritate, sed in interiore parte aedium morabantur, teste Nepote Praefat., videtur Pamphilus ne vidisse quidem unquam Philumenam.

15. *Ea.*] De variato genere vide Donatum infra V. 2. 4. — *Obtrudi.*] Ita Hec. III. 1. 16. Est vero renuenti et invito offerri.

16. *Itur ad me.*] Hoc cum indignatione pronunciatum. Ita

Pa. Nam quíd ego [nunc] dicam dé patre? ah?
Tántam [ne] rem tam négligenter ágere? praeteriéns modo
Mihi ápud forum, uxor tíbi ducenda 'st, Pámphile, hodie, inquít, para;

V. 18. Bentl. ex cod. *Tantam rem*, ne iambicus inter trochaicos referatur. Idem v. 17 *nunc* delet auctoritate codicum.

---

res *orationem* dicebant. — 17. *Nam quid ego.*] Quasi dicat, quid ego de patre dicam, qui alienum accusaverim Chremetem? *Nam quid ego.*] Redit ad patrem, in quo nove hoc accusat, negligenter eum agere, quod nolit fieri. — 18. *Tantamne rem.*] Summam voti ac nuptias. — *Praeteriens modo.*] Hic ostendit specialiter quid peccaverit pater. *Praeteriens mihi modo apud forum.*] Undique conflatur accusatio; ex facto, quod *praeteriens*; ex tempore, quod *modo*; ex loco, quia *in foro*; ex modo et ex verbis, *uxor tibi ducenda est.* — 19. *Ducenda.*] Mire *ducenda*; semper hoc genus declinationis necessitatem ostendit. ut *Virgilius*: ---- *Et pacem Troiano ab rege petendum.* Sallustius: *Agendum*, at-

---

Heaut. Prol. 44. Citat Stobaeus, Flor. Tit. LXXII. e Menandro: *Περιάξω τὴν ἐμαυτοῦ θυγατέρα Τὴν πόλιν ὅλην. οἱ βουλόμενοι ταύτην λαβεῖν, Ἀλλεῖτε. Circumducam filiam meam per omne oppidum. Si qui habere eam vultis, loquimini.* — *Exanimavit.*] Metus vehementior et mentem et membra turbat. Eun. V. 6. 7. Adelph. IV. 4. 3. Lucretius, Lib. I. Vs. 92. Muta metu *genibus terram submissa petebat.* Oppianus, Halieut. I. 664. *Δείματι καὶ καμάτῳ θυμαλγέϊ γυῖα λέλυνται.* H. e. *Timore et dolorifico labore membra soluta sunt.*

17. *Nam quid ego nunc dicam de patre?*] Particula *nam* elegantem usum habet in transitionibus ab una re ad aliam. Infra III. 5. 6. Cicero, Philipp VII. 8. Nam *quid ego de universo populo Romano dicam?* Asinius Pollio ad Cic. Fam. X. 31. Nam *de legione trigesima tradenda quantas habuerim conciones, quid ego scribam?* Graecorum autem γὰρ eandem vim habet.

18. *Tantamne rem tam negligenter agere?*] Usus infinitivi frequens in admirationibus et indignationibus. Ita supra Vs. 10. Cicero, Att. XV. 20. *Nunc dubitare quemquam prudentem, quin meus discessus desperationis sit, non legationis?* Virgilius, Aen. I. 37. *Mene incoepto desistere victam? Nec posse Italia Teucrorum avertere regem?*

19. *Apud forum.*] Comicum est, pro *in foro*. Ita infra II. 1. 2. IV. 4. 6. Plautus, Epid. III. 2. 2. *is* apud forum *manet me.* Et passim alibi. *Hodie.*] Non semper de praesenti die dicitur *Hodie*, sed quandoque tempus proxime instans notat. Ita Eun. III. 2. 10. Quare mox

Abi domum. Id mihi visus est dicere, Abi cito, et suspénde te.
Obstupui. censen' ullum me verbum potuisse próloqui? aut
Ullam causam, ineptam saltem, fálsam, iniquam? obmútui.
Quód si ego rescissem íd prius, quid facerém, si quis nunc mé roget?
Aliquid facerem, ut hóc ne facerem; séd nunc quid primum éxequar?

V. 21. Bentl. ex codd. *Obstupui: censén' me verbum pótuisse ullum próloqui? aut.* Idem V. 22. ex uno libro *sáltem ineptam*, ut numeri fluant rotundiores. V. 23. corrigit: *Quod si ego scissem id prius, quid facerem, si quis nunc me interroget.* Nam arses et theses vulgo inconcinne habent. *Interroget* pro *roget* habet Eugraphius.

---

que obviam eundum est. — 20. *Abi cito, et suspende te.*] Ad *hodie*, *cito* retulit, ad *uxor tibi ducenda est*, *suspende te.* — 22. *Ineptam saltem, falsam.*] Duo comparantur in defensionem, aut vera, aut ad tempus accommodata. — *Ineptum* est, quod a quovis reprehendi potest. *Falsum*, quod etiam prudentem possit fallere. — 23. *Quod si ego rescissem.*] Si mecum communicasset prius. *Quid facerem?*] Ipse se reprehendit. *Quid facerem?*] Τποφορά. — 24. *Ut ne hoc facerem.*] Tacerem.

---

per *Cito* explicat ipse Pamphilus. [*Para*, nempe quae necessaria sunt ad nuptias. Verba *parare*, *apparare*, *comparare* saepe sine casu ponuntur. Nep. Thras. c. 2. *tempore ad comparandum dato.* Cic. ad Div. XVI. 11. *Ex hac quoque parte diligentissime comparatur.* Ovid. Trist. I. 3. 7. *Nec mens nec spatium fuerant satis apta paranti.* Gronov. ad Liv. XXXVIII. 12. 4.]

20. *Abi cito, et suspende te.*] Plautus, Poen. I. 2. 96. *Abi domum, ac suspende te.* Et saepius alibi. Unde morem suspendendi sese vulgarem fuisse desperantibus apparet.

23. *Quod si.*] Valet simpliciter *si*, uti *quod nisi* valet *nisi*. Sed et *Quod utinam* pro *Utinam* dixerunt. [*Quid facerem* pro quid fecissem, imperf. pro plusquamperf., ut contra aliis locis plusquamperf. ponitur pro imperf. Sallust. Iug. c. 59. *Neque diutius Numidae resistere quivissent, ni pedites magnam cladem in congressu facerent.* Exemplorum pleni sunt scriptores optimi. Vid. Gronov. ad Liv. XXXIV. 11. 2. et Drakenb. ad eund. XXXVIII. 2. 2.]

24. *Aliquid facerem.*] Ita solent *aliquid* usurpare, ubi rem incertam relinquunt. Ita Adelph. V. 8. 25. Phorm. V. 6. 34.

Tót me impediunt cúrae, quae meum áanimum divorsé trahunt:
Amor, misericordia hújus, nuptiárum sollicitátio:
Tum pátris pudor, qui mé tam leni pássus est animo úsque adhuc,
Quae meó cunque animo lúbitum 'st, facere: ein' égo ut advorser? heí mihi!
Incértum 'st quid agam. *My.* Mísera timeo, incértum hoc quorsum áccidat.

V. 26. Alii scribunt *nuptiarum sollicitudo.* — V. 27. Bentl. *passus animo est*, ne *animo* in thesi lateat. — V. 29. *quorsus accidat* corrigit, ut vitetur synaloephes neglectio.

---

et nota, *facerem*, pro tacerem. *Sed nunc.*] Deliberatio, et partes eius. — 26. *Amor, misericordia.*] Haec oratoria sunt, cum unum negotium in multas distrahimus partes. *Divorse trahunt.*] Pro, in diversa trahunt. *Amor.*] A necessario. *Misericordia.*] Ἀπὸ τοῦ ἀλείου. *Misericordia huius.*] Ἀμφιβολία. *Nuptiarum sollicitatio.*] A perturbatione. Quibus colligit, consulere se non posse. *Sollicitudo* est, quae inhaeret mentibus. *Sollicitatio*, quae ab alio fit. — 27. *Tum patris pudor.*] Ἀμφιβολία. *Qui me tam.*] Explanatio, in quo pudendum sit sibi apud patrem. Et ad illud spectat, *Tute his rebus finem praescripsisti, pater.* — *Qui me tam leni passus est animo.*] Atqui accusabat eum. Sed amator est. — 28. *Ein' ego.*] Pronomen hoc vim qualitatis habet, et est, An tali, tam bono? *Ego ut advorser.*] Videtur inclinasse, ut secundum patris animum consistat, sed amore ad incerta iterum devolvitur. — 29. *Quorsum accidat.*] Ad quam rem, quo versus. — 30. *Sed nunc peropus est.*] Calliditati foemineae et astutiae sententia haec congruit. *Cum ipsa.*] *Ipsa*, nunc domina mea. *Advorsum hunc.*] Apud hunc, ut alibi, *Et id gratum fuisse advorsum*

---

25. *Meum animum divorse trahunt.*] Ita Virgilius, Aen. IV. 285. *Atque animum nunc huc celerem, nunc dividit illuc, In partesque rapit varias, perque omnia versat.* Ovidius, Metam. VII. 19. *Sed* trahit *invitam nova vis, aliudque cupido, Mens aliud suadet.*

27. *Patris pudor.*] Reverentia erga patrem. Adelph. I. 1. 32. Eodem sensu dixit Virgilius, Aen. I. 361. *Conveniunt, quibus aut odium crudele tyranni, Aut metus acer erat.* In quibus verbis *odium tyranni* valet, *odium in tyrannum.* [ubi plura Burmannus.] Porro *amor* et *pudor* solent sibi plerumque opponi in amantibus. Hec. I. 2. 47.

29. *Incertum hoc quorsum accidat.*] Ita Plautus, Pseud. II. 3. 15. *Bene ubi quid consilium dixeimus acciderse, hominem casum*

Sed nunc peropust, aut hunc cum ipsa, aut me aliquid de illa advorsum hunc loqui.
Dum in dubio est animus, paulo momento huc illuc impellitur.
Pa. Quis hic loquitur? Mysis salve. *My.* O salve. Pamphile. *Pa.* Quid agit? *My.* Rogas?

V. 30. Bentl. deleto *aliquid* versum sic refingit: *Sed nunc peropust aut hunc cum ipsa, aut de illa me adversum hunc loqui.*

---

te, habeo gratiam. — 31. *Dum in dubio est animus.*] Translatio haec est a mole alicuius ponderis, quae ante, quam in loco sederit, cum incerta pendet, facillime commovetur. — 32. *Quis hic loquitur?*] Hoc secum, deinde conversus, ut vidit, *Mysis salve. Salve.*] Difficile est aliud invenire verbum, quod sic declinetur, *Salve* et *salvete*, quippe huius verbi per modos est rara declinatio. — *Quis hic loquitur?*] Principium Terentianum in iungendis personis. *O salve.*] O, interiectio optantis adventum, aut repente perculsi. *Quid agit?*] Amatorie, et familiariter non addidit quae. *Virgilius: Quae mihi reddat eum, vel eo me solvat amantem.* — *Rogas?*] Lenta quaedam et tristis est responsio, et dolore plena. —

Eum esse declaramus; stultum autem illum, quoi vortis male. Usitatius autem *eadere* res dicitur; metaphora ab aleis desumpta. Adelph. IV. 7. 21. [V. Broukhus. ad Tibull. I. 7. Drakenb. ad Liv. XXII. 40. 3.]

30. *Advorsum hunc loqui.*] H. e. Coram hoc. Ita supra I. 1. 15. Plautus, Amph. III. 2. 55. *Iusiurandum verum te* advorsum *dedi.* Aulul. IV. 7. 9. *Egone ut te* advorsum *mentiar?*

31. *Paullo momento.*] Eodem sensu dixit Lucretius, III. 189. Momine *uti* parvo *possint impulsa moveri.* Est enim *momen* idem quod *movimen*, et *momentum* quod *movimentum.* Metaphora ducta a trutina, cuius alteri lanci quid additur, ut aut aequet aut superet alterum pondus. Locum Terentii in animo habuit Ovidius, Metam. X. 371. *Et modo desperat; modo vult tentare; pudetque, Et cupit; et, quod agat, non invenit. Utque securi Saucia trabs ingens, ubi plaga novissima restat, Quo cadat, in dubio est, omnique in parte timetur, Sic* animus *vario labefactus vulnere mutat Huc levis, atque* illuc, momentaque *sumit utroque.* Cicero, Fam. VI. 10. *Quae quoniam in temporum inclinationibus saepe parvis posita sunt, omnia* momenta *observabimus.* Hinc *momentum* pro minimo temporis puncto sumitur. Dixit autem *paullo momento*, uti Adelph. V. 4. 22. *Paullo summo.* Vide Comment. maiorem, [et Heins. ad Ovid. Metam. VIII. 637.]

Labórat e dolóre, atque ex hoc misera sollícita ést die:
Quia ólim in hunc sunt cónstitutae núptiae. Tum autem hóc timet,
Ne déseras se. *Pa.* Hem, egone ístuc conarí queam? 35
Ego própter me illam décipi miserám sinam?

V. 33. Bent. *diem.*
V. 36. Bentl. ex codd. *Egon' própter me* etc.

---

33. *Laborat e dolore.*] Duplicem laborem Glycerii esse dicit, unum partitudinis, alterum curae et sollicitudinis nuptiarum Pamphili. *Laborat e dolore.*] Callide aggreditur iuvenem; nam utraque propter illum perpetitur, et dolorem et sollicitudinem. *Atque ex hoc.*] Mysis, quae contra patrem suasura est, incertum inveniens Pamphilum, facile ad se convertit mentione dominae suae, et maxime quod addidit, cur illam aegram esse dicat; quare statim perfectum est, quod volebat, ut dicat Pamphilus, *Egone istuc conari queam?*] 34. *Constitutae.*] Nec addit, a patre: sed invidiose, quasi et a Pamphilo sint constitutae. An timet in negotio? *In hunc diem.*] Idem enim dies est, quo placuerant destinatae nuptiae, quamvis Chremes renuntiaverat. et supra, *Hic nuptiis dictus est dies. Tum autem.*] *Tum*, praeterea. Tertiam sollicitudinem habere Glycerium, ne deseratur a Pamphilo. *Sollicitá est.*] *Sollicitudo* rerum incertarum magis est. *Quod in hunc diem.*] Hic certior metus est, et gravior. — 35. *Egone istuc conari?*] Ideo sic Pamphilus, quia illa invidiose non *deserere cogaris*, dixit: sed, *deseras.* — *Egone istuc conari?*] Non perficere, sed *conari* velle aliquid ad scelus, effectio est, etiam si non potest fieri; hic enim voluntas, non factum damnatur. ut *Virgilius, Ausi omnes immane nefas, ausoque potiti.* — *Conari?*] Levius est *conari*, quam facere. — 36. *Egone propter me?*] Magna vis est in pronominibus. Et diversa sunt, et singula, et non praecipitantur, nec dicuntur uno spiritu: sicut in Eu-

---

33. *Laborat e dolore.*] Intelligit dolorem partus, qui et *dolores κατ' ἐξοχήν* dicuntur. Adelph. III. 1. 2. et III. 5. 40. Plautus, Cistell. I. 2. 22. *Sine obstetricis opera, et sine doloribus.* Locutionem imitatur Cicero, Fam. XVI. 11. *Non ignoro, quantum* labores ex desiderio.

35. *Ne deseras se.*] *Deserendi* verbum huic rei fere proprium est: habetque adiunctam perfidiam. Unde invidiosius est *deserere*, quam relinquere. Vide Eun. II. 2. 7. Heaut. II. 2. 17. Adelph. III. 5. 12. et ibi Donatum. Plautus, Cistell. II. 3. 25. *Anus ei amplexa est genua, plorans, obsecrans, Ne* deserat *se.* Virgilius, Aen. IV. 323. *Cur me moribundam* deseris, *hospes?*

36. *Propter me decipi.*] Ita Phorm. V. 7. 34. Eunuch. V. 5.

Quae mihi suum animum, atque omnem vitam crédidit;
Quam ego ánimo egregie cáram pro uxore hábuerim;
Bene ét pudice eius dóctum atque eductúm sinam
Coáctum egestate ingenium immutárier? 40
Non fáciam. *My.* Haud vereor, si ín te solo sít situm:

V. 41. Bentl. ex codd. *verear, si in té sit soló situm.*

nucho, *Egone illam? quae me? quae illum? Quae illum*, deest, amat: *quae me*, deest, non amat. *Egone?*] Suadenter. Subauditur, *ut fieri sinam.* 37. *Quae mihi suum animum.*] Ab eius beneficiis.— *Suum animum.*] Quantum ad amorem pertinet. *Atque omnem vitam.*] Hoc est, ut maritum speraret. *Quae mihi suum animum, atque omnem vitam credidit.*] Argumenta a consequenti. Si eam deserit, haec subiiciuntur. — 38. *Quam ego animo egregie caram.*] *Egregie*, praeter caeteras, id est nimis. — 39. *Bene et pudice.*] Hic illud solvitur, *Lana et tela victum quaeritans:* ut hoc praestruat, *bene et pudice* Glyceriam esse educatam, *Lana et tela victum quaeritans.* Et non pertinet ad argumentum, nisi post vitam Glycerii intelligas. *Bene et pudice.*] Ab honesto. *Bene et pudice eius doctum.*] Hanc sententiam quasi de exemplo probat. nam *bene* educata est a Chryside, quae *primo pudice vitam, parce, et duriter agebat.* — 40. *Coactum egestate.*] Propterea quod Chrysis inopia et cognatorum negligentia coacta. *Coactum egestate.*] Non paupertate, sed *egestate*, cui contrarium *inopia, et cognatorum negligentia.* — 41. *Haud vereor.*] Acuit animum

29. Hecyr. V. 3. 35. Qui vero spe et votis excidunt, *decipi* dicuntur. Virgilius, Aen. IV. 17. *Postquam primus amor* deceptam *morte fefellit.*

37. *Animum atque omnem vitam credidit.*] Ita Virgilius, Aen. IV. 412. *Arcanos etiam tibi* credere *sensus.*

38. *Animo egregie caram.*] Ita Eun. I. 2. 121. Sallust. Iugurth. 14. *Frater* animo *meo* carissime. — *Pro uxore habuerim.*] Supra I. 1. 119. Plautus, Cistell. I. 3. 24. *Eaque educavit eam sibi* pro filia, *Bene ac pudice.* Habet enim particula *pro* vim aestimandi.

39. *Bene ac pudice.*] Ita Plautus loc. cit. Quomodo autem *pudice*, quae gravida erat ex amore innupto? scilicet, quia uni tantum viro morem gerebat, atque a Pamphilo pro uxore habebatur. Plaut. Mostell. I. 3. 49. — *Eductum.*] Ita Eun. I. 2. 76. et passim alibi. Cicero, Fam. VI. 5. *Ita enim natus, ita* eductus, *ita* doctus *es.* [Plura Drakenb. ad Liv. XXI. 43.]

40. *Coactum egestate.*] Cicero, Philipp. II. 25. Cogebat egestas: *quo se verteret, non habebat.* — *Ingenium immutarier.*] Ita Attius, Persa: *Fatis ut quem cuique tribuit Fortuna ordinem, Nunquam ulla humilitas* ingenium infirmat *bonum.*

Sed vim ut queas ferre. Pa. A'deon' me ignavúm
putas?
Adeón' porro ingratum, aút inhumanum, aút ferum,
Ut néque me consuetúdo, neque amor, néque pudor

V. 42. Bentl. corr. *Sed ut vím queas fére. Adeóne me ignavúm putas?* ut *queas* una syllaba legatur.
V. 43. Bentl. corr. *Adeóne pórro ingrátum, inhúmanúm, ferum?*

---

adolescentis contra patrem, cuius etiam nomen grave est. — 42. *Sed vim ut queas.*] Hic, *vereor* subauditur. *Ut*, pro *ne non* posuit; ut sit: *Sed vereor, ne non queas vim patris ferre.* Et, ne non possis, non damnatio est, verum adolescentis provocatio in contemptum patris. — *Adeon' me ignavum.*] A verisimili. *Ignavum.*] Quod adversum necessitatem proferendum fuit, id primum dixit, adesse sibi virtutem. Quae sequuntur, ad fidem pertinent. Ita pro tempore contemptum patris pro fortitudine habet. — *Ignavum.*] *Ignavus* est, qui vim non potest ferre, qui non est perseverans. — 43. *Adeon' porro ingratum.*] *Porro*, coniunctio est expletiva, alias adverbium temporis. *Ignavum et ingratum.*] Ἀύξησις est. *Inhumanum aut ferum* post subiecta dixit. *Adeon' porro ingratum, aut inhumanum?*] Mira omnis conversio. Non enim dixit: Adeon me obsequentem patri existimas, adeo gratum, adeo pium, adeo mansuetum? Ira amatoris per omnia servat conditiones, ut oratorie hoc cogatur scelus esse, si pareret nunc patri. — 44. *Ut neque me consuetudo.*] Non ordinem reddit. *ferum* enim reddit ad *mansuetum*, quod etiam ferae mansuescunt. *Neque amor.*] Ad illud, *Inhumanum.* Amor namque vehementior est in homines. *Virgilius: Quid iuvenis, magnum cui versat in ossibus ignem Durus amor?* ---- — *Pudor.*] *Ad ingratum* retulit. *Ut neque me*

---

43. *Ingratum aut inhumanum.*] Cicero, pro Deiot. c. 5. *Cuius tam* inhumani *et* ingrati animi, *a quo rex appellatus esset, in eum tyrannum inveniri?* — *Ferum.*] Attius, incerta Fabula: *Nullum est ingenium tantum, neque cor tam* ferum, *Quod non labascat lingua, mitescat malo.*

44. *Consuetudo.*] Proprie de furtivis amoribus dicitur. *Consuetudinem stupri* vocant Sallustius, Catil. 23. et Suetonius, Calig. 24. *Consuescere* eodem sensu venit. Adelph. IV. 5. 32. Phorm. V. 6. 34. Sed et mulier cum viro dicitur *consuescere.* Plautus, Cistell. I. 1. 88. *en unquam cum quoquam viro* Consuevisti? [*Consuetudo* refertur ad praecedens adiect. *ferum*, *amor* ad *inhumanum*, *pudor* ad *ingratum.* Talis ordo immutatus, quo postremum primo, primum secundo respondet, a Grammaticis χιασμὸς vocatur. Donatus ad h. l. et Cortius ad Sallust. Cat. c. 14. 3.]

Commóveat, neque commóneat, ut servém fidem? 46
My. Unum hóc scio, hanc meritam ésse, ut memor essés sui.
Pa Memor éssem? o Mysis, Mýsis, etiam núnc mihi Scripta ílla dicta sínt in animo Chrýsidis

V. 46. Bentl. partim ex codd. corr. *Unum hóc scio, esse méritam, ut memor ésses sui.* Sic accentus rectius syllabas feriunt.
V. 48. idem sic refingit: *Scripta illa sunt in ánimo dicta Chrysidis,* vitandae ambiguitatis gratia.

---

consuetudo, neque amor.] Ἀνόδους ad superiora. *Consuetudo,* adversus feritatem. *Amor,* adversus inhumanitatem. *Pudor,* adversus ingratum animum. — 45. *Commoveat, neque commoneat.*] Ἄῦξησις est ad maiora. *Ut servem fidem.*] Exquisite: non dixit, ut contemnam patrem. — 46. *Unum hoc scio.*] In eodem haeret, ut excitet iuvenem: neque audire se fingit quod dicit. *Unum hoc scio.*] Vide quam callida sint, quae a Myside subiiciuntur, ad irritandam promissionem Pamphili: quae ardentem incendat magis. nam dixit ille omnia, quibus cogitur servare fidem: sed de merito eius aut nihil dixit, aut parum. *Unum hoc scio.*] Quasi hoc dicat, Quid tu facturus sis, equidem nescio, sed *unum scio.* — *Ut memor esses sui.*] Invidiose, quasi oblito: adeo commovetur hoc dicto Pamphilus. *Ut memor esses sui.*] Bene, praeterito: quoniam quae praeterita sunt, in recordatione magis lacrymabilia sunt. ut *Virgilius:* ---- *Cui parvus Iulus, Cui pater, et coniux quondam tua dicta, relinquor?* Idem alibi, *Per caput hoc iuro, per quod pater ante solebat.* — 47. *O Mysis, Mysis.*] Primum vocandi, alterum increpandi est. *Etiam nunc scripta.*] Id argumentum est, quam vivae memor sit, qui etiam mortuae verborum meminerit Chrysidis de

---

46. *Servem fidem.*] Ita Hec. III. 3. 42. Virgilius, Aen. II. 160. *Tu modo promissis maneas, servataque serves, Troia,* fidem. Plautus, Mostell. IV. 3. 29. Fides servanda *est, ne ire inficias postules.* Idem contrario sensu dixit, Capt. II. 3. 79. *Fac fidelis sis fideli: cave* fidem fluxam geras.

48. *Scripta illa dicta sunt in animo.*] Scilicet etiam sculpere vocabant *scribere.* Ovidius, Heroid. XIV. 128. Scripta*que sint titulo nostra sepulcra brevi.* Ubi vide, quae notarunt Heinsius et Burmannus. Eadem porro locutione usus Paulus Apost. Rom. II. 15. οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν. Id est: *Qui ostendunt opus legis* inscriptum cordibus *suis.* Aeschylus Prometheo: Σοὶ πρῶτον, Ἰοῖ, πολύδονον πλάνην φράσω, Ἣν ἐγγράψον ἐν μνήμοσιν δέλτοις φρενῶν. Id est: *Primum tibi, Io, multiplicem errorem eloquar, Illum memoris in mentis inscribe tabulis.* Ubi

De Glýcerio. iam férme moriens mé vocat:
Accéssi; vos semótae: nos soli: incipit; 50
Mi Pámphile, huius fórmam atque aetatém vides.
Nec clám te est, quam illi utraéque res nunc útiles

Glycerio. — 49. *Iam ferme.*] *Ferme*, adverbium est festinantis. — *Moriens me vocat.*] Ex tempore probavit locutam vera esse, non ficta et simulata; nam qui sani sunt, spe longioris vitae adulantur. *Virgil.* ---- *Et dulcis moriens reminiscitur Argos.* — *Iam ferme moriens.*] Affectus a tempore, quod postrema vox erat. — 50. *Accessi; vos semotae: nos soli.*] Figurae proprie Terentianae, ἀσύνδετον καὶ ἔλλειψις. *Vos semotae:* deest *estis*: *nos soli*, deest *remansimus*; ut est illud, *Egone illam? quae illum? quae me? Vos semotae: nos soli.*] Habuit fidem, quod soli fuimus, quod nemo testis. an timuit, ne hoc pater ante firmatum amorem cognosceret? *Incipit.*] Deest *dicere.* Praeparatio et quasi vestibulum orationis est. *Inceptio* dicitur orationis, quae longa taciturnitate, meditate, graviterque profertur. ut *Virgilius*: *Tum pater omnipotens, rerum cui summa potestas, Infit.*---— 51. *Mi Pamphile.*] *Μίμησις* per προσωποποιΐαν. et principium a blandimento. *Mi Pamphile.*] Imitatus est etiam blandimentum Chrysidis. *Mi Pamphile.*] Vide redditam voci morientis densis intervallis interruptam orationem utpote lasso anhelitu interveniente. *Huius formam atque aetatem.*] Amat compendium lassitudo. *Formam* enim dicendo, pulchritudinem significat: *aetatem*, quod parva. *Huius formam atque aetatem*,] Duplex causa commendationis, *forma* et *aetas*: ut supra, *Forte unam adspicio adolescentulam*, *Forma*, *etc.*— 52. *Utraeque inutiles.*]

Scholiastes: *Τοῦτο καὶ Πίνδαρός φησι, κατὰ φρενὸς ἐμᾶς γέγραπται, τὴν ἀκριβῆ κατάληψιν αἰνιττόμενος.* H. e. *Hoc etiam Pindarus ait, in animo meo scriptum est, accuratam et perfectam comprehensionem significans.* Locus Pindari est in Olympiis, Oda X. Contrarium est, *εἰς τέφραν γράφειν*, *in cinerem scribere.*

[50. *Accessi, vos semotae.* Omittuntur particulae connectendi, ut festinatio et studium exprimatur, de quo oratorum artificio vid. Longin. de Sublim. Sect. XX.]

51. *Huius formam atque aetatem vides.*] Utraque iuncta facit ad misericordiam movendam. Apuleius, Metam. Lib. III. *Ut et* formae *simul et* aetatis *contemplatione magis magisque ad iustam indignationem arrecti, pro modo facinoris saeviatis.* Vide supra I. 1. 45.

52. *Utiles.*] Sensus est, formam et aetatem Glycerio maxime inutiles esse, illam quidem ad tutandam pudicitiam, hanc vero ad rem. Ita infra IV. 5. 15. Cicero, Fam. V. 15. *Ad amicosne confugiam? Quam multi sunt?* et VIII. 10. *Ego quidem praecipuum metum, quod ad*

Et ád pudicitiam, et ad rem tutandám sient.
Quod égo te pér hanc dextram óro, et ingeniúm tuum,
Per tuám fidem, perque húius solitúdinem
Te obtéstor, ne abs te hanc ségreges, neu déseras:
Si te in germani frátris dilexi loco,

V. 54. Bentl. corr. *Quod te égo per dextram hanc óro et per geniúm tuum.*

Legitur et *utiles*. — 53. *Et ad pudicitiam.*] Propter formam dixit. *Et ad rem tutandam.*] Propter aetátem. Ἀνάδοσις. — 54. *Quod te per.*] *Quod*, propter quod: ut, *Quod te per superos*. Et est ordo, propter quod te oro. *Per hanc dextram.*] Tenet eum, ut apparet. *Per hanc dextram.*] Fidei et foederis membrum. Ad manum fit conventio. *Et ingenium.*] Legitur et *genium*. — 55. *Per huius solitudinem.*] Legitur et *solicitudinem*. — 56. *Obtestor.*] *Obtestatio* dicitur, quando eum adiuramus, quem rogamus. *Orámus* per eas res, propter quas rogamus. *Virgilius*, ---- *per eversae, genitor, fumantia Troiae Excidia obtestor.* ---- — *Ne abs te hanc segreges, neu déseras.*] Ad *fidem, ne segreges*, retulit: ad *solitudinem, neu déseras*: hoc est, ne aliam ducas, aut amare desinas, etiamsi aliam ducas. *Ne abs te hanc segreges.*] Quasi ipsam manu tenens. *Hanc*, propter formam et aetatem. — *Segreges.*] Hoc verbum simplex fieri non potest. *Neu deseras*, postremo. *Te obtestor.*] Sextum κατ' ἔξοχήν. Dixit enim iam: *Quod ego te per hanc dextram oro.* — 57. *Si te in germani.*] Sic tunc

te attinebas, habui, qui scirem, quam paratus *ab exercitu esset.* [Plura habet Bentl. ad h. l.]

53. *Rem.*] Intelligit rem familiarem, seu bona patrimonii, Adelph. II. 1. 12. Phorm. II. 3. 46. Lucretius, IV. 1116. *Labitur interea res, et vadimonia fiunt.*

55. *Te per hanc dextram oro.*] Solennis orandi formula, quia fides in dextra credebatur esse sita. Unde *dextrà fidesque* iungi solent. Plautus, Amph. III. 2. 52. ubi Iupiter ad Alcumenam: *Per dexteram tuam te, Alcumena, oro, obsecro.* Horatius, Epist. I. 7. 49. *Quod te per genium*, dextramque, *Deosque penates Obsecro et obtestor.* Adde Virg. Aen. IV. 314. sqq. et quae notavit Cortius ad Sallust. Iugurth. X. 3. [*Quod* illustrat Ernesti Clav. Cic. s. h. v.]

56. *Ne abs te hanc segreges.*] Latine dicitur, Segregare aliquem abs se; sed Segregare se ab aliquo vel aliis, raro vel nunquam. Heaut. II. 4. 6. Hec. III. 5. 30. V. 1. 26. Plautus, Cap. III. 1. 10. *Ita iuventus iam ridiculos inopesque* ab se segregat. Et Mil. IV. 6. 17. *Ille illas spernis* segregatque ab se *omnes, praeter te unam.* Alia ratio est vocis *seiungo*. Cicero Fam. X. 6. Seiunge te, *quaeso, aliquando ab iis.* — *Deseras.*] Vide supra Vs. 85.

57. *Si te in germani fratris dilexi loco.*] Usum habet

Sive haéc te solum sémper fecit máxumi,
Seu tíbi morigera fúit in rebus ómnibus,
Te istí virum do, amícum, tutorém, patrem.
Bona nóstra haec tibi permítto, et tuae mandó fidei.

dicimus, quando praestitimus aliquid, et tamen nolumus exprobrare. ut *Virgil. Si qua tuis unquam pro me pater Hyrtacus aris Dona tulit.* - -- Et alibi, *Si bene quid de te merui.* ---- — *In germani fratris.*] Non *fratris* solum, sed etiam *germani.* — 58. *Sive haec te solum.*] Si aut te mihi praetulit, aut nullum alium noverit amatorem in domo meretricis. — 59. *Morigera.*] Hoc quasi amanti utile fuit. *Virgilius*: ----*fuit aut tibi quidquam Dulce meum.* ---- — 60. *Te isti virum do.*] Haec, ut diximus, et singula sunt, et non praecipitantur, nec dicuntur uno spiritu. *Te isti virum do.*] Apparet quod iunctis dextris haec dicebat. ideo et, *Per hanc dextram te oro. Amicum.*] Potest enim et maritus esse, et non amicus. Sed affectu mariti retulit amicum. *Virum.*] Ne segreges. *Amicum.*] Ne deseras. *Tutorem.*] Quasi orbae. *Patrem.*] Quasi parvae. *Patrem.*] Ad illud quod ait: *Et ad pudicitiam.* — 61. *Bona nostra haec tibi permitto, et tuae mando fidei.*] Conclusio per mandatum et obtestationem efficax satis. *Bona nostra.*] Haec verba quasi suppellectilem suam ostendentis sunt. *Bona*

---

particula *si* in obtestationibus, ubi causa additur, quare quid petimus. Cicero, Fam. V. 2. *A te peto, ut tu quoque aequum te indicem dolori meo praebeas; si acerbe, si crudeliter, si sine causa a tuis sum oppugnatus. In germani fratris loco* valet *pro germano fratre.* Ita Heaut. I. 1. 52.

58. *Sive.*] Quoties haec particula sequitur post *si*, prius *sive* eleganter omittitur; uti h. l. et Plaut. Curc. I. 1. 4. Si *media nox est*, sive *est prima vespera.* [Imo *sive* cum Ruhnkenio accipias pro *vel si.*]

59. *Seu tibi morigera fuit in rebus omnibus.*] *Morigerum esse, morem gerere, morigerari* alteri dicitur obsequentem esse; etiam probo sensu. Plautus, Amph. III. 4. 21. *Meo me aequum est* morigerum *patri, eius studio servire addecet.* Sed mulier *morigerari* dicitur, quando copiam sui praebet viro. Ita Alcumena *morigera* dicitur Amphitruoni. Plautus, Amph. II. 2. 212. Id χαρίζεσθαι vocant Graeci. [V. Ruhnken. ad Tim. Lex. Plat. p. 195.]

61. *Tuae mando fidei.*] Sallustius, Catil. 35. *Nunc Orestillam commendo, tuaeque fidei trado.* [Plus est *permitto*, quam *committo*, quod nonnullae editiones habent. *Permitto* aliquid alterius potestati, *committo* fidei. Cic. pro Fontei. c. 14. *Ut commissus sit fidei, permissus potestati.* De horum verborum discrimine vid. Oudendorp. ad Lucan. VII. 286. et Drakenb. ad Liv. 49. 8. — *Tuae mando fidei.* Hoc ex formula dicitur, de qua v. Brisson. de Form. p. 590.]

Hanc mi ín manum dat. mórs continuo ipsam óccupat.
Accépi. acceptam sérvabo. *My.* Ita speró quidem.
Pa. Sed cúr tu abís ab illa? *My.* Obstetricem arcésso.
Pa. Propera; atque audin?
Verbum únum cave de núptiis; Ne ad mórbum hoc etiam.
My. Téneo. 65

V. 64. et 65. nuper in tetrametros catalecticos redegerunt cum Bentleio. Vulgo verba *Atque audin'* trahunt ad v. 65.

---

nostra.] Hoc est: *Ad rem tutandam.* — 62. *Hanc mihi in manum dat.*] Confirmatae sunt legitimae nuptiae per in manum conventionem. Et mire *hanc*: non, *huius manum. Mors continuo ipsam occupat.*] Quo magis memorem esse oportet eorum, post quae illa nihil locuta est. — 63. *Accepi.*] Proprie, quasi uxorem. *Acceptam servabo.*] Conclusit partem deliberationis suae per electionem. — 64. *Sed cur tu.*] Corripit, quod abeat ab illa. *Cur*, non interrogantis, sed corripientis est, et increpantis, quod Glycerium deserat. *Obstetricem.*] Quae opem tulerit parienti, *obstetrix* dicitur: unde et parturientes, *Fer opem*, clamant. — 65. *Propera; atque audin'?*] Et interrogatio quo est, et revocatio, ad argumentum magni amoris accedit. *Verbum unum cave de nuptiis.*] Deest *dicas*. figura ἔλλειψις. *De nuptiis.*] Non quod hodie

---

62. *Hanc mihi in manum dat.*] Cicero, Fam. VII. 5. *Totum denique hominem tibi ita* trado de manu, *quod aiunt*, in manum. Graeci eadem paroemia utuntur. Sophocles, Electra: Οὐκ οἶσθ' ὅτῳ μ' ἔδωκας εἰς χεῖρας ποτέ; H. e. *Non meministi, cui me dederis quondam in manum?* Nupta enim dicebatur venire in manum viri. — [*Hanc mihi in manum dat* i. e. hanc mihi accuratissime commendat. Cic. ad Div. VII. 5. *Totum denique hominem tibi trado de manu, ut aiunt, in manum.* At Donatus respici putat ad nuptias per conventionem in manum, genus nuptiarum apud Romanos usitatum, de quo multa scriptores de nuptiis, imprimis Brissonius et Schultingius ad Ulpiani Fragm. tit. 9. p. 591.] — *Occupat.*] H. e. Plura dicere volentem antevertit et opprimit. Cicero, Senect. c. 16. *Magister Equitum, C. Servilius Ahala, Sp. Maelium, regnum adpetentem,* occupatum *interemit.*

64. *Obstetricem arcesso.*] Lesbiam intelligit. Vide supra I. 4. 1. — [*Accerso* cadente Latinitate contra analogiam dici coepit. Ubique igitur scribendum *arcesso*, quod formatur ab *arceo* vel *arcio*, ut ab *incio incesso*, a *capio capesso*, a *facio facesso*. Vid. Manut. ad Cic. Ep. ad Div. VII. 23. Casaub. ad Suetom. Caes. c. 2. et Gesner. in Thes. L. L. v. *accerso.*]

65. *Atque audin'?*] Formula eorum, qui discedentem vel

ACTUS SECUNDUS.

SCENA PRIMA.

CHARINUS. BYRRHIA. PAMPHILUS.

Ch. Quíd ais, Byrrhiá! daturne illa Pámphilo hodie núptum? *By.* Sic est.

futuras nescierit Glycerium, sed quod illas hodie indixerit pater filio: cum supra et Glycerio disturbatae viderentur, quia sunt constitutae in hunc diem. *Cave.*] Annotant quidam *cave* hic corripiendum esse. — *Ne ad morbum hoc etiam.*] Iterum ἔλλειψις. deest enim, *accedat.*

Quid ais, Byrrhia!] *In hoc colloquio altera pars ostenditur fabulae. Siquidem Andria ex duorum adolescentium pavoribus gaudiisque componitur, cum fere solam Hecyram Terentius ex unius comoedia adolescentis effecerit.* — 1. *Quid, etc.*] Has personas Terentius addidit fabulae, nam non sunt apud Menandrum, ne τραγικώτερον fieret, Philumenam spretam relinquere sine sponso, Pamphilo aliam ducente. *Quid ais,* etc.] Ex verbis Charini apparet, Byrr-

properantem revocant. — *Verbum unum cave de nuptiis.*] Omnis emphasis est in *unum.* Ita infra II. 4. 7. Adelph. I. 1. 55. Hec. III. 1. 33.

65. *Ne ad morbum hoc etiam.*] Subaudi, *faciat.* Eadem constructio, sed diversus sensus est in illo Ciceronis, Divin. I. 7. *Mirari licet, quae sint animadversa herbarum genera, quae radicum,* ad morsus bestiarum, ad oculorum morbos, ad vulnera. Curanda scil. et sananda. Eadem fere locutio occurrit 2 Sam. XII. 18. Ubi indicare filioli obitum Regi Davidi verebantur aulici, ne ad animi aegritudinem moesti patris id faceret.

1. *Quid ais?*] Formula interrogantium cum admiratione. Infra III. 2. 36. Ovidius, Amor. III. 2. 36. *Cui Nemesis;* Quid ais? *tibi sunt mea damna dolori?* — *Daturne Pamphilo nuptum?*] Ita infra III. 2. 48. Hec. IV. I. 13. Phorm. IV. 5. 8. Plautus passim.

Ch. Qui scis? By. Apud forum modo e Davo audívi.
Ch. Vae miseró mihi!
Ut ánimus in spe atque in timore usque ántehac attentús fuit;
Ita, póstquam adempta spés est, lassus, cúra confectús, stupet.

hiam nuntiasse nuptias futuras cum Pamphilo: nec adducitur tamen, ut statim credat, et accommodet animum. Saepius ergo repetit interrogando. Et bene *illa*, velut amatorie de certa loqueretur persona. Sic *Virgilius*: ---- *solam nam perfidus ille Te colere, arcanos etiam tibi credere sensus.* Ergo non Aeneas, sed *ille*. Et item hic, non *Philumena*, sed *illa* dixit. *Quid ais, Byrrhia!*] Miratur magis, quam interrogat, vel potius indignatur. *Sic est.*] Hoc cum indignatione stomachi dixit. — 2. *Qui scis?*] Non vult enim verum esse. *Qui?* quatenus? unde hoc scis? *Apud forum.*] De loco. De tempore, *modo*. De persona, *e Davo*. *Apud forum e Davo audivi.*] Plurima dixit ad confirmandum Byrrhia, quando interrogatus est, a loco, a tempore, a persona. *Vae misero.*] Tandem aliquando pervictus est, ut crederet. *Vae* interiectio in his rebus, quas execramur. — 3. *Usque antehac.*] Id est, ante quam tua verba audirem. Et duas praepositiones posuit, ut dicitur: sed una est tantum, velut adverbium, non iam praepositio. Nulla praepositio praepositioni adiungi separatim potest. *Usque*, eiusmodi est, ut sine aliqua praepositione raro inveniatur. *Attentus fuit.*] Ut *attentus audire* dicitur. — 4. *Lassus, cura confectus, stupet.*] *Lassus cura*, ex praeterita *spe*: nunc *confectus*, id est, sic vulneratus, aut percussus, ut sanari non possit. *Lassus, cura confectus, stupet.*] *Lassus*, adempta attentione. *Cura confectus*; confirmato timore. *Stupet*, ab-

---

[*Nuptum* est supinum verbi nubere. Vulgo in deterioribus libris legitur *nuptui dare*, *nuptui collocare*, sed rectius esse *nuptum dare* vel *collocare* egregie docet Drakenborch. ad Liv. I. 49. 9.]

2. *Apud forum.*] Supra. I. 5. 19.

3. *Animus in spe atque in timore attentus.*] Est quaedam naturalis coniunctio *spei* atque *timoris*. Ovidius, Heroid. IX. 42. *Spemque timor dubia, spesque timore cadit.* Idem, Trist. IV. 3. 12. *Cur labat ambiguo spes mihi mista metu?* Dixit autem *attentus* pro *distentus*. Sallustius, Ingurth. 108. *Bochum simul Romanos et Numidam* spe *pacis* attinuisse.

4. *Ademta spes.*] Ita de *metu*, Heaut. II. 3. 100. *aegritudine*, Heaut. III. 1. 13. *cura*, Hec. V. 3. 19. Phorm. V. 6. 46. — *Lassus, cura confectus, stupet.*] *Κλῖμαξ* est. Ut enim *lassus*, seu ex morbo, seu minus, vires recipere potest, ita *confectus* adeo vulneratus dicitur, ut sanari nequeat, observante Donato. Metaphora

By. Quaéso, edepol, Charíne; quoniam nón potest id fieri, quod vis,
Íd velis, quod póssit. *Ch.* Nihil volo áliud, nisi Philúmenam. *By.* Ah!
Quánto satius est, te íd dare operam, qui ístum amorem ex ánimo amoveas [tuo,]
Quam íd loqui, quo mágis lubido frústra incendatúr tua?

Vers. 5. Bentl. ex cod. Reg. *quando* pro *quoniam*.
V. 7. Faërnus in fine versus *tuo* delendum censet. Bentleius scripsit: *qui istum amorem ex córde eiicias*, ex Donato.

---

iecta spe. — 5. *Quaeso aedepol.*] Obiurgantis est *quaeso*, vel etiam rogantis. *Quoniam non potest.*] Consolatio ad id, quod fieri non potest, suadens. — 6. *Id velis quod possit.*] Proverbiale. *Nihil aliud.*] Hoc magis gemitu amatorio, quam ut responderet Byrrhiae, dicit: quasi magis Philumenam velit, quam vitam et lucem. Idem alibi, *In eo me oblecto: solum id est charum mihi.* Non enim dixit: *Nullam volo aliam, quam Philumenam*; sed *nihil volo aliud.* quod infinitum est. — 7. *Qui istum.*] *Qui*, pro ut. *Ex animo amoveas.*] Legitur et, *ex corde eiicias.* —

---

a gladiatoribus desumta. *Stupet* autem, qui plane immobilis est et sensu omni caret, seu dolor in causa sit seu gaudium. Heaut. II. 4. 24. Eodem sensu Cicero, Tusc. Quaest. III. 28. ex Euripide: *Sed iam subactus miseriis* obtorpui.

5. *Quoniam non potest id fieri, quod vis, id velis, quod possit.*] Ita infra IV. 5. 10. Aristotelis illud fertur: Ἐπειδὴ μὴ γίνεται τὰ πράγματα ὡς βουλόμεθα, δεῖ βούλεσθαι ὡς γίνεται. Augustinus, Civ. Dei, XIV. 15. *Nam quae hominis est alia miseria, nisi adversus eum ipsum inobedientia eius ipsius, ut, quoniam noluit, quod potuit, quod non potest, velit?*

6. *Nihil volo aliud, nisi Philumenam.*] Apuleius, Metam. Lib. III. *Adiuro per dulcem illum capilli tui nodulum, quo meum vinxisti spiritum, me nullam aliam, mea Fotide, malle.*

7. *Amorem ex animo amoveas.*] Res graves proprie *amoveri* dicuntur. infra III. 2. 30. Adelph. IV. 2. 14. Hec. IV. 4. 72. Similis fere locutio reperitur Eun. II. 1. 16. [*Qui* pro *ut* capiendum, ut Andr. Prol. v. 6. V. 8. 27. Infra II. 3. 27.]

8. *Lubido incendatur.*] Ita et *animus* dicitur *incendi*, Heaut. II. 3. 126. Sed et homo. Phorm. I. 4. 9. V. 7. 81. Qui eadem metaphora *ardere* dicitur, seu iracundia, seu alio animi motu. Est autem *lubido* significationis mediae; neque h. l. in vitio ponitur. Ita Heaut. I. 2. 27.

Ch. Facile ómnes quum valémus, recta cónsilia aegrotís damus.
Tu si híc sis, aliter séntias. *By.* Age, Age, út lubet.
Ch. Sed Pámphilum 10
Video. ómnia experíri certum 'st prius quam pereo. *By.* Quid hic agit?

V. 10. Bentl. corr. *censeas.* Recte adversatur Schopen. p. 20 sq.

---

10. *Tu si hic sis.*] Hoc gestu scenico melius commendatur. Nam haec magis spectatoribus, quam lectoribus scripta sunt. Hic ergo, se ipsum ostendens, dicit. Et est *hic* pronomen. *Sed Pamphilum.*] *Sed*, inceptivum, pro, *atque eccum Pamphilum:* ut *Sallustius, Sed Metellus in vulnere.* Hoc non discretivum: ut si dicas, sapiens, sed miser: hic enim discretivum erit. *Sed Pamphilum video.*] Haec per ἀποστροφὴν finguntur. *Age, Age, ut lubet.*] Adversus haec non habuit, quid loqueretur. Et est permissio reprobantis ea, quae consentit. — 11. *Omnia experiri.*] Idem alibi, *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet. Virgilius* hanc quoque posuit

---

9. *Facile omnes quum valemus, recta consilia aegrotis damus.*] Paroemia a Graecis sumta. Menander: Ὑγιὴς νοσοῦντα ῥᾶστα πᾶς τις νουθετεῖ. h. e. *Quisque sanus nullo negotio monet aegrotum.* Aeschylus Prometheo: Ἐλαφρὸν, ὅστις πημάτων ἔξω πόδα Ἔχει, παραινεῖν, νουθετεῖν τε τοὺς κακῶς Πράττοντας. h. e. *Facile est ei, qui habet extra mala pedem, Consilium dare et monere miseros.* Euripides Alcestide: Ῥᾷον παραινεῖν ἢ παθόντα καρτερεῖν. *Facilius est consolari, quam aerumnas sustinere.* Cf. Muret. Varr. Lectt. XXXV. 23.

10. *Tu si hic sis, aliter sentias.*] Dicens, *hic*, semet indigitat. Neque enim adverbium est, sed pronomen. Ita infra V. 3. 19. Plautus, Bacch. IV. 4. 1. Chrysalus de sese: Hunc *hominem decet auro expendi.* Huic *decet statuam statui ex auro.* Cicero, Fam. III. 12. *De me autem, suscipe paulisper partes meas, et eum te esse finge, qui ego sum.* Plautus, Casin. II. 6. 29. *Men' te censes esse?* — [Plerique interpretes sic exponunt, ut *hic* pronomen sit et Charinus se ipsum gestu manus ostendat. Ita Heaut. II. 3. 115. *tibi erant parata verba, huic homini verbera.* Sed verius Bentleius explicat *si fores meo loco*, ut *hic* sit adverbium. Eius interpretationem confirmat similis locus Catonis apud I. Rufin. de Figur. p. 204. *Si vos in eo loco essetis, quid aliud faceretis?*]

11. *Omnia experiri.*] Formulae speciem habet, notans, nihil intentatum relinquere. Eun. IV. 7. 19. Cicero, Attic. VII. 2. *Itaque omnia experiar.* Fam. XII. 15. Omnia *prius* experiri *malui.* Florus, III. 5. 24. *Omnia expertus.*

Ch. Ipsum hunc orabo: huic supplicabo: amorem, huic narrabo meum.
Credo, impetrabo, ut aliquot saltem naptiis prodat dies.
Interea fiet aliquid, spero. *By.* Id aliquid nihil est. *Ch.* Byrrhia,
Quid tibi videtur? adeon' ad eum? *By.* Quidni? si nihil impetres, 15

V. 15. Bentl. *nihil ut impetres.*

---

sententiam, *Ne quid inexpertum frustra moritura relinquat.* — 12. *Ipsum hunc.*] Bene *ipsum*, quasi auctorem et principem. refertur etiam ad dignitatem. *Orabo. huic supplicabo.*] *Oramus* quae bona sunt: *Supplicamus* in adversis magis, vel cum lacrymis. *Hunc orabo, huic supplicabo.*] Prooemia sunt petitionis, quibus ostendit poëta rationem, qua nova et improba res tamen petitur. — *Amorem huic narrabo meum.*] Non studium aut voluntatem, sed *amorem.* Nec petam, sed *narrabo* dixit: totum magnifice. — 13. *Ut aliquot saltem prodat dies.*] *Saltem.* desperatis rebus solam petentes *salutem*, hoc verbo utimur. *Prodat* vero, proferat, prolatet, differat. *Lucilius* in quinto: *An porro prolenda dies sit?* [V. Scaliger ad Festum v. *prodidisse.*] — 14. *Interea fiet aliquid.*] Tale est hoc, quale illud, *Interea aliquid accidet boni.* Sed nihil illum dixisse Poëta per servum ostendit; dicendo: *Id aliquid nihil est. Fiet aliquid.*] Ut supra, *Impetrabo.* — 15. *Adeon' ad eum?*] Consuetudine magis, quam ratione dicitur, unum enim *ad* abundat. *Quidni? si nihil impetres.*] Aut, *Quid, nisi nihil impetres, ut te*, etc. In utroque idem sensus est: sed superior per *σιωπησιν*, inferior per simplicem explanationem solvitur. Et si *quidni?* legitur, subaudiendum, *adeas*: ut sit: *Quidni adeas? ut, si nihil impetres, te arbitretur paratum mecchum, si illam duxerit. Si nihil impetres.*] *Impetres*, per ἀντιφρασιν dictum videtur pro *petas*, quoniam petitionem saepe impetratio sequitur. —

---

13. *Credo, impetrabo.*] Voces hae, *Credo, spero, puto, opinor*, et aliae eius generis eleganter absolute ponuntur. Infra II. 2. 4. Heaut. II. 3. 46. Adelph. II. 2. 18. Cicero, Fam. V. 9. *Non*, puto, *repudiabis in honore, quem in periculo recepisti.*

14. *Interea fiet aliquid, spero.*] Formula laborantium et laetum exitum sperantium. Infra II. 3. 4. Plautus, Mercat. II. 4. 25. *Invenietur, exquiretur*, aliquid fiet. Truc. II. 4. 15. *mane*: aliquid fiet. *ne abi.* Cicero, Fam. VII. 11. Erit *hic* aliquid *aliquando.* — *Id aliquid nihil est.*] Ὀξύμωρον, quale illud Plauti, Amph. I. 3. 32. *Id actutum diu est.* Persius, V. 1. 16. *mihi istuc tempori sero 'st.*

Ut te arbitretur sibi paratum mæchum, si illam dúxerit.
Ch. Abin' hinc in malám rem cum suspicione isthác, Iocelás?
Ph. Charínum video. sálve. *Ch.* O, salve, Pámphile.
Ad te adveni, opem, salutem, auxilium, consilium expetens.
Ph. Néque pol consilii locum habeo, néque auxilii cópiam. 20
Sed istuc quidnam 'st? *Ch.* Hódie uxorem dúcis? *Ph.* Aiunt. *Ch.* Pámphile,

V. 19. Bentleius: *cónsilium, auxilium expetens*: qui ordo est in proximo versu 20. quem vir acutissimus hic refinxit: *Néque pol consilii locum habeo néque ad auxilium cópiam.* Postremum habet Eugraphius, estque plane necessarium.

18. *Charinum video.*] Non imperite Pamphilum priorem loqui fecit, sed ut fiduciam det Charino loquendi; quod et *Virgil.* eleganter, *Heus, inquit, iuvenes, monstrate, mearum Vidistis si quam hic errantem forte sororum.* — *Charinum video.*] Ad hoc prior incipit Pamphilus, ut ad confessionem Charino minus clausa prae pudore sit via. — 19. *Salutem, auxilium, consilium expetens.*] Ut in petitionibus fieri solet, beneficium petens, utitur partibus deliberativae. *Consilium expetens.*] Eleganter: quoniam demens et improbum est quod petit, novissimum posuit consilium: ut si non possit concedi, vel consilium expetat ad emendam dementiam. Cicero, *Tu da salutem, qui spem dedisti.* — 20. *Neque pol consilii locum habeo, neque auxilii copiam.*] Apud amantem neque consilii facultas: apud inopem neque copia auxilii. His duobus ostendit etiam sese amatorem. *Neque pol consilii locum habeo*, quia amo: *neque auxilii copiam*, quia sum miser. — 21. *Sed istuc quidnam 'st?*] Hoc si non adderet, locus confitendi amoris Charino nullus fuisset. *Hodie uxorem ducis?*] Vide miram interrogationem ante confessionem. *Aiunt.*] De ea re dicimus, quam volumus esse

17. *Cum suspicione.*] Particula *cum* eleganter inservit ad denotandam causam. Infra V. 4. 38. Eun. II. 3. 66. Ubi vide Donatum. Heaut. IV. 6. 6. Adelph. IV. 6. 1. Phorm. V. 7. 37. Plautus, Epid. I. 1. 72. *Abi in malam rem maximam a me* Cum *istac conditione.*

20. *Neque, pol, consilii locum habeo, neque auxilii copiam.*] Expressum e Plauto, Cas. III. 5. 2. *nescio, unde auxilii, praesidii, Perfugii mihi, aut opum copiam comparem aut expetam.* Est autem *copia* h. l. non abundantia, sed facultas. Vide Cortium ad Sallust. Catil. VIII 5.

Si id facis, hodie postremum me vides. *Py.* Quid ita?
Ch. Hei mihi!
Véreor dicere. huic dic, quaeso, Býrrhia. *By.* Ego dicam. *Py.* Quid est?
By. Sponsam hic tuam amat. *Py.* Nae iste haud mecum sentit. Ehodum dic mihi,
Núm quidnam amplius tibi cum illa fuit, Charine? *Ch.* Ah, Pámphile,
Nil. *Py.* Quam vellem! *Ch.* Nunc te per amicitiam, et per amorem óbsecro,
Principio, ut ne dúcas. *Py.* Dabo equidem óperam. *Ch.* Sed si id non potes,

V. 27. Bentl. ex Donato corr. *potes*, i. e. possibile est, ut passim, probante Ruhnkenio.

falsam. — 22. *Si id facis.*] Nihil prius, quam se moriturum dixit, pudenda dicturus. Inde datum est, ut ille instantius quaereret causam. *Hodie postremum.*] Plus dixit, quam si dixisset, *Morior hodie.* *Hodie postremum.*] A necessario: quia vivere non potest. Et *postremum* adverbium est. — 24. *Sponsam hic tuam.*] Nulla cunctatione Byrrhia, sed facete, παῤῥησίᾳ servili paratissime narrat. *Sponsam hic tuam amat.*] Callide et *sponsam*, et *amat*: hoc est, nec adhuc uxor tua est, neque aliquid admisit, quia amat tantum. *Nae iste haud.*] *Nae*, valde, ut *Cicero*, *Nae illi vehementer errant.* Sensus hic est, Non id amat quod ἄπιστο, nec id odio habet quod odi. hoc est, valde iste, inquit, non mecum sentit: id amat quod ego odi. *Nae iste haud mecum sentit.*] *Nae*, valde: aut ut quidam volunt, *o quam.* Lucilius in x. inquit, *Nae in arce bovem discerpsi magnifice.* — 25. *Num quidnam amplius tibi cum illa fuit.*] Artificiose personam expressit Terentius, nuptias recusantem, et simul τὸ πρέπον virgini servavit. — 26. *Quam vellem.*] Utique ut esset causa recusandae. — *Per amicitiam.*] Suam tantum circa virginem. — 27. *Ut ne ducas.*] Sufficeret dixisse,

24. *Haud mecum sentit.*] Plautus Mostell. III. 3. 24. *Tecum sentio.*

25. *Num quidnam amplius tibi cum illa fuit?*] Ἐπιμερισμὸς est, ne diceret, num etiam rem cum illa habuisti? Eun. I. 2. 68. Ovidius, Heroid. XVII. 27. *Oscula luctanti tantummodo pauca protervus Abstulit; ulterius nil habet ille mei.* Idem, Pont. I. 7. 25. *Utque tibi fueris mecum, nihil* amplius. Moschus, Idyll. I. 5. Οὐ γυρεὸν τὸ φίλαμα, τὸ δ', ὦ ξένε, καὶ πόθον ἕξεις. H. e. *Non nudum suavium, sed tu, o hospes, amplius etiam habebis.* Verba Veneris ad eum, qui Cupidinem fugitivum investigasset.

27. *Principio.*] Valet Graecorum μάλιστα μέν. Unde Vige-

Aut tibi nuptiae hae sunt cordi. Pa. Cordi? Ch. Saltem aliquot dies
Profer, dum proficiscor aliquo, ne videam. Pa. Audi nunc iam:
Ego, Charine, ne tiquam officium liberi esse hominis puto, 30

V. 28. Reutl. *nuptiae haec*, ut vitetur homoeoteleuton.

ne ducas. — *Dabo equidem operam.*] Plus ille promisit, quam ille poposcit. *Dabo equidem operam.*] Pronunciatione levandum est. Plus enim dixit, *dabo operam*, quam si diceret, *non ducam*. *Non potest.*] Deest, *fieri*, et hoc ad patrem retulit. — 28. *Aut tibi nuptiae hae sunt cordi.*] Hoc ad Pamphilum pertinet. non enim unum et idem est. nam si idem esset: *nuptiae hae sunt tibi cordi*, supervacuum esset additum, *Cordi. Cordi.*] Animo. acute. *Saltem aliquot dies profer.*] Primo quae maiora sunt, petit: postremo quae ex his videntur minima: et hoc arte: ut *Incusso vim ventis, submersasque obrue puppes.* Et ad postremum, *Aut age diversas, et disiice corpora ponto.* — 29. *Profer.*] Prolata, producta, differ. *Aliquo; ne videam.*] *Aliquo* dixit, ut exilium esset incertum. *Audi nunc iam.*] Correptio impatientis, qui non sustineat audire de exilio. — 30. *Ego, Charina.*] Sententiae quae ex promeminibus incipiunt, seria semper, sed vera promittunt. Virgilius: *Me natam nulli veterum sociare procorum Fas erat.* — *Ego, Charina, neutiquam officium.*] Sensus hic est, Non puto, inquit, hominem liberum, qui, cum nihil praestet, haberi gratiam sibi poscat. ergo cum tibi nihil praestem, nole mihi gratias agas. non enim tui causa fugio, quod, prius quam me peteres, magis nolebam ducere, quam tu cupis. *Neutiquam.*] Una pars est orationis,

rus de Idiotismis, cap. VII. sect. VIII. Reg. 8. integram sententiam, *principio ut ne ducas*, reddit, *μάλιστα μὲν οὐ γῆμαι*, quod vero sequitur, *sed si id non potest*, *εἰ δὲ μή*, h. e. si minus.

28. *Tibi nuptiae hae sunt cordi.*] Ita Phorm. V. 8. 17. Plautus, Cistell. I. 1. 111. *Utut erga me est meritus*, mihi cordi est *tamen.*

29. *Profer.*] Inde *Res prolatae*, et *Rerum prolatio*, pro iustitio et vacationibus. Plautus, Capt. I. 1. 10. *Ubi res prolatae sunt, quum rus hominem eunt, Simul prolatae res sunt nostris dentibus.* v. Mannt. ad Cic. pro Mur. c. 13. — *Ne videam.*] Videre enim rem, ob quam aegre nobis est, auget dolorem. Cicero, Fam. VI. 1. *Oculi augent dolorem, qui ea, quae ceteri audiunt, intueri coguntur, nec avertere a miseriis cogitationem sinunt.*

30. *Liberi hominis.*] H. e. Honesti et qui sit bonae existi-

Cum is níl promereat, póstulare id grátiae adponi sibi.
Núptias effúgere ego istas málo, quam tu adipíscier.
Ch. Réddidisti ánimum. *Pa.* Nunc si quid potes aút tú, aut hic Býrrhia,
Fácite, fingite, invenite, efficite, qui detúr tibi.

V. 31. Iambicus hic inter tot trochaeos non satis belle incedere visus est Bentleio. Itaque corrigit: *Cum is nil mereat, póstulare* etc.

V. 33. Bentl. emendavit: *Rédduxti animum. Núnc si quid potes, aút tute aut hic Býrria.*

V. 34. Bentl. *qui mihi ne detur*, ut *mihi* sub ictum veniat.

---

pro nequaquam. Aut alio modo dicitur. — 31. *Cum is nihil promereat.*] Id est, praestet. ut, *Virgilius: Quique sui memores alios fecere merendo.* Et, — *Nunquam, regina, negabo Promeritam.* E contrario laedit: *Quid commerui, aut peccavi, pater?* — *Cum is nihil promereat.*] *Mereri*, est aliquid mercedis pro labore sumere. cum dicimus, *Nihil meretur*, hoc intelligitur, nihil mercedis dignus est accipere. *Cum is nihil promereat.*] Laboret, vel mereatur, vel mercedis petere debeat. ut, *Qui meret amchaera?* Plautus in Pseudolo. *Id gratiae adponi sibi.*] Addi in gratiam suam, id est, sibi gratiam merere. — 32. *Nuptias effugere.*] Interposita distinctione, vultuose hoc dicitur, hoc est, cum gestu. — 33. *Reddidisti animum.*] Plus dici non potuit. *Aut tu, aut hic Byrrhia.*] Hic δεικτικῶς quasi efficaciorem ostendit. ergo ad comparationem alterius refertur. — 34. *Facite, fingite, invenite, efficite.*] *Fit*, quod verum est. *Fingitur* quod falsum est. *Invenitur*, ne temere fiat. *Invenite* ergo, agite dicit post cogitationem. *Efficite.* Id est, in effectum perducite. Sallustius, *Nam et prius quam incipias, consulto: et ubi consulueris, mature facto opus est. Facite, fingite, invenite.*] Mire expressit Pamphili animum nuptias me-

---

mationis. Cicero, Offic. I. 42. *Omnium autem rerum, ex quibus aliquid adquiritur, nihil est agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, nihil homine, nihil* libero *dignius.*

31. *Id gratias adponi sibi.*] Emphasis est in pronomine *id*, quod cum gestu pronunciatum, et vel flocco vestis difflato, vel digiti crepitu edito. Quomodo *tanti*, vel *huius non facio*, dicebant. Valet vero *id gratiae adponi* tantillum beneficium imputari.

33. *Reddidisti animum.*] Horatius, Carm. I. 16. 27. *Fias recantatis amica Opprobriis*, animum*que* reddas. [*Hic Byrria* i. e. Byrria, quem praesentem vides; nam pronomen *hic* nominibus propr. additum personam praesentem significat. Adelph. III. 4. 33. Manut. ad Cic. pro Ligar. c. 3.]

34. *Facite, fingite, invenite, efficite.*] Plautus, Bac-

Ego id agam, mihi quí ne detur. *Ch.* Sát habeo. *Pa.* Davum óptume
Video: cuius consilio fretus sum. *Ch.* At tu hercle haud quidquám mihi,
Nisi ea, quae nihil ópus sunt scire: fúgin hinc? *By.* Ego vero, ác lubens.

V. 37. Bentl. *sciri.*

---

tuentia, qui quicquid dixerit, parum est. — 35. *Ego id agam? mihi qui ne detur.*] Non dixit, *ego non instabo, ut ducam*; sed quod est amplius. Et recte. utriusque opera opus. Non enim continuo ducet Charinus, si non dixerit Pamphilus. *Qui detur.*] *Qui* pro quemadmodum. *Ne mihi.*] Veteres frequenter *ne* pro *non* dicebant. *Sat habeo.*] Sic antiqui, pro sufficit, *sat habeo* dicebant. — 36. *At tu hercle.*] Deest, adfers, dicis, nuntias. — 37. *Nisi ea quae.*] Hoc est, *---daturus illa hodie Pamphilo nuptum?* By. *Sic est.* Ch. *Qui scis?* By. *Apud forum modo de Dave audivi.* Quod memor est Charinus, se non libenter audisse. *Fugin' hinc.*] Comminantis est, et abigentis a se. *Ego vero, ac lubens.*] Nemo libenter fugit, nisi coactus necessitate. Hic etiam *lubens* dixit, quod est lubenter.

---

chid. IV. 4. 42. *Compara, fabricare, finge quod lubet, conglutina.* Cicero, Fam. XIII. 29. *Enitare, contendas, efficias.*

35. *Sat habeo.*] Qui contenti sunt, et adquiescunt, *sat habere* se dicunt. Infra IV. 2. 22. Eun. III. 2. 32. Heaut. IV. 3. 40. Plautus, Mostell. III. 1. 125. Sat habeo, *si cras fero. Optime*, i. e. opportune, in tempore, ut IV. 2, 8. Hecyr. II. 2, 4.

37. *Quae nihil opus sunt scire.*] Cicero, Att. VII. 6. *Si quid forte sit, quod* opus sit sciri. *Ego, vero.*] Emphasis est in particula *vero*, quae usum habet in affirmando et respondendo. Eun. III. 5. 43. Cicero, Fam. IV. 6. 1. Ego vero, *Servi, vellem, ut scribis, in meo gravissimo casu adfuisses.* Ubi vide, quae notavit Cellarius.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA SECUNDA.

DAVUS. CHARINUS. PAMPHILUS.

Dí Boni, boní quid porto! séd ubi inveniam Pámphilum? Ut metum, in quo núnc est, adimam: atque éxpleam animum gaúdio.

V. 2. Bentl. corr. *Ut metum quo in nunc est*, ut *metum* thesi eximatur.

Di boni.] *Haec scena consilium continet personarum, ad quas maxime pertinet argumentum. Et hic est locus, in quo, ut fieri solet, fortuna mixta rebus dispositis, magnas turbas dat.* — 1. *Di boni, boni quid porto!*] Non mirum quod insolentius Davus exsultat, qui, ut Simo dicebat, timidus fuit, ut ipse Davus, etiam desperavit ex nuptiarum terrore, quas nunc falsas comperit. *Di boni, boni quid porto!*] Ex proximo repetivit bis: sed tamen alterum nominativo plurali, alterum genitivo singulari dictum est. *Quid porto!*] Non solum corpore, sed etiam animo portamus tam bona, quam mala. Sic alibi, *Ne quid Andria adportet mali.* — 2. *Ut metum in quo nunc est, adimam: atque expleam animum gaudio.*] Ordine locutus est. prius enim metum adimere, sic demum gaudio per-

1. *Boni quid porto.*] Supra I. 1. 46. Plautus, Stich. III. 1. 23. *Tantum a portu* adporto bonum. *Quid* autem de re ingenti eleganter usurpatur. infra IV. 4. 6. Heaut. II. 3. 6. et 13. Hec. III. 1. 24. Phorm. V. 3. 7. Plautus, Epid. II. 2. 26. *Tum captivorum* quid *ducunt secum!* Virgilius, Ecl. VIII. 107. *bonum sit!* *Nescio* quid *certe est.*

2. *Ut metum, in quo nunc est, adimam.*] Supra II. 1. 4. Heaut. II. 3. 100. III. 1. 13. Hec. V. 3. 19. Plautus, Cist. II. 1. 59. *Et illud paveo, et hoc formido: ita tota sum misera* in metu. Aliter Cicero, Fam. IX. 16. *Volo enim* abstergere *animi tui* metum. *Expleam animum gaudio.*] Virgilius, Aen. I. 713. *Expleri mentem nequit.* Ubi vide, quae notavit Cerda. Neque aliter Scriptores sacri, 2 Timoth. I. 4. *Ἵνα χαρᾶς πληρωθῶ. ut explear gaudio.* — [*Nihil est.* Elegans formula de iis, quae contemnimus et quorum nullam rationem habemus. Heaut. IV. 2. 9. Adelph. II. 2. 25. Vid. Interpr. ad Phaedr. III. 7. 17.]

Ch. Laétus est, nescio quid. *Pa.* Nihil est: nondum haec rescivit mala.
Da. Quem ego nunc credo, si iam audierit sibi paratas núptias —
Ch. Aúdin' tu illum? *Da.* Tóto me oppido éxanimatum quaérere.
Séd ubi quaeram? aut quó nunc primum inténdam? *Ch.* Cessas álloqui?
Da. A'beo. *Ch.* Dave: adés. resiste. *Da.* Quís homo 'st, qui me? o Pámphile,
Te ípsum quaero: eugé, Charine. ambo ópportune: vós vólo.

V. 6. Bentl. *Sed ubi quaeram? quo nunc primum intendam? Char. Cessas alloqui? Dav. Habeo.*

---

fundere. Hic ordo etiam in laude servatur. — 3. *Nescio quid.*] Deest *propter*: ut sit: propter nescio quid. *Quid.*] Adverbiale. — 5. *Exanimatum.*] Perterritum, perturbatum. — 6. *Sed ubi quaeram?*] Nunc in omnes se partes versat, quaerens quo dirigat cursum. — 7. *Abeo.*] Videtur quasi constitisse, deinde quasi elegisse quo pergat. *Habeo.* per *h* inveni. legitur et *abeo*: uti merito illi dicatur, *Resiste. Quis homo 'st qui me? o Pamphile.*] Ante videt, quam compleat orationem. — 8. *Euge, Charine.*] *Euge*, modo pro interiectione positum est. *Opportune.*] Deest,

---

4. *Sibi paratas nuptias.*] Res magna *parari* dicitur. Supra I. 1. 5. Et *adparari.* Infra IV. 1. 32. ubi vide Donatum. Et IV. 2. 7. Utrumque de nuptiis frequenter usurpatur. Horatius, Carm. I. 29. 2. *acrem militiam* paras *Non ante devictis Sabaeae Regibus, horribilique Medo.* Phaedr. II. 4. 6. *pernicies, ait, Tibi* paratur, *forsan et miserae mihi.*

6. *Intendam.*] Intellige, gradum vel cursum. Aliter Livius, IV. 19. *Quum ad impetum Tolumnii, quacunque se intendisset, trepidantes Romanas viderat turmas.* Ita *Tendere* passim pro ire, pergere. [*Quo intendam* sc. ire vel iter vel cursum, quod alii addunt. Sallust. Iug. c. 107. extr. *quo iure intenderant, perventum.* ubi vid. Cortius. Hirt. B. Afr. c. 95. *Iter in Hispaniam intendebant.* Absolute ut h. l. Cic. Cat. 1. 12. *Si iste quo intendit, in castra Manliana pervenerit.* Vid. Interpr. ad Liv. X. 43. 13.]

7. *Quis homo est, qui me?*] Formula, qua utuntur vocati, sed fastidiose respondentes. Infra V. 6. 1. Phorm. I. 3. 28. Ubi *homo* eleganter παρέλκει. Ita Plautus, Amph. II. 1. 78.

Pa. Dáve, perii. *Da.* Quin tu hoc audi. *Pa.* Intérii. *Da.* Quid timeás, scio.

Pa. Méa quidem hercle cérte in dubio víta 'st. *Da.* Et quid tú, scio.

Pa. Núptiae mi. *Da.* Et íd scio. *Pa.* Hodie. *Da.* Obtúndis, tametsi intélligo.

V. 11. Bentl. ex codd. et Donato *Ésti scio.*

---

adestis: non, *opportune vos volo.* — 9. *Dave, perii.*] Proprium est dolentibus, praefestinere ad indicanda, quae dolent. Ἀπολώλεσθαι! Habet nonnullum affectum, quod addidit, *Dave.* *Quin tu.*] *Quin* modo pro *imo;* alias, *cur non.* — 10. *Mea quidem hercle.*] Videtur Charinus plus dixisse, *Perii,* quam Pamphilus, *Mea quidem hercle certe in dubio est vita.* Sed non est hoc. plus enim Pamphilus dixit. Nam qui vivit, non potest interiisse: is autem qui vivit, vitam potest in dubio habere. Ideo et iuravit *hercle:* et affirmans iusiurandum *certe* addidit. Bene *certe:* quasi illud *interii* falsum sit. Ita Pamphilus plus fecit, *periturum* se esse dicendo, quam Charinus *interiisse.* *Et tu quid, scio.*] Mira compendia, quae contrahit poëta longitudine fabulae: nec tamen perdit affectus personarum. *Et tu quid.*] Deest *timeas.* — 11. *Et id scio.*] Ἐν ὑποκρίσει. tanquam dicat, nihil est. *Et id scio.*] Legitur et, *Et si scio.* *Hodie.*] Tempus addidit, tanquam rem sciens. *Obtundis.*] Saepe repetendo dicere, *obtundere* est. translatio a fabris, qui saepe repetunt tundendo aliquid malleo, et idem obtundunt et hebetant. *Obtundis tametsi.*] Potest esse

---

9. *Quin tu hoc audi.*] Formula silentium iubentis, et aliud magis certum vel necessarium monere volentis. Est autem omnis emphasis in pronomine *hoc.* Ita infra IV. 1. 36. In eundem fere sensum dicebant, *Hoc age,* et, *Hoc ágite.*

10. *In dubio vita 'st.*] Ita Adelph. III. 2. 42. Sallustius, Catil. 52. *Libertas et anima nostra* in dubio est. Locutio ab aegrotantibus petita, qui et ipsi *dubii* vocantur. Statius, Achil. I. 116. *Nosse salutiferas* dubiis *animantibus herbas.*

11. *Obtundis.*] Subaudi, me, vel, aures mihi. Ita Eun. III. 5. 6. Heaut. V. 1. 6. Hec. I. 2. 48. Cicero, Fam. V. 14. *Cupio non* obtundere *te, si non delectare studio nostro.* Locutio translata vel ab ictibus cestuum, quibus aures invicem obtundebant pugiles, unde Sosia Plautinus, Amph. II. 1. 59. ait: *sum* obtusus *pugnis pessime;* vel a fabris, ferrum tundendo hebetantibus. Gr. ὑπωπιάζω. vide Evang. Luc. XVIII. 5.

Id paves, ne dúcas tu illam; tu aútem, ut ducas.
Ch. Rém tenes.
Pa. I'stuc ipsum. *Da.* Atque ístuc ipsum níhil pericli est: mé vide.
Pa. Obsecro te, quám primum hoc me líbera miserúm metu. *Da.* Hem,
Líbero. uxorém tibi non dat iám Chremes. *Pa.* Qui scís? *Da.* Scio. 15

V. 15. Bentl. *tibi uxórem non dat i. Chr.* Deinde pro *Scio* ex cod. *Scies* scripsit.

ἀναστροφή: sed sincerius est et melius subdistinguere. — 12. *Id paves.*] Deest *ob:* ut *sit*, *ob id.* hoc autem Pamphilo dicit. *Tu autem, ut ducas.*] Pro, ne nón, *ut* posuit. Hoc Charino. — 13. *Atque istuc ipsum.*] Ἐν ὑποφάσει. Ille enim hoc idem dixerat cum exclamatione: quod quasi vanum contemnit. *Me vide.*] Utrum, laetus sum? an, me specta fidei datorem? ut dici solet, *me habe; me respice.* — 14. *Obsecro te, quamprimum hoc me libera miserum metu.*] Cum precibus et tempus admiscuit. Et bene *libera.* perfecta enim securitas *liberatio* nominatur. — *Hem.*] Ecce, demonstratio est facti. — 15. *Uxorem tibi non dat iam Chremes.*] Oratorie a summa coepit: cuius partes multis dicentur. *Iam non dat.*] Bene *iam.* quod si non dixisset, intelligeret Pamphilus, vel postea Chremetem filiam esse daturum. Sed addito *iam*, plena securitas est. *Iam* enim renuntiatio est perpetuitatis. *Scio.*] Praeparatio est auditoris ad eam narrationem, quae ostendit argumenta fal-

---

12. *Id paves.*] Sallustius, Catil. 31. *Omnia pavere.* Claudianus, Rapt. III. 141. *Cuncta* pavet, *speratque nihil.*

12. *Rem tenes.*] Ita Eun. III. 1. 16. Plautus, Mil. IV. 4. 27. Idem Merc. II. 4. 10. *Omnem rem tenes.*

13. *Nihil pericli est.*] Ita Heaut. III. 1. 6. Adelph. II. 1. 3. Hec. V. 1. 9. Phorm. V. 1. 36. Plautus, Mostell. III. 2. 164. *nihil pericli est, age.* — *Me vide.*] Formula fideiubendi, et eius qui liberat alterum metu et sollicitudine. Phorm. IV. 4. 31. Plautus, Merc. V. 4. 53. Trin. III. 3. 79. Rud. III. 3. 18. Graeci βλέπειν εἴς τινα vel πρός τινα dicunt. Et est locutio sacra. vide Ies. XXXI. 1. Adde Brissonium de Formulis.

14. *Quamprimum hoc me libera miserum metu.*] Ita Attius Epigonis: *Eloquere propere, ac* pavorem *hunc meum* expectora.

15. *Iam.*] Videtur expletiva esse particula et πλεονάζουσα. Ita Heaut. IV. 8. 1.

Túus pater modo mé prehendit, aít tibi uxorém dare sese
Hódie: item alia múlta, quae nunc nón est narrandí locus.
Cóntinuo ad te próperans percurro ád forum, ut dicám tibi haec.
Ubi te non invénio, ibi adscendo ín quendam excelsúm locum.

V. 16. *sese* in fine versus quia in uno cod. omissum est ac redundat, Bentleius *uxorem dari* scripsit. Principium versus idem sic ex codd. refingit: *Tuus pater me módo prehendit.*

V. 19. Bentl. *Ubi te non invénio, escendo in quéndam ibi excelsúm locum.* Nam *ibi* quidam codd. omittunt: *escendo* autem codex vetus Guyeti.

---

sarum nuptiarum. — 16. *Me prehendit.*] Pro *prendit.* Addita adspiratione geminavit syllabam. *ut prehendit* dixit, quasi vitantem ac fugientem *Ait tibi.*] *Ait*, proprie: quia contemnenda dicuntur. *Ait tibi uxorem dare se.*] Coniecturam facit ex malis quae praecesserunt. *Ait sibi uxorem dare se.*] Dicit cur primo crediderit veras, dicturus subinde, cur falsas. — 17. *Item alia multa.*] Bene distulit narrationem, ne si audirent Charinus et Byrrhia, desinant dolos struere adversum vigilantissimum senem. *Item alia multa.*] Commoda narratio a necessariis tantum. Minas autem senis praetermisit, ne corrumperet bona, quae nuntiabat. — *Quae nunc non est narrandi locus.*] Non vult dicere, quam minaciter secum egerit senex, quamque instet nuptiis, ne Charinum Byrrhiamque de spe deiiciat, quos vult secum adniti, ne uxorem Pamphilus ducat. — *Quae nunc.*] Argumentum est, quaerere potuisse eum qui sit territus; nam timor curam parit. *Narrandi locus.*] Modo tempus, spatium. — 18. *Properans percurro.*] Vide quantum dixerit, *Properans*, et *percurro*, ut continuationem cursus ostenderet. — 19. *Ubi te non invenio.*] *Ubi*, modo non est adverbium loci,

---

16. *Me prehendit.*] Ita solent de servis currentibus et anhelantibus. Heaut. III. 1. 89. Phorm. IV. 3. 15. Plautus, Epid. I. 1. 1. *Qui properantem me* prehendit *pallio?* — *Tibi uxorem dare sese.*] Non tantum soceri, sed et patres dicebantur uxores dare filiis. Supra I. 5. 3. Infra II. 6. 21. III. 3. 28. Phorm. I. 2. 70. Plautus, Truc. IV. 3. 69. *Haud mansisti, dum ego* darem *illam: tute sumsisti tibi.* Idem de matribus dicitur. Heaut. V. 5. 16.

17. *Hodie.*] Recte meminit servus. Supra I. 5. 3. Infra III. 5. 7.

18. *Properans percurro.*] Vera narrat. vide supra I. 3. 21. Vim verborum explicat Donatus.

19. *Adscendo in quendam excelsum locum.*] Id proclive erat in clivosa urbe Athenarum. Infra III. 4. 27. Adelph. IV. 2. 25.

Circumspicio. núsquam. forte ibi húius video Býrrhiam.
Rógo. negat vidísse. mihi moléstum. quid agam, cógito.
Rédeunti interea éx ipsa re mihi íncidit suspício. hem, Paúlulum obsoni. ípsus tristis. de ímproviso núptiae.

V. 20. Bentl. ex tribus suis codd. *nusquam es: ibi forte huius video* B.

---

sed temporis, pro *postquam*. *Ubi te non invenio, ibi,*] A summo ad imum divisiones, quibus dicta et facta continentur: sub quorum genere sunt species nunc dictorum, nunc factorum, cum consideratione rerum personarumque. — 20. *Nusquam.*] Deest, *vidi. Video Byrrhiam.*] Deest *servum*, et recte; dixerat enim, *Apud forum modo de Davo audivi.* — 21. *Rogo. negat vidisse.*] Mira brevitas, et imitanda. — 23. *Paululum obsoni.*] Hinc est quod ait, *Nimium parce facere sumptum. Ipsus tristis. de improviso nuptiae.*] Mire, et moraliter. ex his enim quae facta non sunt, docet, quid fecisse deberet. et, *de improviso nuptiae*,

---

20. *Circumspicio. nusquam.*] Similis locus est apud Virgilium, Aen. I. 184. *Aeneas scopulum interea conscendit, et omnem Prospectum late pelago petit, Anthea si qua Iactatum vento videat, Phrygiasque biremes, Aut Capyn, aut celsis in puppibus arma Caici. Navem in conspectu nullam. — Huius Byrrhiam.*] Ellipsis Attica. Subaudi *servum*. Virgilius, Aen. III. 319. *Hectoris Andromache:* sub. uxor. Et Aen. VI. 86. *Deiphobe Glauci.* sub. filia.

21. *Quid agam, cogito.*] Elegans usus verbi *cogito* in fine sententiae. Adelph. IV. 2. 30. Phorm. IV. 5. 15. Ad eundem modum Plautus, Mostell. III. 1. 28. *Perii oppido, cum* cogito.

22. *Mihi incidit suspicio.*] Ita infra III. 2. 21. Aliter Plautus, Merc. I. 2. 100. *Ne patrem prehendat suspicio.*

23. *Paululum obsoni.*] Intelligit edulia, quae cum pane comeduntur, maxime pisces. Plautus, Bacchid. I. 1. 63. *Tu facito obsonatum nobis sit opulentum* obsonium. Idem Vs. 69. vocatur *piscatus bonus*. Vide Comment. maiorem. — *Ipsus.*] Intelligit Simonem herum suum. Scilicet servi heros, discipuli magistros, vocabant *ipsos* et αὐτούς. Plautus Casin. IV. 2. 11. *Ego eo, quo me* ipsa *misit.* Loquitur serva de hera sua. Ita in Evang. Matth. VIII. 24. Ἀὐτὸς δὲ ἐκάθευδε. *ipse autem dormiebat.* h. e. Christus. Inde Pythagoraeorum illud, *ΑΥΤΟΣ ΕΦΑ, ipse dixit.* Et de Socrate, Aristophanes, Nub. 219. ΜΑ. Αὐτός. ΣΤΡ. Τίς Αὐτός; ΜΑ. Σωκράτης. H. e. *Ipse. Quis ipse? Socrates.* Comicum autem est *ipsus*, unde *ipsissimus*, αὐτότατος.

Nón cohaerent. *Pa.* Quórsum nam istuc? *Da.* Ego me continuo ád Chremem.
Cum íllo advenio: sólitudo ante óstium. iam id gáudeo.
Ch. Récte dicis. *Pa.* Pérge. *Da.* Maneo. Intérea introire néminem
Vídeo, exíre néminem: matrónam nullam. in aédibus
Níhil ornati, níhil tumulti. accéssi: intro adspexi. *Pa.* Scio.

V. 25. Bentl. cum Faërno ex vett. editt. *Cum illo advenio.* Vulgo erat *Quum illuc advenio.*

V. 27. idem coni. *Video exire neminem. matronam nullam in aedibus, Nihil ornati* etc.

---

pronunciandum. — 24. *Ego me continuo.*] Et bene, *continuo ad Chremem:* ut si ab utroque hoc fieret, esset vera suspicio Davi. *Ego me continuo.*] Deest, *duco.* Consuetudine dictum est ἐλλειπτικῶς. *Egomet.*] Una pars orationis est. *Chremem.*] *Chremem* et *Chremetem*, ut *Darem* et *Daretem.* — 25. *Solitudo ante ostium.*] Signa ab his quae sunt, quae non esse deceret. *Iam id gaudeo.*] Quasi aversum, et non consentientem Pamphilum, excitat ad gaudium laetitia sua. *Iam id gaudeo.*] Sic *Virgilius, Cum venit, aulaeis iam se regina superbis.* — 26. *Recte dicis. perge.*] Vultu enunciandum. Hoc dicit Pamphilus. *Maneo.*] At parum temporis fuisti. — *Interea.*] Temporis longi significatio. *Introire neminem.*] A non factis. — 27. *Exire neminem.*] Quid si intus erant? ideo ait, *exire neminem.* — 28. *Nihil ornati.*] Ἀρχαϊσμός. Sic *Sallustius, Ergo Senati decreto serviendum ne sit.* —

---

24. *Non cohaerent.*] H. e. simul vera esse nequeunt. Cicero, Philipp. II. 8. *Ut non modo* non cohaerentia *inter se diceret; sed maxime disiuncta atque contraria.* — *Quorsum nam istuc?*] Subaudi, narras. Cicero, Offic. III. 16. *Quorsum haec?*

25. *Solitudo ante ostium.*] Id vult, pro foribus nullos fuisse homines. Cicero, de Clar. Orat. c. 63. *Erat ab oratoribus quaedam in foro* solitudo.

27. *Matronam nullam.*] Intelligit pronubas, vicinas, cognatas, quarum erat ornare sponsam, ornatamque deducere ad aedes mariti; sed et in thalamo collocare. Catull. LIX. 186. *Vos bonae senibus viris Cognitae bene feminae, Collocate puellulam.*

28. *Nihil tumulti.*] Attius, Aeneadis: *Nihil neque periculi est, neque* tumulti *quod sciam.* Plautus, Cas. III. 5. 22. *Quid intus* tumulti *fuit?* [*Nihil ornati, nihil tumulti* per archaismum dicitur pro

Mágnum signum. *Da.* **Núm vidéntur cónvenire haec núptiis?**
Pa. **Nón opinor, Dáve.** *Da.* **Opinor, nárras? non recte áccipis.**
Cérta res est étiam puerum inde ábiens conveni Chremis,
O'lera et pisciculós minutos férre obolo in coenám seni.

V. 31. Bentl. *conspexi Chremi.*
V. 32. *Ferre in coenam oboló seni*, quia *obolo* emphasin habet.

---

29. *Signum.*] Proprie pro argumento. *Num videntur.*] A consequentibus argumentum. — 30. *Non opinor.*] Ille opinionem accommodat tantum, hic multum tribuit coniecturis. *Non opinor.*] Quoniam argumenta sunt et coniecturae, *opinor* dixit. Nam contra opinionem certa res est, quae autem opinamur, putamus: quae putamus, incerta sunt. *Opinor narras.*] Bene a prima ad secundam personam. — 31. *Etiam puerum.*] *Etiam* pro praeterea. *Chremi.*] Sic *Chremi*, ut *Ulyssi* et *Achilli*. — 32. *Olera et pisciculos minutos.*] Sufficeret diminutive *pisciculos* dixisse, quod sic, *minutos* dixit: et pretium, *obolo* esse emptos: quae est ultima

---

nihil ornatus et *nihil tumultus*. Vossius de Angl. II. c. 17. p. 241. Ornabantur postes et aliae partes aedium floribus et coronis; discurrebatur cum strepitu per aedes, quod v. *tumulsi* significatur; tibicines etiam adhibebantur et hymenaeus cantabatur. Adelph. V. 7. 7.]

29. *Magnum signum.*] Ita Heaut. II. 3. 57. Eodem sensu supra I. 2. 14. *Magnum exemplum.* — *Convenire nuptiis.*] Cicero, Fin. III. 22. *Quid posterius priori non convenit?* Ovidius, Trist. I. 1. 6. *Non est* conveniens *luctibus ille color.*

[30. *Accipis*, intelligis, interpretaris. Eunuch. I. 2. 2. *Ruhnk.*]

31. *Certa res est.*] Ita etiam Plautus, pro eo, quod Terentius vocat, *certum est*; *decretum est*. Vide Mil. II. 4. 45. Mercat. V. 2. 16. Pers. II. 2. 41. — *Conveni.*] Usurpatur hoc verbum etiam de fortuito concursu. Eun. II. 2. 3. Plautus, Epid. II. 2. 12. *Dii immortales, utinam* conveniam *domi Periphanem! per omnem urbem quem sum defessus quaerere.* [*Convenire aliquem* est colloquendi causa aliquem adire vel etiam per fortuitum occursum cum aliquo colloqui, ut Eun. III. 2. 14. Sed primum non additur, quid Davus cum Chremetis servo locutus sit, deinde non cohaeret constructio, quam frustra expedire tentavit Perizon. ad Sanct. Min. III. 6. 5. p. 425. Nihil igitur commodius Bentleii coniectura pro *conveni* legentis *conspexi*.]

32. *Olera et pisciculos minutos ferre obolo in coe-*

Ch. Líberatus sum hódie, Dave, túa opera. *Da.* Ac nullús quidem.
Ch. Quíd ita? nempe huic prórsus illam nón dat.
Da. Ridiculúm caput!
Quási necesse sít, si huic non dat, te íllam uxorem dúcere.

nummorum significatio. Sunt enim genera minutorum piscium, quae magno veneant. Hic ergo etiam ex pretio vilissimos pisces significavit. Et, quid si *minutos*, sed omnibus? *Seni* dixit, ut obsonationis ostenderet causam. *Olera et pisciculos.*] Quod supra generaliter, *paululum obsoni*, hic specialiter dixit. *In coenam seni.*] Mire *seni*, cuius est maior cura domi. — 33. *Nullus.*] Pro *non*: ut alibi, *Nullus dixeris.* — 34. *Quid ita?*] Una pars orationis. *Ridiculum caput.*] Pro toto homine. nemo enim ore contempto, ex aliis membris hominem velit significare. et est συνεκδοχὴ τρόπος. — 35. *Quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere.*] Ostendit, ἐνθύμημα vitiosum hoc esse, in

---

nam seni.] Expressum e Menandri Perinthia: *Τὸ παιδίον δ' εἰσῆλθεν, ἰχθυοτὸς φέρον. Intravit puer, minutos pisciculos ferens.* Primum autem *olera* erant cibus vilis nec nuptiis aptus. Plautus, Truc. II. 7. 48. *Tantilli domi causa* olerum, *atque escarum et poscarum.* Adde Capt. I. 2. 86.; dixit porro *pisciculos minutos*, uti Plautus, Rud. V. 2. 38. *Curculiunculos minutos.* Sed et ita Suetonius Aug. 76. *Secundarium panem, et* pisculos minutos, *et caseum bubulum, et ficos virides biferas maxime adpetebat.* — *Obolo in coenam.*] Ita dixit, uti Theophrastus, Charact. c. 28. *Τῇ ἑαυτοῦ γυναικὶ τρεῖς χαλκοῦς εἰς ὄψον δίδωσι.* H. e. *Uxori suae tres obolos in obsonium dat.*

33. *Tua opera.*] Hoc loco *opera* auxilium notat. Ita Adelph. II. 3. 8. et passim alibi. Plautus, Capt. II. 3. 5. *Nam* tua opera, *et comitate, et virtute, et sapientia Fecisti, ut redire liceat ad parentes denuo.* Saepe tamen in malam partem, et pro culpa sumitur. Ita infra IV. 2. 6. Unde *opera* et *culpa* iunguntur, Hec. II. 1. 31. [*Nullus* pro *non* ponitur praesertim apud Comicos. Eun. II. 1. 10. *tametsi nullus moneas.* Hec. I. 2. 4. *si non quaeret, nullus dixeris.* Cic. de Off. III. 14. Vid. Rivius ad h. l.]

34. *Ridiculum caput.*] Ita Adelph. II. 3. 8. V. 9. 9. Phorm. III. 3. 26. Plautus, Epid. I. 1. 86. *plane hoc corruptum 'st* caput. *Nequam homo es, Epidice.* Virgilius, Aen. IV. 354. capitisque *iniuria cari.* Horatius, Sat. II. 1. 27. *Quot* capitum *vivunt, totidem studiorum Millia.* Ovidius, Metam. XII. 613. caput *insuperabile bello.* Ita et Graeci, κεφαλὴ φίλη ἢ ἐχθρά, *amicum vel hostile caput*, pro homine.

Nisi vides, nisi sénis amicos óras, ambis. *Ch.* **Béne mones.**
I'bo; etsi hercle saépe iam me spés haec frustrata est. Valé.

quo, altero sublato, non necessario alterum relinquatur. — 36. *Nisi vides, nisi senis amicos oras, ambis.*] Hoc laborat Davus, quemadmodum Philumenam Charinus propriis laboribus prompereatur uxorem. *Nisi vides, nisi senis amicos oras.*] Artificiose Davus Charinum excitat, ut si fieri possit, adiuvetur negotium Pamphili, dum ille sibi providet. *Nisi vides.*] Provides. — *Ambis.*] Magnarum rerum desiderium et appetitus *ambitio* dicitur. Confirmata re a factis et a personis, deliberativa nascitur. —

36. *Nisi vides.*] Nisi provides et curam geris. Infra II, 6. 25. Heaut. IV. 2. 3. Phorm. I. 4. 14. Cicero, Fam. III. 9. *Haec videbimus.* Ubi vide Cortium. Et Catil. IV. 2. *Quare, P. C. incumbite ad salutem reipublicae; circumspicite omnes procellas, quae impendent.* Nisi providetis! Ovidius, Arte Am. I. 587. *Et sibi mandatis plura* videnda *putat.* — *Ambis.*] Sensus est: Nisi verbis blandis appellas et prensas. Plautus, Amph. 69. *Sive qui* ambissent *palmam histrionibus.* Proprie de nuptiis usurpatur. Virgilius, Aen. IV. 283. *Heu, quid agat? quo nunc reginam* ambire *furentem Audeat affatu?* Vide Servium; qui candidatos honorum *ambitores* esse dictos observat. Atque hinc translata locutio. Est autem *ambire* proprie circumire. Sallustius, Iugurth. 13. *Singulos ex Senatu* ambiundo *nitebantur.*

37. *Me spes haec frustrata est.*] Delusit. Plautus, Amph. II. 2. 200. *Nescio quis praestigiator hanc* frustratur *familiam.* Sallustius, Iugurth. 101. *Ita Iugurtham* spes frustrata.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA TERTIA.

PAMPHILUS. DAVUS.

Pa. **Quíd igitur sibi vólt pater? cur símulat?** ***Da.*** **Ego dicám tibi.**

Quid igitur sibi volt pater?] *Haec scena deliberationem continet Davi et Pamphili.* 1. *Igitur.*] Bene *igitur.* Si enim fal-

1. *Ego dicam tibi.*] Ita solent sapienter quid dicturi. Adelph. IV. 5. 12.

Si id succenseát nunc, quia non dát tibi uxorém Chremes,
Ipsus sibi esse iniúrius videátur: neque id iniúria,
Prius quam tuum, ut sese hábeat, animum ad núptias perspéxerit.
Séd si tu negáris ducere, ibi culpam in te tránsferet. 5
Tum illae turbae fient. *Pa.* **Quidvis pátiar.** *Da.* **Pater est, Pámphile.**

V. 2. Bentl. *det*, ex codd.

---

sae sunt nuptiae, quid cogitat? stomachose etiam hoc dixit, *sibi volt. Virgilius, Quid vult concursus ad amnem?* — 2. *Si id.*] *Id*, ob id, propter id. — 3. *Neque id iniuria.*] Id est, usque adeo iniustus sibi videbitur, ut se iniustitiae ipse condemnet. — 4. *Perspexerit.*] *Perspicere* est ad plenum et perfectum videre. — 6. *Tum illae turbae.*] *Tò illae* ad terrorem retulit. *Quid vis patiar?*] Hoc est, patiarne uxorem ducere? *Quid vis patiar?*] Sunt qui *quidvis*, pro quicquid evenerit, intelligant: quia dixerat, *Adeon' me ignavum putas?* Alii pronuntiant, ut sit sensus, Quid me vis facere? an ut hoc patiar, uxorem mihi dari? *Pater*

---

2. *Si id succenseat.*] Qui a Censore censi inique ferebant, se amplius censos, quam pro facultatibus, proprie *succensere* dicebantur, id est, clanculum recensere. Inde igitur generatim pro subirasci, iniquo animo ferre, stomachari usurpatur. v. Perizon. ad Sanct. Minerv. III. 3. Infra II. 6. 17. Plautus, Persa III. 3. 26. *Iam omitto iratus esse.* id tibi succensui, *Quia te negabas committere argentum mihi.*

3. *Neque id iniuria.*] H. e. Et merito. Supra I. 1. Eun. III. 1. 43. Heaut. III. 3. 20. Plautus, Epid. II. 1. 8. *Neque adeo iniuria.*

4. *Ut sese habeat.*] H. e. Quomodo animus tuus sit affectus erga nuptias. Eun. IV. 2. 6. IV. 7. 30. Locutio frequens de valetudine. Plautus, Pseud. IV. 1. 25. *Optime habet.* Nepos, Dion. 2. *Quaesivit a medicis, quemadmodum* se haberet. Florus, IV. 2. 68. *Bene* se habet *Imperator.* Ubi vero dicit, *ut sese habeat ad nuptias*, Graecam locutionem imitatur, ὅπως ἔχει πρὸς τὸν γάμον. Ita Aelianus, Var. Hist. II. 13. Δεδιότες, ὅπως ποτὲ ἕξουσι πρὸς τὴν κατηγορίαν τοῦ ἀνδρός. H. e. *Ut sese habituri essent ad accusationem viri;* seu, quo animo accusationem viri essent laturi. Sallustius, Iugurth. 45. *Hortatur*, ad cetera, *quae levia sint, patrem* animum *gerant.* — *Culpam in te transferet.*] Ita Eun. II. 3. 96. Plautus, Amph. II. 2. 156. *Ne posterius in me culpam conferas.*

6. *Quidvis patiar.*] Sensus est, q. d. Pamphilus: Transfe-

Difficile est. tum haec sólast mulier. dictum ac factum invénerit
Áliquam causam, quamóbrem eiiciat óppido. *Pa.* Eiiciát? *Da.* Cito.
***Pa.* Cédo igitur, quid fáciam, Dave? *Da.* Díc te ducturum. *Pa.* Hém. *Da.* Quid est?**

V. 8. Bentlei. corr. *Aliquam causam, quamobrem eam oppido eicias. Eiciat? Ac cito.* Alioquin enim *eiiciat* accentum variat.

---

est, Pamphile.] Hoc vultuose pronunciandum est, et mire *pater* dixit: ut ipso nomine videatur habere auctoritatem. et veluti dormitantem et oblitum potestatis paternae, his tribus excitat; *Pater est, Pamphile; difficile est, haec sola est mulier. Pater est.*] A necessario argumentum. — 7. *Difficile est.*] Hoc est resistere, contradicere, Pamphilo difficile, perniciosum Glycerio. *Difficile est.*] Ἀποσιώπησις cum vultu. Deest *resistere. Sola.*] Sine auxilio, ac per hoc deserta. *Sola* autem sine defensoribus propriis. et *sola* et *mulier* dixit. *Dictum ac factum.*] Proverbium celeritatis, id est, cito. *Invenerit.*] Pro, inveniet. Coniunctivo modo pro indicativo usus est: et est honesta locutio. — 8. *Quamobrem eiiciat oppido.*] Callide ad eius periculum se convertit, cui plus amator timet, quam sibi. Ideo vincitur statim. Apparet autem Davum male suadere: qui tum caveat Pamphilo, cum maxime formidat senem. *Oppido.*] Ex civitate. *Eiiciat?*] Miratur, et stupet. *Cito.*] Illo admirante, hic etiam confirmavit. addidit et tempus celeritatis. 9. *Cedo.*] Singularis tantum numeri est: caetera

---

rat sane pater culpam in me; patiar. Fiant turbae istae, patiar id quoque. Ita Eun. I. 2. 97. Cicero, Fam. II. 16. *Nonne tibi affirmavi* quidvis potius me perpessurum, *quam ex Italia ad bellum civile exiturum?*

7. *Sola est.*] H. e. sine amico aut defensore. Eun. I. 2. 67. Adelph. III. 2. 4. — *Dictum ac factum.*] H. e. statim, sine mora. Ita Heaut. V. I. 81. Gr. ἅμα ἔπος, ἅμα ἔργον. Virgilius, Aen. I. 146. eodem sensu: *Sic ait*, et dicto citius *tumida aequora placat.* Homerus, Iliad. T. 242. Αὐτίκ' ἔπειθ' ἅμα μῦθος ἦν, τετέλεστο δὲ ἔργον.

8. *Causam.*] Praetextum. Supra I. 3. 8. Eun. III. 3. 6. V. 6. 30. Heaut. IV. 3. 23. et passim alibi. — *Eiiciat oppido.*] Nimirum edicto magistratuum. Et Graeci ἐκβάλλειν τῆς πόλεως dicunt. Plautus, Asin. I. 3. 9. *Quum tu me, ut meritus sum, non tractas, quae* eiicis domo. Evang. Luc. IV. 29. Ἐξέβαλον αὐτὸν ἔξω τῆς πόλεως. *Eiecerunt illum ex oppido.*

Pa. Egon' dícam? *Da.* Cur non? *Pa.* Núnquam faciam. *Da.* Né nega.
Pa. Suadére noli. *Da.* Ex eá re quid fiát, vide.
Pa. Ut ab ílla excludar, húc concludar. *Da.* Nón ita est.
Nempe hóc sic esse opínor dicturúm patrem:
Ducás volo hodie uxórem. tu, ducam, ínquies.
Cedo, quíd iurgabit técum? hic reddes ómnia,

pluralis, ut *Salve, salvete. Dic te ducturum.*] Pronuncia, *dic:* quasi rem facilem et nullius praeiudicii. *Dic te ducturum.*] Hoc est, quod ab initio nitebatur. — 10. *Egone dicam.*] *Τὸ Ego ἔμφασιν* habet: hoc est, vel quem non oporteat dicere, vel quem non conveniat fallere atque mentiri. *Cur non?*] Non interrogat, sed facilitatem rei ostendit. *Nunquam.*] Plus habet negationis, quam *non.* — 11. *Ex ea re quid fiat vide.*] *Ἀπὸ τῆς ἐμβάσεως.* — 12. *Ut ab illa excludar, huc concludar.*] Mire hanc cum pronomine significat, dicens *ab illa.* Illi nec sexum servavit, ne uxor esse videatur. Et ex ferarum translatione *concludar* dixit, ut alibi, *conclusam hic habeo uxorem saevam. Ut ab illa excludar.*] *Ἐν ὑποκρίσει*: nam aliud infert atque intelligit Davum dicere. — 13. *Nempe hoc sic esse.*] Coniectura atque divinatio, an hoc, an illud venturum sit. *Nempe hoc sic esse opinor.*] Ab imitatione (*μίμησις* enim dicitur) deducitur. *Nempe hoc.*] A possibili. — 15. *Cedo.*] *Cedo* singulariter tantum: caetera pluraliter. *Cedo, quid iurgabit?*] Ab utili. *Hic reddes omnia.*] Hic adverbium loci non est, sed adverbium temporis. ut *Virgilius*: *Hic annis*

---

10. *Nunquam faciam.*] *Ἐμφατικώτερον* est *nunquam* quam *non.* Infra II. 4. 7. IV. 5. 13. Heaut. III. 1. 44. Plautus, Asin. III. 3. 40. *Qui hodie* nunquam *ad vesperum vivam.* Virgilius, Aen. II. 670. Nunquam *omnes hodie moriemur inulti.*

12. *Ut ab illa excludar, huc concludar.*] Vere haec putat Pamphilus. Vide infra III. 5. 15. Amantes autem *excludi* dicebantur, quando amicarum fores offendebant clausas. Eun. I. 1. 4. I. 2. 18. III. 2. 28. *Concludi* dicuntur ferae bestiae, seu cavea, seu retibus in venatione. Eun. IV. 8. 25. Phorm. V. 1. 17. Ubi vide Donatum. Ovidius, Amor. I. 4. 61. *Nocte vir* includet. Plautus, Rud. III. 1. 18. Concludo *in vincla bestiam nequissimam.* [*Huc concludar* i. e. in Philumenae nuptias coniiciar. *Concludi* dicuntur omnes, qui ex difficultatibus expedire se non possunt, quibus exitus non patet. Phorm. V. 1. 17. Hec. IV. 4. 80.]

14. *Ducas volo hodie uxorem.*] Hoc sic dicet Simo infra II. 5. 7.

Quae núnc sunt certa ei cónsilia, incerta út sient,
Sine omní periclo. nam hócce haud dúbiumst, quín Chremes
Tibi nón det gnatam. néc tu ea causa mínueris
Haec, quaé facis; ne is mútet suam senténtiam,
Patrí dic velle: ut, cúm velit, tibi iúre irasci nón queat.
Nam quód tu speras, própulsabo fácile. uxorem his móribus

V. 21. Bentl. ex aliquot codd. et Donato *speres*.

gravis atque animi maturus Alethes. — *Reddes.*] Facies, restitues. — 16. *Incerta ut sient.*] Hic est eventus. — 17. *Sine omni periculo.*] Hoc est, sine ducenda Philumena. — 18. *Nec tu ea causa minueris.*] Hoc est quod supra, *Id mutavit, quoniam me immutatum videt. Nec tu ea causa.*] Quia promiseris te esse ducturum. — 19. *Ne is.*] Chremes scilicet. *Ne is mutet.*] Ad consilium redit, et coniungit eventum. — 20. *Patri dic velle: ut, cum velit.*] Scilicet ne securus, quod non sit Chremes daturus filiam suam, parvi faciat iram patris, et neget uxorem ducere, utpote fretus, neminem alium sibi commissurum coniugem. — 21. *Nam quod tu speres.*] Sunt qui pro *speres, timeas* habeant: ut sit, Nam quod tu timeas, scilicet aliam daturum. *Propulsabo.*] Hoc est, causam inanem esse monstrabo. id est, ostendam nihilominus te esse ducturum aliam uxorem, etiamsi hanc non duxeris. *Propulsabo.*] Eleganter, pro eo quod est *repellam. Uxorem his moribus dabit nemo.*] Ne alteram quaerat. — *His moribus.*] Deest aliquid, ut sit, *his moribus praedito.* — 22. *Inveniet inopem.* Τροφικά, ἐφυτικῶς. Sed nec inopem quaerat. *Inveniet.*] Sunt qui κατ' ἀνθυποφοράν dici putant, *Inveniet ino-*

16. *Certa consilia incerta ut sient.*] Species ὀξυμώρου est. Ita Adelph. V. 4. 3.

18. *Nec tu ea causa minueris haec quae facis.*] H. e. Tu tamen id ages, quod agis; neque spes nuptiarum et Glycerii habendae tibi adimetur. Ita Hec. IV. 3. 10. Plautus, Asin. III. 1. 6. *Hoccine est pietatem colere, matris imperium* minuere?

19. *Is.*] Intelligit ipsum patrem Simonem. Vide Comment. maiorem.

21. *Quod tu speras.*] Vere sperabat Pamphilus, neminem sibi his moribus praedito uxorem daturum. Male igitur hunc locum cepit Donatus. — *Propulsabo.*] Refellam. Proprie autem quaevis molesta, ut hostis, bellum, periculum, propulsari dicuntur. —

Dabĭt némo. inveniet ínopem potius, quám te corrumpí sinat.
Sed sí te aequo animo férre accipiet, négligentem féceris.
Aliam ótiosus quaéret. interea áliquid acciderít boni.
Pa. Ităn' crédis? *Da.* Haud dubium. íd quidem 'st.
Pa. Vide quó me inducas. *Da.* Quín taces? 25

pem. — 23. *Negligentem feceris.*] Hoc est, etiam in paratis nuptiis. — 24. *Aliam otiosus.*] Ex otio, hoc est, securus. — *Interea aliquid boni acciderit.*] Scilicet ne quaerendo inveniat. *Interea aliquid.*] Morem patris adolescenti in delicto pro bono servus ostentat. *Acciderit.*] Et ad causam refertur: et certe quia mortem patris bonum denuntiat. *Acciderit.*] Nota *acciderit* etiam pro bono et ab hoc, et apud veteres frequentatum. — 25. *Haud dubium.*] Plus intulit, quam est interrogatus. *Inducas.*] In eadem translatione permansit, quia supra dixit, *Huc concludar.* Bona *οἰκονομία*, ut mox iuste Davo succenseat Pamphilus. *Quin taces? dicam.*] Cur non securus es? significat iam nunc *tacere*, securum esse, ut in Adelph. *Tace, egomet conveniam Pamphilum*, Et ideo ille, ut consentire dicenti *Quin taces?* videretur: ait, *dicam.* ut scias illum, non silentium, sed securitatem imperasse. *Quin taces?*] Correptio est silentium praecipientis, de eo duntaxat, ne timeat de nuptiis. id est, esto securus. nam tacere securi est. —

His moribus.] Ita morato. Sic Hec. IV. 4. 22. Plautus, Mostell. III. 2. 19. *Atque pol nescio, ut* moribus *sient Vostrae.*

22. *Nemo.*] Venuste *nemo* in fine sententiae ponitur. Ita infra IV. 2. 14. Eun. IV. 4. 13. Hec. I. 2. 114. — *Corrumpi.*] Ita solent de filio vagis amoribus perdito. Adelph. I. 2. 17. Plautus, Bacchid. III. 3. 15. *Non sino, neque equidem illum me vivo* corrumpi sinam. Mulier autem *corrumpi* dicitur, quae a viro suo pellicitur. Heaut. II. 2. 2.

23. *Aequo animo ferre.*] Ita infra V. 4. 18. Adelph. IV. 7. 20. Hec. IV. 4. 63. Phorm. I. 2. 88. Plautus, Mil. IV. 8. 33. *Fer aequo animo.*

24. *Interea aliquid acciderit boni.*] Formula bene sperare alterum iubentis. Ita supra II. 1. 14.

25. *Inducas.*] H. e. consilio tuo impellas. Plautus, Mil. II. 2. 99. Impellamus, *vera ut esse credat, quae mentibitur.* — *Quin taces?*] Particula *quin* iuncta verbo indicativo fortiter iubet. Supra I. 1. 18. II. 2. 9. Infra II. 6. 18. Heaut. IV. 7. 4. Plautus, Merc. II. 4. 26. *Quin taces?*

Pa. Dicám. puerum autem né resciscat mi ésse ex illa, caútio est:
Nam póllicitus sum súscepturum. *Da.* O fácinus audax! *Pa.* Hánc fidem
Sibi, me óbsecravit, quí se sciret nón deserturum, út darem.

V. 28. Bentl. ex cod. Mureti: *sciret non desertum iri, ut darem* quia alioquin ad sententiam *me* desit. Sed hoc usu pervulgari omitti recte potuit.

---

26. *Puerum autem.*] Videtur hoc illi contrarium esse, quod dixit, *Quidquid peperisset, decreverunt tollere.* Sic ergo solvitur. Quod ibi servus cum stomacho dixit, hic tantum Pamphilum verecunde locutum accipimus. — *Puerum autem ne resciscat.*] Aut divinat, aut *puerum* pro quolibet sexu, sobolem, hoc est, foetum: ut, *Quicquid peperisset, decreverunt tollere.* ut Graeci pueros παῖδας Homerus: Πρίαμος Πριάμοιό τε παῖδες. Et *Horatius: Dicam et Alciden, puerosque Ledae.* — *Cautio est.*] Cautione opus est, hoc est, cavendum est. — 27. *Nam pollicitus sum.*] *Promissio* et *pollicitatio* eandem vim habent: sed *pollicitatio* maioris asseverationis est. *Hanc fidem.*] Ordo est: *ut hanc fidem sibi darem, me obsecravit,*

---

26. *Puerum mihi esse ex illa.*] Credit igitur se iam patrem factum, memor verborum Mysidis, supra I. 5. 33. Paret autem Glycerium demum infra III. 1. 15. Dixit autem *puerum*, licet quid vel natum, vel nasciturum esset, filiusne an filia, ignoraret. De utroque enim sexu veteribus *puer* est dictus. Naevius: *Prima incedis Ceteris Proserpina* puer. Livius, Odyssea: *Sancta* puer, *Saturni filia, regina.* Cicero, Att. XVI. 11. *Atticae, quoniam, quod optimum* in pueris *est, hilarula est, meis verbis des suavium.* — *Cautio est.*] H. e. cavendum est. Graecissans locutio, ubi verbalia pro gerundiis usurpantur. Adelph. III. 4. 57. Plautus, Bacchid. IV. 2. 15. *Quum ego huius verba interpretor, mihi* cautio est, *Ne nucifrangibula excussis ex malis meis.* Cicero, Lael. 21. *Una* cautio est, *atque una provisio, ut ne.*

27. *Pollicitus sum suscepturum.*] Confer supra I. 3. 34. et infra III. 1. 6. [De omisso *me* ne dubites, v. Drakenb. ad Liv. I. 23, 5. Cort. ad Sall. Cat. 31, 7. ad Plin. Epist. I. 19. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 42. Ruddimann. Institutt. T. II. p. 12. ed. Lips. Görenz. ad Cicero Legg. III. 19, 13. Academ. II. 5. De Fin. II. 16, 53. Gernhard. ad Offic. III. 27. Wernsdorf. ad Orat. Phil. I. 12, 93.] — *O facinus audax.*] Ita Eun. IV. 3. 2. Phorm. I. 3. 4. et II. 1. 3. Plautus, Aul. III. 4. 1. *Di immortales! facinus audax incipis.*

Da. Curábitur. sed páter adest: cave, te ésse tristem séntiat.

qui se sciret non deserturum. — 29. *Curabitur.*] Non *curabo*, sed impersonaliter, cum difficultate: quod quasi arduum esset, et grave,

29. *Tristem.*] Vide infra V. 2. 16.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA QUARTA.

SIMO. DAVUS. PAMPHILUS.

Si. Revíso quid agant, aút quid captent cónsili.
Da. Hic núnc non dubitat, quín te ducturúm neges.

V. 1. Bentl. corr. *Reviso quid agant, quidve cáptent c.* Vulgo erat *consilii.*

Reviso.] *Haec Scena nodum iniicit fabulae, et periculum comicum. Facit etiam executionem consiliorum.* — 1. *Reviso quid agant, aut quid captent consilii.*] *Quid agant*, auribus opus est: πρὸς τὸ *quid captent consilii*, prudentia et sagacitate. et quod supra dixit, non poenituit idem repetere, *observes filium, quid agat, quid consilii cum illo captet.* Quod enim prudenter dictum fuerit, non piget repetere. Actio tamen ex his tribus consistit, cogitatione, dicendo, gerendo. — *Reviso.*] Redeo ut videam. *Quid agant.*] Quid respondeant, quid dicant. — 2. *Hic nunc non dubitat.*] Non dixit *senex*, aut *pater*: sed *hic*, cum odio, quo-

1. *Quid agant.*] Nimirum Pamphilus et Davus. — *Quid captent consili.*] Ita supra I. 1. 43. Plautus, Asin. II. 2. 91. Quid *nunc* consilii captandum *censes?*

2. *Hic.*] Ita per contemtum de hero suo non audiente loquitur. Ita mox II. 6. 1. et Adelph. IV. 2. 14.

Venit meditatus álicunde, ex soló loco.
Orátionem spérat invenísse se,
Qui differat te. proín tu fac, apud te út sies.

V. 5. Bentl. *Qua differat.* Non opus. Veteres enim *qui* pro *qua* dixerunt.

---

nam animo adverso loquitur. — 3. *Venit meditatus alicunde.*] Terror obiurgaturi patris hortatio est ad promittendum Pamphílo, quod iubetur. *Ex solo loco. Orationem sperat invenisse se.*] *Solo*, deserto, ubi meditari facilius possit. — *Et orationem* dixit, quod quasi ad plenum cogitari potuisset, quippe *meditatus ex solo loco. Menander*, εὐφτικὴν εἶναί φασι τὴν ἐρημίαν οἱ τὰς ὄψεις αἴροντες. — 5. *Qua differat.*] Disturbet, et in diversum ferat. *Virgil.* ---- *atque arida differt Nubila.* Et in Adelphis, *Miseram me! differor doloribus.* hoc est, in diversum rapit, dissipat. *Apud te ut sies.*] Non, ne timeat, cavet Davus, sed ne amore a consilio suo alienetur Pamphilus. *Apud te sies.*] Praeparatus

---

3. *Meditatus.*] *Meditari*, μελετᾶν, proprie est versus pangere. Virgilius, Ecl. I. 2. *Silvestrem tenuí Musam* meditaris *avena.* Ubi vide interpretes. Hinc transfertur ad quascunque res animi, quibus seu intelligendis, seu agendis nos paramus. Adelph. II. 1. 12. Phorm. II. I. 12. Plautus, Bacchid. III. 2. 1. *Multis modis* meditatus *egomet mecum sum, et ita esse arbitror.* [*Venit meditatus* i. e. instructus oratione, quam meditatus est. Similis formula est *venis paratus* V. 4. 6. Vid. quae annotavimus ad Rut. Lup. II. p. 86.] — *Ex solo loco.*] H. e. solitario. Phorm. V. 7. 85. Plautus, Rud. I. 4. 8. *Neque magis* solae *terrae sunt, quam haec loca, atque hae regiones.* Aul. IV. 6. 7. Virgilius, Ecl. X. 14. Sola *sub rupe iacentem.* Georg. IV. 465. Solo *in littore.* [Laudat Ruhnkenius Lambin. ad Lucret. IV. 577. Heins. ad Ovid. Epist. X. 129. Drakenb. ad Sil. Ital. III. 429.]

4. *Differat.*] H. e. ita perturbet, ut vix consilium mente consistere queat. Quod praemetuens Davus addit, *proin tu fac, apud te ut sies.* Proprie *differri* res dicitur, quae quum antea esset coniuncta, in partes diversas agitur et dissipatur. De classe Velleius Paterc. II. 79. *Vis Africi laceravit ac* distulit. Plautus, Rud. II. 3. 36. *Nos cum scapha tempestas dextrovorsum* Differt *ab illis.* Quo sensu et rumores *differri*, id est, dissipari dicuntur. Heaut. Prol. 16. Sed et mulier parturiens dicitur *differri* doloribus. Adelph. III. 5. 40. Demum ad animum conturbatum transfertur. Plautus, Truc. IV. 1. 3. *Di magni! ut ego laetus sum, et laetitia* differor. H. e. Nescio ubi sim; certe non sum apud me, prae laetitia. — *Fac, apud te ut sies.*] Ita infra V. 4. 34. Hec. IV. 4. 85. Phorm. I. 4. 27. Plautus, Mil. IV. 8. 36. *Perii! sumne ego apud me?*

Pa. Modo ūt póssim, Dave. **Da.** Créde, inquam, hoc mihi, Pámphile,
Nunquam hódie tecum cómmutaturúm patrem
Unum ésse verbum, sí te dices dúcere.

sis. cui contrarium est, *Non sum apud me.* — 6. *Modo ut possim.*] *Ut*, pro ne non. *Modo ut possim.*] A possibili, Possim apud me esse. — 7. *Nunquam hodie.*] Ab utili eventu. *Nunquam*, plus asseverationis habet, quam *non.* ut *Virgilius*, *Nunquam omnes hodie moriemur inulti.* — *Commutaturum patrem.*] Iurgium; hoc est enim *verba commutare.* *Commutaturum verbum.*] Altercaturum. Sic in Phormione, *Tria non commutabitis verba inter vos hodie*, hoc est, dabitis atque accipietis, id est, iurgabitis. Ego puto *commutare verba* hoc esse, pro bonis dictis mala ingerere: hoc est, iracundia in maledicta compelli. —

---

6. *Modo ut possim.*] Comicum videtur *modo ut.* Ita Phorm. I. 2. 9. V. 2. 8. Plautus, Asin. II. 2. 8. *Aetatem velim servire*, *Libanum* ut *inveniam* modo. [Etiam Ciceronianum est. V. Manut. ad Epist. Fam. VII. 1.]

7. *Tecum commutaturum patrem unum esse verbum.*] Ita et Phorm. IV. 3. 33. Integra locutio videtur esse, *verba commutare verbis.* Gellius, XVII. 2. ex Q. Claudii Annalium primo: *Putabant, eos qui foris atque in arce erant*, inter se commutationes *et consilia* facere. Ad quae verba ipse Gellius haec notat: „Commutationes, id est, collationes, communicationesque inusitate dixit, sed non hercle inscite, nec ineleganter.“ Forte igitur *verba commutare cum aliquo* olim simpliciter dictum pro sermones conferre; demum pro iurgare, mutuisque verbis et conviciis incessere. Eadem locutione Germani utuntur.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA QUINTA.

BYRRHIA. SIMO. DAVUS. PAMPHILUS.

By. Herus mé, relictis rébus, iussit Pámphilum
Hodie óbservare, ut, quíd ageret de núptiis,
Scirem. íd propterea núnc hunc venientém sequor.

Vers. 2. Bentl. *Hodie observarem, quid ageret* etc. Proximum versum *Scirem — sequor* censuit esse suppositítium.

Herus me relictis rebus.] *Vide quam mire, quum omnes consulto consilio sibi agere videantur, tamen omnes rerum exitu inopinato ludificántur, et Simo, et Davus, et Pamphilus, et Charinus, et ipse Byrrhia.* — 1. *Herus me relictis.*] Ad hoc venit Byrrhia, ut in errorem conciliet Charinum. et in hac scena quatuor personae sine implicatione intellectus loquuntur. *Herus me relictis rebus.*] Imponitur manus rebus, cum perficitur id quod coeperis. ut *Virgilius, Imponit regina manum.* Relinquuntur vero res, cum imperfectae relinquuntur. Item *Virgilius, Atque opere in medio defixa reliquit arastra.* — *Relictis rebus.*] Adeo praeposuit hoc negotii rebus omnibus. — 2. *Hodie observare.*] Observatio duplex est, vel captionis, vel obsequii. — 3. *Id propterea.*] Necesse est aut

1. *Relictis rebus.*] Quae cum cura facimus, *relictis rebus* et *relictis rebus omnibus* facere dicimur. Eun. I. 2. 85. Heaut. IV. 7. 12. Plautus, Stich. II. 2. 38. Res omnes relictas *habeo, prae quod tu velis.* Epid. IV. 2. 35. *Ego* relictis rebus, *Epidicum quaerendo operam dabo. Relinqui* autem proprie dicuntur res imperfectae. Ovidius, Metam. VI. 201. *Ite sacris, properate sacris; laurumque capillis Ponite. deponunt, infectaque sacra* relinquunt.

2. *Quid ageret de nuptiis.*] Ita Plautus, Truc. IV. 4. 8. *Nihil ego nunc de istac re ago.* [*Iussit Pamphilum* e. q. s. Bentleius de coniectura sic legit: *iussit Pamphilum hodie observarem quid ageret de nuptiis* et sequentem versum ut spurium delet. Burmann. ad Sueton. Vespas. c. 23. Bentleianis inventis contradicit et constructionem *me iussit observarem* scabiem vocat; sed Gesnerus defendit et construendi rationem explicat in Thes. L. L. v. *iubeo.*]

3. *Hunc.*] Intelligit Simonem.

Ipsum ádeo praesto vídeo cum Davo. hóc agam.
Si. Utrúmque adesse vídeo. *Da.* Hem, serva. *Si.* Pámphile.
Da. Quasi de improviso réspice ad eum. *Pa.* Ehém, pater.
Da. Probe. *Si.* Hódie uxorem dúcas, ut dixí, volo.
By. Nunc nóstrae timeo párti, quid hic respóndeat.
Pa. Neque istíc, neque alibi tíbi usquam erit iní mé mora. *By.* Hem.
Da. Obmútuit. *By.* Quid díxit? *Si.* Facis ut té decet,
Quum istúc, quod postulo, ímpetro cum grátia.

alterum esse supervacuum, aut *propterea* post accipiendum. — 4. *Hoc agam.*] In gestu est: nam est figura corporis, observantis quid agatur. — 5. *Utrumque.*] Et Davum et Pamphilum. — 6. *Quasi de improviso respice.*] Interest eius qui repente aspexerit: nam videbitur nihil dolose locuturus: ut, *Magnam respexit ad urbem. De improviso.*] Scilicet, ne meditata intelligat eum habuisse consilia. — 7. *Hodie uxorem ducas, ut dixi, volo.*] *Nolo* et *volo*, nimis imperiosa et superba dictio est. ut alibi, *Pisces caeteros pugna, Dromo. Congrum istum maximum in aqua sinito ludere Paulisper. ubi ego venero, exossabitur: Prius nolo.* — 9. *Usquam erit in me mora.*] Recusantis est magis, quam non volentis; consensio segnis ac tepida, si penitus consideres. *Hem.*] Perculsus hoc dicto Byrrhia, interiectione magis, quam verbo exclamavit. — 10. *Quid dixit?*] Nota hic Byrrhiae personam quartam, sed non admixtam. — 11. *Quum istuc, quod postulo, impetro.*] Nimis obsequenter locutus est pater. Et *postulo* pro iubeo: et *impetro* pro extorqueo. *Postulo*, iuste volo. Petimus enim precario: Poscimus imperiose: Postulamus iure. *Impetro*, pro, cum

4. *Hoc agam.*] Vide supra I. 2. 15.

5. *Hem, serva.*] Vox est ab augurio desumta. Vult igitur Davus, Pamphilum et vultum et gestus et sua mússitantis verba observare, ne quid titubet et differatur seu turbetur a patre. Ita Adelph. II. 1. 16. [*Serva* i. e. observa, quae tibi mandavi, ut apud te *sis.*]

6. *De improviso.*] Idem *improviso* et *ex improviso* dicitur. Plautus, Asin. II. 2. 47. *Tantum adest boni.* improviso. Rud. IV. 2. 5. ex improviso *filiam inveni meam.*

9. *Tibi erit in me mora.*] Ita Plautus, Curc. III. 90. *Cave, in te sit mihi mora.*

11. *Impetro cum gratia.*] H. e. Sponte et lubens facis, quod

Da. Sum vérus? *By.* Herus, quantum audio, uxore excidit.
Si. I nunc iam intro: ne in mora, cum opus sit, sies.
Pa. Eó. *By.* Nullane in re ésse homini cuiquám fidem!

Vers. 14. Beml. ex cod. Petrensi mavult *cuiquam homini*, ne ictus in medio versu ultimam in *homini* ferat.

impetrem. — 12. *Sum verus?*] Id est veridicus: ut *falsus*, pro falsidicus. *Uxore excidit.*] *Cadere spe* dicuntur, qui levati animo, a summo ad inferiora labuntur. *Uxore*, hoc est, matrimonio ac nuptiis. *Uxore excidit.*] Quod Graeci dicunt: ἐξέπεσεν καὶ ἀπέστρεφεν. — 14. *Nullane in re esse homini cuiquam fidem!*] Non, in nullis terris, sed neque in terris, neque in persona. ut *Virgil.*

volo. Παράλληλα sunt Adelph. III. 5. 44. Phorm. 3. 2. Impetramus autem *cum gratia* id quod continuo et simulatque petimus ex animo nobis datur. Qui aliter faciunt, de iis Seneca, Benef. I. 1. *Ita* gratiam *omnem corrumpimus, non tantum postquam dedimus beneficia, sed dum damus.* Vide Heaut. II. 3. 21. [*Cum gratia* i. e. ut non invitus sed lubens facias. Liv. XXIX. 1. 9. *Cum bona gratia* est Phorm. IV. 3. 16. Sic in Leg. 32. §. 11. Pand. de don. inter vir. et ux. *matrimonium bona gratia dissolutum* dicitur, quod consensu mutuo sine alterius ex coniugibus querela solutum est.]

12. *Sum verus?*] Haec si cum interrogatione legantur, aversus ad spectatores locutus est Davus, q. d. *Sumne verus?* h. e. dixine, ita futurum esse? Vates autem dicebatur *verus*, quoties eventus responderet dictis. Ovidius, Heroid. XVI. 123. Vera *fuit vates.* Metam. III. 209. *Talia dum* vero *memorantur Apollinis ore.* Sed et simpliciter verum dicens *verus* est. Plautus, Mil. IV. 8. 59. *Dicent te mendacem, nec* verum *esse, fide nulla esse te.* — *Uxore excidit*] Et quae perdimus, et quae non impetramus, iis *excidere* dicimur. Plautus, Menaechm. IV. 2. 104. *Ex hac familia me plane* excidisse *intelligo.* Ovidius, Metam. II. 328. *Quem si non tenuit, magis tamen* excidit *ausis.* Quod autem Lucilius dixit, *Egoque ab Archilocho excido*, id Nonius interpretatur, *dissentio.* [Sic apud ICtos *excidere formula* est perdere actionem vel ius cum aliquo agendi in iure. Sueton. Claud. c. 14. et Gronov. ad Seneca Epist. 122.]

13. *Ne in mora sies.*] Dicitur quis *esse in mora*, et mora esse in aliquo. Prioris locutionis exempla sunt infra III. 1. 9. et Adelph. III. 2. 59. Plautus, Trin. II. 2. 2. *Impera, quod vis; neque* tibi ero in mora, *neque latebrose me abs tuo Conspectu occultabo.* Posterioris And. I. 1. 139. Adelph. IV. 7. 1. Virgilius, Ecl. III. 52. *Quin age, si quid habes*, in me mora *non* erit *ulla.*

14. *Nullane in re esse homini cuiquam fidem!*] De

Verum illud verbum'st, vulgo quod dici solet,
Omnes sibi malle melius esse, quam alteri.
Ego illam vidi virginem, formá! bona
Memini videre. quo aequior sum Pamphilo,

Vers. 16. corrigit: *Omnes sibi esse bene mavelle, quam alteri:* quia *melius esse* hoc sensu non dicatur, et *malle melius* quasi duplex sit comparativus.

V. 17. Bentl. corr. *Ego, cum illam vidi, virginem forma bona Memini videre.*

Nusquam tuta fides. Cum in amore fracta esset ab eo, *Quem subiisse humeris confectum aetate parentem Audierat.* Alibi *Terentius, Cuius tu fidem in pecunia perspexeris, Verere ei verba credere? ubi quid mihi lucri est Te fallere?* — 15. *Illud verbum.*] Id est, proverbium et sententia. et sic veteres *verbum* pro sententia. — 16. *Omnes sibi melius.*] Sic alibi, *Proximus sum egomet mihi.* — 17. *Ego illam vidi.*] Hic corrigitur a poëta, quod per iracundiam dixit Pamphilus, *Aliquid monstri alunt. Forma, bona.*] Distinguitur. — 18. *Memini videre.*] Aut, memor sum me vidisse, aut, *memini videre*, hoc est, intelligo, scio; aut, memini quod viderim. *Memini videre*, pro, vidisse. *Ennius: Memini me tum fieri pavidum.* Alibi sic, *Memini videre, non probare. Quo aequior.*] Hoc est, quare aequior Pamphilo, benevolentior, non iratus, vel mi-

---

constructione vide supra I. 5. 10. Idem Didonem querentem facit Virgilius, Aen, IV. 373. *Nusquam tuta fides.* Propertius, II. Eleg. XXV. 3. *Expertus dico: Nemo est in amore fidelis.*

15. *Verum illud verbum est.*] Quasi formulae speciem habet. Ita Eun. IV. 5. 6. Plautus, Merc. IV. 4. 31. *Nunc ego* verum illud verbum esse *experior vetus.*

16. *Omnes sibi malle melius esse, quam alteri.*] Hunc locum respexisse videtur Cicero, Off. III. 5. Sibi *ut quisque* malit, *quod ad usum vitae pertineat*, quam alteri *adquirere, concessum est, non repugnante natura.* Hegias apud Suidam: Ἑκάστῳ γὰρ εἶναι τὴν ἔφεσιν τοῦ ἀγαθοῦ πρὸς ἑαυτὸν μᾶλλον ἢ πρὸς ἕτερον. Hoc est: *Quemque sibi ipsi magis optare bonum quam alteri.* In eandem sententiam dixit Menander: Φιλεῖ δ' ἑαυτοῦ πλεῖον οὐδεὶς οὐδένα. H. e. *Nemo quemquam se ipso magis diligit.* Euripides Medea: Ὡς πᾶς τις αὑτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ. H. e. *Ut quisque semet magis, quam propinquum amat.* Plautus, Truc. II. 2. 71. *Quandoquidem nec tibi bene esse potes pati, nec alteri.*

17. *Forma.*] Ita supra de Glycerio I. 1. 90.

18. *Memini videre.*] Verbum *memini* eleganter iungitur infinitivo praesenti. Ita Phorm. I. 2. 24. Cicero, Verr. IV. 4. Memini

Si se illam in somnis, quam illum, amplecti máluit.
Renúntiabo, ut pro hóc malo mihi dét malum. 20

nus iniquus. — 19. *In somnis.*] Per noctem. ut *Virgil. Libra die somnique pares ubi fecerit horas.* Plautus, *Miris modis ludos faciunt hominibus, Mirisque exemplis omnia in somnis.* Alii *insomnis*, vigilans; sed melius per noctem. *Quam illum amplexa.*] Dicit nunc quod vulgo dicitur, *cum illa manere, cum illa dormire.*

Pamphilum Lilybaeum mihi narrare. Virgilius, Ecl. I. 17. *De coelo tactas* memini praedicere *quercus.* Valet autem *videre* idem quod *vidisse*; teste Servio ad Virg. Georg. IV. 127. — *Qua aequior sum Pamphilo.*] H. e. Quó magis faveo. Horatius, Serm. II. 1. 70. *Scilicet uni* aequus *virtuti, atque eius amicis.* Ovidius, Trist I. 2. 6. Aequa *Venus Teucris, Pallas* iniqua *fuit.* Donatus autem *Quo* recte explicat per *quare*, h. e. propter quod. Sallustius, Catil. I. Quo *mihi rectius videtur, ingenii, quam virium opibus gloriam quaerere.* Ubi vide, quae Cortius notavit. [Plura Manutius ad Cicer. ad Divers. V. 12. quem laudat Ruhnken.]

19. *Si se illam.*] Ambiguus verborum ordo et sensus. Vel: *Si maluit, se amplecti illam in somnis, quam illum.* Ita Plautus, Pseud. I. 3. 58. *Pietatem ergo istam amplexator noctu, pro Phoenicio.* Vel: *Si maluit, illam amplecti se in somnis, quam illum.* Ita Catullus, XI. 17. *Cum suis vivat, valeatque moechis, Quos simul complexa tenet trecentos.* [*Amplecti.* Honesto vocabulo rem veneream exprimit. Ovid. Met. IV. 184. *In mediis ambo deprensi amplexibus haerent.* Petron. c. 126. Drakenb. ad Sil. Ital. XI. 399.]

20. *Renuntiabo.*] Proprie *renuntiare* est eorum, qui missi redeunt, referuntque quid actum sit. Ita Heaut. IV. 4. 5. et IV. 8. 9. Sic legati *perferunt legationem*, quando mandata exsequuntur apud eos, ad quos missi erant; *renuntiant legationem*, quum, quid actum sit, referunt; ut observat Cl. Burmannus ad Quinctil. Instit. Orat. VIII. 4. p. 634. Missus autem erat Byrrhia abs hero Charino, sciscitatum, quid Pamphilus de nuptiis ageret; idque nunc renuntiabit. — *Ut pro hoc malo mihi det malum.*] Speraverat servus, se pro laeto nuncio munus accepturum ab hero Charino, sed quum res aliter cecidisset, praeter exspectationem *pro malo malum* sibi auguratur. [*Malum* i. e. poena, ut verbera etc. Eun. IV. 4. 45. *non potest sine malo fateri.* Liv. IV. 49. *sicut servis malum minantem militibus.* Gronov. ad Senec. de Ira I. 16.]

ACTUS SECUNDUS.

SCENA SEXTA.

DAVUS. SIMO.

Da. Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam,
Portare, et ea me hic restitisse gratia.
Si. Quid Davus narrat? *Da.* Aeque quidquam nunc quidem.

Vers. 3. Bentl. *Quid, Dave, narrat.* sc. Pamphilus. Conjecerat Palmer. Spicileg. p. 823. ed. Gruter. Deinde vir doctus in Actis Eruditor. Lips. ann. 1726. p. 256. coni. *aeque quidquam nec quidquam*, ruente metro. Schopen. l. c. p. 23. mavult: *aegre quidquam nunc quidem.*

Hic nunc me credit.] *Haec scena dolos continet utriusque personae, quibus utraque, capit et capitur miro modo.* — 1. *Hic nunc me credit aliquam sibi fallaciam.*] Davus ita videtur loqui, ut nullus spectator audiat: sed, hoc ait, ut velit audiri a sene. — 2. *Gratia.*] *Gratia* veteres pro *causa* ponebant. — 3. *Quid Davus narrat.*] Videtur illi blandius locutus esse. *Aeque quidquam nunc quidem.*] Bene *nunc quidem*: similiter nunc nihil, ut paulo ante, cum dixit, *Id populus curat scilicet! Aeque quid-*

1. *Hic.*] Ita per contemtum solebant servi de hero vel absente, vel non audiente loqui. Ita supra II. 4. 2. Adelph. IV. 2. 14. — *Aliquam sibi fallaciam portare.*] Ita infra III. 1. 13.

2. *Restitisse.*] Post discessum Pamphili et Byrrhiae mansisse in scena.

3. *Aeque quidquam nunc quidem.*] Haec cum gestu pronunciasse videtur Davus, seu floccum vestis ostendens, seu digitis crepitans. q. d. *Aeque quidquam nunc quidem narro, atque Hoc narrare est.* Dicturus enim erat, se *Nihil* narrare. Atque ita verba servi cepit Simo. [*Aeque quicquam nunc quidem* i. e. nihil. Sic explicandum esse contextus docet. Est autem elliptica loquendi formula, quam ita supplet Perizon. ad Sanct. Min. 1. 13. p. 91. *Nunc quidem aeque quicquam narro ac narro tunc, cum nihil narro.*]

Si. Nihilne? hém. *Da.* Nihil prorsus. *Si.* Átqui exspectabám quidem.
Da. Praetér spem evenit: séntio: hoc male habét virum.
Si. Potin' és mihi verum dícere? *Da.* Nihil fácilius.
Si. Num illí molestae quídpiam hae sunt núptiae,
Propter húius [ce] hospitái consuetúdinem?

V. 6. Bentleius, ne prima anapaesti syllaba Simonis, duae alterae Davi sint, versum sic refingit: — *dícere? Dav. Ego? nil facílius.*

V. 8. Bentl. *Propter hóspitaï huiúsce consuetudinem.* Nam *ce* paragogicum retrahit accentum, ut male vulgo *húiusce* legatur. Pro v. *hospitae* metrum *hospitai* requirit.

---

quam nunc quidem.] Hoc est, nihil. — 4. *Nihil ne? hem.*] *Hem* interiectio est irati, adversum eum, qui neget se aliquid locutum esse. simul quid sit *aeque quidquam nunc quidem*, senex explicat, cum ait, *Nihilne?* Et est εὐφημισμὸς antiquorum, pro *nihil. Nihil prorsus.*] Id est, neque prorsus. *Nihil prorsus* dicitur, in quo nulla est ambiguitas. Et est confirmatio negantis. *Atqui exspectabam quidem.*] *Exspectamus* tam bona, quam mala: *speramus* bona. — 5. *Praeter spem evenit.*] *Praeter*, pro contra, ut, *Praeter aetatem tuam. Hoc male habet virum.*] Εἰρωνικῶς *virum* dixit defessum senem. modo enim *virum* ioculariter dixit. *Virum.*] Ad vituperationem cum ironia: ad laudem vero sine ironia. — 6. *Potin' es verum.*] Integrum, *potisne*, id est, potes, ut *Virgilius*, *Nec potis Ionios fluctus aequare sequendo.* Et deest illi *es.* Est enim nomen *potis*: et facit, *potis, potior, potissimus.* — 7. *Num illi molestiae quidpiam.*] *Quidpiam* significationem minimae rei habet. — 8. *Propter huiusce hospi-*

---

4. *Praeter spem evenit.*] H. e. aliter atque exspectarat. Plautus, Rud. II. 3. 69. *Nam multa* praeter spem *scio multis bona* evenisse. Cicero, Fam. XI. 14. *Nihil tam* praeter spem *unquam.* — *Hoc male habet virum.*] H. e. angit, excruciat. Infra V. 4. 37. Hec. IV. 2. 30. Sed et homo sese excrucians *male se habere* dicitur. Eun. IV. 2. 6.

6. *Potin' es mihi verum dicere?*] Gr. τὰ ἀληθῆ λέγειν. Ita infra IV. 2. 25. Eun. I. 2. 23. Heaut. III. 1. 81. Adelph. IV. 3. 18. Hec. V. 1. 9. Phorm. III. 3. 12. Plautus, Mostell. I. 3. 24. *Ego verum amo*: verum *volo* dici *mihi: mendacem odi.* Insolentius autem dixit Favorinus apud Gell. XVIII. 7. *Veritates dicere.* Iure porro de Davi veracitate dubitare videtur Simo. Vide infra III. 2. 25.

8. *Hospitae.*] Ita *Hospitae* dixit, uti *Andria*, suppresso no-

Da. Nihil hércle. aut, si adeo, bídui est aut trídui
Haec sóllicitudo. nóstin'? deinde désinet.
Etenim ípsus [secum] eam rem récta reputavít via.
Si. Laudó. *Da.* Dum licitum est éi, dumque aetás tulit,
Amávit: tum id clam: cávit, ne unquam infámiae

Vers. 10. Bentl. *nosti*?

V. 11. *Secum* quia incertam in codd. sedem habet, metri causa delevit Bentl.

---

tae consuetudinem.] Haec omnia pronominibus bene mollita sunt; etenim atrocia sunt, si cum suis nominibus nuda ponantur. Et *huiusce hospitae*, non *meretricis*: et *consuetudinem*, non *amorem* dixit. ita omnia extenuat, ut Davus audeat confiteri. — 9. *Aut, si adeo, bidui est aut tridui.*] Bene, *aut si adeo*: ne, si omnino negaret, *cur igitur tristis est ille*? diceret. — 10. *Sollicitudo.*] Propter turbationem. *Nostin'?.*] In significationem multorum, quae compendio facimus, *Nostin* dicimus. [cf. Eunuch. III. 1, 15.] — 11. *Recta reputavit via.*] *Reputavit*, retractavit: quia *putare*, purgare est. unde et *arbores*, et *vites puture* dicimus. *Via.*] Consilio, ratione. — 12. *Laudo.*] Senex inducitur, et credit. *Dum licitum est.*] Deest, *per te*: hoc est, dum tu permisisti. Et mire hic utitur verbis senis. ipse enim supra dixit, *Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum. Dum licitum est illi.*] Sic veteres et *placitum*, et *puditum* dicebant: quae nos, *placuit, puduit. Dumque aetas tulit.*] Dum esset aetas immatura nuptiis. *Tulit*, duo significat; attulit, et abstulit; passus est, et pertulit. — 13. *Tum id clam.*] Bene *clam*, quia

---

mine. Supra I. 1. 46. et alibi. Cicero, Att. V. 1. narrat verba Pomponiae, Q. Ciceronis uxoris: *Ego hic sum* hospita. — *Consuetudinem.*] Supra I. 1. 83. I. 5. 44.

9. *Bidui aut tridui.*] Ita Cicero, Fam. XV. 16. *Si iam biennium aut triennium est, cum virtuti nuncium remisisti.* Idem, Mil. 9. *Respondis*, triduo *illum, ad summum* quatriduo *perieurum.*

11. *Secum eam rem recta reputavit via.*] Comicum est, *putare rem*, et Terentianum. Adelph. V. 3. 10. Phorm. IV. 5. 6. Et, *secum reputare.* Eun. III. 5. 44. Plautus, Cas. III. 2. 25. *Cum eam mecum rationem puto.* Dixit autem *recta via* uti Heaut. IV. 3. 28. Phorm. II. 1. 80. et Plautus passim. Denique *via* h. l. modum notat; ut sit, recto modo, ratione, pacto. Ita infra IV. 1. 47. Eun. II. 2. 16.

12. *Dum licitum est.*] Loquitur Davus ex corrupto iuventutis Atticae more. Ita supra I. 2. 18.

13. *Clam.*] Non quidem *clam* patrem Simonem, sed alios, ne

Ea rés sibi esset, ut virum fortém decet.
Nunc úxore opus est: ánimum ad uxorem ádpulit.
Si. Subtristis visus est ésse aliquantulúm mihi.
Da. Nihil própter hanc [rem]: sed ést, quod succen-
sét tibi.

V. 16. Bentl. *aliquantillum*, ut vitetur trochaeus. Sed v. Schopen p. 8.

V. 17. Bentl. delet *rem*, ut *propter hanc* sit *propter hanc hospitam, Glycerium.*

---

nunc liquido apparet, Pamphilum voluntatem propositumque mutasse. — *Cavit, ne unquam infamiae ea res sibi esset.*] Mire utitur senis verbis. ipse enim supra dixerat, *Dum tempus ad eam rem tulit, sivi, animum ut expleret suum.* — 15. *Nunc uxore opus est.*] Quasi denuntiatio est quaedam necessitatis seni impositae. *Animum ad uxorem adpulit.*] Et bene *adpulit*, quasi ab iactatione fluctuum, et marini aestus. has enim tempestates habet amor. Et sic dixit, *Ad uxorem animum adpulit*, ut supra, *Animum ad scribendum adpulit.* — 16. *Subtristis visus est.*] *Sub*, temperamentum est planae pronuntiationis: ut, *subtristis, subridet*, non ad plenum tristis aut ridet: ut confessionem eliceret. *Subtristis visus est aliquantulum mihi.*] Mire servatum est in adolescente libero τὸ κρίσιον, et in amatore τὸ παθανόν. Nam et honesto iuveni non congruebat versipellis vultus: et in amatore absurdum fuerat, ingenium celare tristitiam. Itaque nec ad plenum tristis fuit, quia dixit *celanda res erat*: nec gaudium fuerat, quia ingenium et amoris necessitas in tristitiam retrahebat. — 17. *Sed est, quod succenset tibi.*] Quod ille a summo ad imum opposuit, hic causae derivationem

---

vagi amores publice cogniti infamiae sibi patriquae essent. Heaut. V. 4. 14. Plautus, Curc. I. 1. 28. *Ita tuum conferto amare semper, si sapis, Ne id, quod ames, populus si sciat, tibi sit probro.* Idem amicam docet Ovidius, Amor. III. 14. 7. *Quis furor est, quae nocte latent, sub luce fateri? Et quae clam facias, facta referre palam?*

14. *Virum fortem.*] Bonum et honestum. Phorm. II. 2. 10. Plautus, Trin. V. 2. 9. *Eum sororem despondisse suam in tam* fortem *familiam.* Cicero, Fam. VI. 9. *Nam et patre eius, claro homine, et* forti viro, *plurimum usi sumus.* [Veteres, ut Festus auctor est, *fortem* dicebant frugi et bonum, ubi vid. Scaliger. Phorm. II. 2. 10. *O vir fortis atque amicus.* Plaut. Trin. V. 2. 9. *Sororem despondisse in tam fortem familiam.*]

15. *Animum ad uxorem adpulit.*] Vide supra, Prol. 1.

16. *Subtristis aliquantulum.*] Eodem sensu Vopiscus in Aurel. 34. dixit, *Senatus aliquantulo tristior.*

Si. Quidnam ést? *Da.* Puerile est. *Si.* Quid est?
Da. Nihil. *Si.* Quin díc, quid est?
Da. Ait, nímium parce fácere sumtum. *Si.* Méne?
Da. Te.
Vix, ínquit, drachmis ést obsonatús decem.
Num fílio vidétur uxorém dare?
Quem, inquít, vocabo ad coénam meorum aequálium

V. 18. Bentl. corr. metri causa: *Quidnámst?* D. *puerilest.* S. *quid id est?* D. *nil.* S. *quin dic quid est.*
V. 20. Bentl. ex aliquot codd. *est obsonatum.*

---

opposuit. *Quod succenset tibi.*] *Succensere*, potioris est. *Succensere*, in re gravi et iusta irasci. — 18. *Puerile est.*] Apparet Davum nunc quaerere quid respondeat, et ad quam causam derivet aversa suspicione tristitiam Pamphili, quam animadvertit senex. *Puerile est.*] Utrum magis ideo suspendit, ut senex audire desideret: an quia necdum commentus est causam, contra rependendam propositioni senis? *Nihil est.*] Videtur invenire non posse. — 19. *Ait, nimium parce facere sumtum.*] Mire ipsum dicere veluti fecit, et *nimium*, et *parce*. *Nimium parce facere.*] Pepercit, ne diceret *sordide*. *Mene.*] Perturbati indicium est, quia se ipsum pronomine ostendit. — 22. *Meorum aequalium potiesimum.*] *Aequalium* aetate, *potissimum* dignitate:

---

18. *Quid est? nihil. quin dic, quid est?*] Hunc locum imitatus Phaedrus, III. 7. 17. *Unde hoc, amice? nihil est. dic, quaeso, tamen.*

19. *Facere sumtum.*] Ita Heaut. I. 1. 78. IV. 5. 7. Adelph. V. 3. 21. V. 4. 11. Hec. IV. 63. Plautus, Bacchid. I. 1. 64. *Ego obsonabo. nam id flagitium sit meum, mea te gratia Et operam dare mihi, et ad eam operam* facere sumtum *de tuo.* [Hic quod *te* suppressum, v. ad II. 3, 27.]

20. *Vix drachmis est obsonatus decem.*] Possit videri *obsonatus* esse substantivum; quando *est* notabit, valet, constat. Sed praestat ita capere, ut Simo dicatur esse obsonatus. Contra Plautus, Cas. II. 8. 65. *Argento parci nolo! obsonato ampliter.* Est autem *drachma* usitatissimus nummus, conveniens fere cum Romanorum *Denario*, et Batavorum Schellingo. Exprimebantur ea plerumque maiores summae. Unde saepe per ellipsin supprimebatur. Vide J. Fr. Gronov. de Sestert. II. 6.

21. *Num filio videtur uxorem dare?*] Id paulo invidiosius et cum stomacho dictum videtur. Plautus, Mostell. III. 2. 71. *Dare volt uxorem filio quantum potest.*

22. *Ad coenam vocabo.*] Ita Eun. II. 2. 28. Est vero locutio

Potissimum nunc? et quod dicendum hic siet,
Tu quóque perparce nímium. non laudó. *Si.* Tace.
Da. Commóvi. *Si.* Ego isthaec, récte ut fiant, vídero.

V. 24. Bentl. corr. *per parce nimium*, i. e. *pernimium parce*, ex Prisciano p. 1070.

etenim *potis*, *potior*, *potissimus* facit. — 23. *Et quod dicendum hic siet.*] Bene *hic*, ubi non sit adolescens. — 24. *Tu quoque perparce.*] Bene *quoque*, quasi dicat, cum ille peccet, quod pueriliter succenseat: tu *quoque* peccas, *perparce nimium* faciendo sumtum. *Tu quoque perparce nimium.*] Et *perparce* et *nimium*, cum sufficeret unum. Et *nimium*, vituperatio est: ut, *Ne quid nimis. Non laudo.*] Et quia *perparce*, et quia *nimium*. Nam *parce* agere, laudis: *nimium*, peccati. Et magna moderatione, *non laudo*, dixit potius, quam *vitupero*. — 25. *Commovi.*] Ideo *commovi*, quia argumenta dixit seni, quibus proditur non esse veras nuptias. *Commovi.*] Supra sollicitavi dixit, modo *commovi*. Et *commovi* dicit apud se, ut spectator audiat, non

usitatissima. Plautus, Capt. I. 2. 69. He. *Sed num quo foras* Vocatus ad coenam? Er. *Nusquam, quod sciam.* *Sed quid tu id quaeris?* He. *Quia mihi est natalis dies, Propterea te* vocari ad coenam *volo.* Hinc servus *vocator* dictus. Martial. VII. 86. 11. — *Aequalium.*] Qui eiusdem aetatis sunt, *aequales* dicuntur. Eun. II. 3. 35. Adelph. III. 4. 20. Cicero, Senect. 4. *Adolescens ita dilexi senem, ut* aequalem. Nepos, Arist. I. *Aristides* aequalis *fere fuit Themistocli.* Virgilius, Aen. III. 491. *Et nunc* aequali *tecum pubesceret aevo.* Sed et socios et amicos *aequales* dixerunt. Phorm. V. 6. 47. Plautus, Trin. I. 2. 10. *O amice, salve atque* aequalis; *ut vales?* Et II. 2. 45. *Adolescenti huic genere summo, amico atque* aequali *meo.* Vide porro Stuckium Antiq. Conviv. Lib. II. cap. 2. et 3. Fr. Ad. Lampe in Evang. Joh. T. I. p. 449. 450. Liv. I. 9.

23. *Quod dicendum hic siet.*] H. e. Si dicendum est, quod ad hanc rem attinet. Quomodo fere Adelph. IV. 5. 29.

25. *Commovi.*] H. e. Ex placido turbulentum feci; metaphora a mari desumta. Unde de Neptuno Virgilius, Aen. I. 126. *graviter* commotus, *et alto Prospiciens, summa placidum caput extulit unda.* — *Ego isthaec, recte ut fiant, videro.*] Expressus locus e Plauto, Merc. II. 3. 111. *Quiesce, inquam, isthanc rem* ego recte videro. Est autem *videro* idem quod curavero, providero. Ita supra II. 2. 36. Adelph. IV. 1. 22.

Quidnam hóc rei est? quid hic volt veterator sibi?
Nam si hic mali 'st quidquam, hem illic est huic rei
caput.

V. 26. versum claudicantem sanavit Bentl. scribendo: *Quid hóc est rei? quid hic* volt etc. Ordinem illum verborum codd. aliquot tuentur.

---

senex. — 26. *Quidnam hoc est rei?*] Verba sunt secum cogitantis senis, aut de his quae nunc locutus est Davus, aut de adventu mulierum, quae in scenam veniunt. — *Quidnam hoc est rei.*] Pulsatus est senex argumento falsarum nuptiarum, *paululum obsonii*: tanquam se illuderet Davus. *Quidnam hic volt veterator sibi?*] *Veterator* est vetus in astutia, et qui in omni re callidus est. Et hi duo versus ostendunt, pulsatum esse senem argumento falsarum nuptiarum: illo argumento quod ait, *paululum obsonii:* tanquam se illuderet Davus. Sunt ergo verba, ut diximus, secum cogitantis senis, aut de his quae nunc Davus locutus est, aut de adventu mulierum, quae in scenam veniunt modo. — 27. *Nam si hic est mali quidquam.*] Si promissa non compleverit Pamphilus. *Illic est huic rei caput.*] *Caput* est origo et summa uniuscuiusque rei: ut *Virgil.* ---- *O Latio caput horum, et causa malorum.*

---

26. *Veterator.*] Plerumque in malam partem et pro convicio ponitur. Ita Heaut. V. 1. 16. Plautus, Mostell. III. 1. 78. de Danista: *foenus illic, foenus hic. Nescit quidem nisi foenus fabularier* Veterator. *neque ego tetriorem belluam Vidisse me unquam quenquam, quam te, censeo.* Gellio autem III. 1. *in literis veterator* dicitur, qui eidem I. 7. vocatur *homo lectione multa exercitus; cui pleraque omnia veterum literarum quaesita, meditata, evigilataque erant.*

27. *Illic est huic rei caput.*] H. e. Auctor, causa. Adelph. IV. 2. 29. Plautus, Asin. III. 3. 138. *Ego* caput *huic argento fui hodie reperiundo.* [*Illic* antique dicitur pro *ille.* v. Bentlei. ad h. l.]

ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

MYSIS. SIMO. DAVUS. LESBIA. GLYCERIUM.

My. Ita pól quidem res est, út dixisti, Lésbia:
Fidélem haud ferme múlieri inveniás virum.

V. 1. Loco vulg. *dixti* Bentl. ex aliquot codd. et Donato *dixisti* dedit, postulante metro.

Ita pol quidem res est.] *In hac scena, novo modo cessante Davo, fallitur Simo per nimiam sagacitatem suam. Simul in hac scena id agit poëta, ut ad nuptias faciendas magis accendatur Simo. Et quaedam industria, quaedam velut casu eveniunt: ut nunc suspicio senis. In multis enim οἰκονομία comicorum Poëtarum ita se habet, ut casu putet spectator venisse, quod consilio scriptorum factum sit.* — 1. *Ita pol quidem res est, ut dixti, Lesbia.*] Ex hoc sermone, quem habent ingredientes, scenae apparet principium. quod enim auditur, non quod incipitur, initium dicunt. *Ita pol quidem.*] Productio est narrativa, ad explendum modo potius iusiurandum. *Ut dixti.*] Et *dixti*, et *dixisti* legitur. — 2. *Fidelem haud ferme.*] *Fidelem* maluit, quam *fidum* dicere. *fidum* enim honestius dixisset. *Ferme* pro *facile* posuit. Et *ferme* facilitatem significat, quia sunt adverbia extenuationis. *Invenias.*] Secundam pro tertia persona posuit, pro *invenias quis*, vel invenire possit, ut

1. *Ita res est.*] Locutio Comica. Infra. III. 4. 9. Heaut. I. 1. 8. III. 1. 81. Plautus, Asin. II. 4. 88. *Scilicet ita res est.* Et passim alibi. — *Ut dixti.*] Inter vias Lesbia id dixisse fingitur Mysidi.

2. *Fidelem haud ferme mulieri invenias virum.*] Eadem res recurrit infra IV. 3. init. Adelph. III. 2. 32. sqq. Hec. I. 1. 1. seqq. Eandem amatorum perfidiam tangit Juvenalis, Sat. VI. 144. *Si verum excutias, facies, non uxor amatur. Tres rugae subeant, et se cutis arida laxet, Fiant obscuri dentes, oculique minores, Collige sarcinulas, dicet libertus, et exi: Iam gravis es nobis.*

Si. Ab Andria 'st ancilla haec? quid narrás? *Da.* Itast.

My. Sed hic Pámphilus. *Si.* Quid dícit? *My.* Firmavít fidem. *Si.* Hem.

Da. Utinam aút hic surdus, aút haec muta fácta sit. 5

My. Nam quód peperísset, iússit tolli. *Si.* O Júpiter!

Vers. 3. corr. Bentl. *Si. Ab Andriast ancilla haec. Dav. Quid narras? Sim. Itast.* Illud *quid narras?* non est interrogantis, sed mirantis et quasi negantis vel gravate concedentis, ut Phorm. V. 7, 42.

V. 6. Bentl. *Iuppiter.* Ita certe pronuntiandum.

Virgilius: Migrantes cernas, totaque ex urbe ruentes. — 3. *Ab Andria est ancilla haec?*] Simpliciter dixit *ab Andria est*, pro Andriae est: nam et usu sic dicere solemus. Ergo *ab Andria est*, hoc est, Andriae favet, Andriae est. ut cum dicimus, *ab illo est*, hoc significamus, illi favet, illi accommodat suffragium. — 4. *Sed hic.*] Semper *sed* contrariae sententiae significatio est. Et bene *hic*, ut ostendat, de illo fuisse sermonem. *Hem.*] Interiectio est accipientis verba, et admirantis. — 5. *Utinam aut hic surdus, aut haec muta facta sit.*] Comice et facete. *Aut hic surdus*, qui audire non possit. *Aut haec muta facta sit.*] Ne possit dicere. *Aut hic surdus, aut haec muta facta sit.*] Συλληψις per genera. — 6. *Iussit tolli.*] Haec est fides: suscipi filios le-

---

3. *Ab Andria 'st ancilla haec?*] ἡ παῖ Ἀνδρίας παιδίσκη. Id novisse poterat Davus, utpote intimus consiliis Pamphili et Glycerii. Ita infra IV. 4. 17. Valet autem *ab Andria* idem quod *e domo Andriae*. Plautus, Pseud. II. 2. 22. *Esne tu, an non es, ab illo milite Macedonio, Servus eius, qui hino a nobis est mercatus mulierem?* Petronius, cap. 38. *Arietes a Tarento emit.* Ubi vide quae notavit Burmannus. Silius Italicus, V. 271. *Astae a litore Hiberno.* Ad quem locum consule Drakenborchium. — *Quid narras?*] Ita iterum rogat Simo Davum, qui nihil responderat, quique nollet, Mysidem exiisse.

4. *Firmavit fidem.*] H. e. Quam sancte adiuravit. Ita Hec. I. 1. 3. V. 1. 24. Plautus, Mil. II. 5. 43. *Te nusquam mittam nisi das* firmatam fidem. Eodem fere sensu dixit Ovidius, Metam. X. 430. *Promissaque numine firmat.* Est autem amplius quid *firmare fidem*, quam *dare*; hoc enim verbis tantum, illud etiam re quasi pignore fit. Virg. Aen. III. 611.

5. *Surdus.*] Ita Plautus, Casin. III. 3. 12. *Metuo, ne non sit surda, atque haec audiverit.*

6. *Quod peperisset, iussit tolli.*] Vide supra I. 3. 14. Plautus, Truc. II. 4. 5. *Si, quod peperissem, id educarem ac tollerem.*

Quid ego aúdio? actum 'st, siquidem haec vera praédicat.
Le. Bonum ingénium narras ádolescentis. *My.* Optumum.
Sed séquere me intro, ne ín mora illi sís. *Le.* Séquor.
Da. Quod rémedium nunc huíc malo inveniám? *Si.* Quid hoc? 10
Adeón' est demens? éx peregrina? iám scio.

V. 11. Bentl. *iam scio. ah!*

gitimos faciunt parentes. Et sublatio matris est: patris, tollere. — 7. *Quid ego audio?*] Bene rursum adducitur ad desperationem senex Mysidis verbis. *Actum 'st.*] In summa rerum desperatione ponitur, *Actum 'st, Ilicet, Periisti.* Haec res secundum ius civile dicitur: in quo cavetur, ne quis rem actam apud iudices repetat. Sic ipse in Phormione, *Actum, aiunt, ne agas.* — 8. *Bonum ingenium.*] *Ingenium*, naturam. — 10. *Quid hoc?*] Secum senex ἐλλειπτικῶς. deest enim, *rei est.* — 11. *Adeon' est demens? ex peregrina?*] Ἔλλειψις per ἀποσιώπησιν, apta cogitanti. reliquum autem sic pronuntiat, quasi reperto consilio. Et bene *adeo*: quia tam demens est, quod amat ex peregrina, id est, ex meretrice. Mulieres enim peregrinae inhonestae ac meretrices habebantur. Sic ipse alibi, *Samia mihi mater fuit, ea habitabat Rhodi.* Et servus, *potest taceri hoc quidem.* hoc est, meretricem habuisse te matrem, verisimile est. *Ex peregrina?*] Ἀποσιώπησις, deest enim, *ut filium suscipiat?* aut aliquid

7. *Quid ego audio?*] Formula cum stupore admirantis. Ita supra I. 5. 5. infra III. 4. 13. — *Actum 'st.*] Locutio Comicis frequens, orta a iudiciis, ubi si reus sententia pronunciata esset damnandus, *Actum est*, dicebat. Ita Eun. I. 1. 9. IV. 4. 50. V. 6. 15. Heaut. III. 3. 23. Adelph. III. 2. 27. Phorm. V. 8. 20. Plautus, Cistell. IV. 2. 17. Actum est. *ilicet me infelicem et scelestam.* Pseud. I. 1. 83. *Actum hodie de me est.* — *Vera praedicat.*] Ita Eun. V. 1. 12. Hec. I. 2. 36. Plautus, Cas. II. 2. 20. *Mira sunt*, vera *si* praedicas. Curc. III. 27. *Superstitiosus hic quidem est:* vera praedicat.

9. *Ne in mora illi sis.*] Vide supra II. 5. 9. Plautus, Trin. II. 2. 2. *Impera quod vis*: neque tibi ero in mora.

10. *Quod remedium huic malo inveniam?*] Ita Phorm. I. 4. 8. et 23. IV. 3. 11. et 12. Paulo aliter Cicero, Cluent. c. 9. *Domo sibi quaerendum* remedium *existimavit* ad eam moram, *quae nuptiis adferebatur.*

11. *Ex peregrina?*] Ita supra I. 1. 119. Atque haec illa *hospita*, supra II. 6. 8. Est autem contemtus cum stomacho in mulierem ignobilem, et, ut videtur, minus castam. Plautus, Pseud. IV. 2. 9.

Vix tándem sensi stólidus. *Da.* Quid hic sensísse ait?
Si. Haec prímum adfertur iám mihi ab hoc fallácia;
Hanc símulant parere, quó Chremetem abstérreant.
***Gl.* Junó Lucina, fér opem! serva me, óbsecro!** 15

tale. — 12. *Vix tandem sensi stolidus.*] Pulchro colore inducto, poëta ostendit non minus falli suspiciosum, quam qui stultus est. huic enim veritas fallacia videtur, dum nimis est acutus ac perspicax. Et hoc est, quod ab eventu fingit poëta. non enim in Davo est, sic errare nunc senem. *Vix tandem sensi stolidus.*] Quinque sunt sensus, quorum duos, visum et auditum, magis sensibiles habemus, quam pecora. Unde *Cicero*, *Non solum videam*, *sed etiam audiam*, *planeque sentiam*: quasi ad tactum retulit, quo etiam pecora impelluntur ad sensum. Duabus ergo rebus scimus: aut ratiocinatione, aut sensu: quibus maxime praestamus caeteris animalibus. Ergo senex se non sensu, non ratiocinatione sensisse, sed veluti calcaribus et stimulis punctum. — 13. *Haec primum.*] Satis se sagacem senex ostendit, quando principia ipsa inceptionesque comprehendit. *Haec primum.*] Bene *primum:* quasi ex multis, quas paraverat Davus contra Chremetem. — 14. *Quo.*] Qua re. — 15. *Juno Lucina, fer opem! serva me.*] Juno Lucina Junonis filia, Graece *Εἰλείθυια*. Latine Juno a iuvando dicta. *Lucina* ab eo quod in lucem producat. Et gemina vota sunt, ut et partus, et pariens servetur. nam *fer opem*, propter partum: *serva me*, propter parientem dicitur. *Juno Lucina*, *fer opem*: *serva me*, *obsecro.*] Nota hoc versu totidem verbis uti omnes puerperas in comoediis, nec alias induci loqui in proscenio: nam haec vox post scenam tollitur. *Fer opem.*] Propter quod *Lucina* est. inde *obstetrix*, quod opem tulerit. — *Serva me*, *obsecro.*] Hoc extra etiam hanc potestatem Junoni attribuitur: quanquam illam *Menander* Dianam appellet, et hoc sentiat

---

Peregrina *facies videtur hominis*, *atque* ignobilis. Similis quodammodo est locus Proverb. V. 20.

12. *Vix tandem.*] Formula, qua utimur, quoties sero quid fieri significamus. Ita Phorm. II. 1. 4. Cicero, Fam. III. 9. Vix tandem *legi literas dignas Appio Claudio.* [Graeci dicunt *μόγις ποτέ.*]

13. *Ab hoc.*] Intelligit Davum, de quo vel secum vel ad spectatores loquitur. Supra II. 6. 1.

15. *Juno Lucina, fer opem!*] Ita Adelph. V. 5. 41. Plautus, Anlul. IV. 7. 11. *Juno Lucina*, *tuam fidem!* Ovidius, Fast. II. 451. *Parce*, *precor*, *gravidis*, *facilis Lucina*, *puellis*, *Maturumque utero molliter aufer onus.* Vide Comment. maiorem. [*Juno Lucina-fer opem* est vox conflictantium partus doloribus et Dianae opem invocantium, quae sub Junonis Lucinae nomine partui praeesse putabatur. Adelph. III. 4. 41. et Horat. Carm. Saecul. v. 13. De formula *serva me*

Si. Hui, tám cito? ridículum. postquam ante óstium
Me audívit stare, adpróperat. non sat cómmode
Divísa sunt tempóribus tibi, Dave, haéc. *Da.* Mihin'?
Si. Num immémores discipuli? *Da.* Ego, quid narres, néscio.

in Bucolicis *Virg.* — 16. *Hui, tam cito?*] *Tam cito*, ut facilitatem partus ostendat incredibilem. *Tam cito*, ad reprehensionem. *Ridiculum.*] Ad irrisionem. Et inspice, *ridiculum* adverbium sit, an nomen: ut sit, *vide hominem ridiculum*: sed adverbium est magis. — 17. *Non sat commode divisa sunt.*] Confusa sunt tibi omnia, inquit: nec unumquodque suo tempore geritur: qua re proderis. *Non sat.*] Non satis. *Divisa sunt.*] Digesta et composita, et distributa. *Temporibus.*] Id est, per tempora. — 18. *Mihin'?*] Adhuc Davus non percipit, et bene; quasi dicat, cum ille loquatur, illae agant. — 19. *Num immemores discipuli?*] Discipuli Mysis, Lesbia, et Pamphilus, omnes per quos agitur fallacia. Bene ergo discipulos imperitos ostendit, et magistrum Davum, quia supra dixit, *Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. Num immemores discipuli?* Alii hic Pamphilum significari putant discipulum: quia Davus magister. Nam nomina ad aliquid sunt, discipulus et magister. Et tunc *discipuli* genitivus est singularis casus. Alii nominativi pluralis putant, ut discipulos dixerit, omnes per quos agitur fallacia, secundum illud: *Tum si quis magistrum cepit ad eam rem improbum. Num immemores discipuli?*] Deest *nunc.* Et bene *discipuli*: quia ipsum *magistrum* supra fecit. *Ego, quid narres, nescio.*] Quasi fabulam. *Ego, quid narres, nescio.*]

---

vid. Brisson. de Form. I. p. 69.] — *Serva me obsecro.*] Ita Plautus, Cistell. II. 3. 31. *Servate me, Dei, obsecro.*

16. *Ridiculum.*] Subaudi, *negotium est.* Infra IV. 2. 29. Heaut. Plautus, Asin. Prol. 14. *Ridicula res est.*

17. *Audivit.*] Glycerium ex Lesbia et Myside intrantibus audivisse poterat, Simonem stare ante ostium. — *Non sat commode divisa sunt temporibus.*] Ita Sallustius, Catil. 43. *Caetera multitudo coniurationis suum quisque negotium exsequeretur, sed ea* divisa *hoc modo dicebantur.* Iustinus, praefat. *Ea omnia* divisa temporibus, *et serie rerum digesta composuit.* Eodem sensu dixit Tacitus, Germ. 30. *disponere diem.* Et Suetonius, Tib. 11. *In disponendo die.* [*Temporibus res dividere* est ita describere, ut suo quaeque tempore geratur. Iustin. Praefat. §. 3. *ea omnia Pompeius divisa temporibus et serie rerum digesta composuit.* Translatum est verbum a scena, ubi omnia actibus, personis et temporibus distinguuntur. Heinsius ad Vell. Paterc. I. 14.]

19. *Num immemores discipuli?*] Sensus est: si nulla in

Si. Hiccíne me si imparátum in veris núptiis
Adórtus esset, quós mihi ludos rédderet!
Nunc huíus periclo fit. Ego in porta návigo.

Vers. 21. Bentl. *quos me ludos redderet?* ut Plautus saepe *ludos me facitis.* Quippe *reddere mihi ludos* ne Latinum quidem putat.

Semper ita respondet Davus seni, tanquam non intelligat, quid loquatur. — 20. *Hiccine me si imparatum.*] Redit ad illam sententiam, *Simul sceleratus Davus, si quid consilii habet, ut consumat nunc, cum nihil obsint doli.*

21. *Adortus esset.*] *Adortus* dicitur, qui ex insidiis repente invadit; dictum ab eo, quod corpora aggredientium exsurgant subito atque increscant. *Adortus.*] Aggressus. Omnia haec ex translatione maris dicta sunt μεταφορικῶς.

---

te culpa haeret, neque tu ea ita divisisti temporibus, num igitur discipuli tui immemores sunt praeceptorum tuorum? Vocat autem Pamphilum, Glycerium, Mysidem et Lesbiam *discipulos*, uti Davum ipsum *magistrum*, supra I. 2. 21. Plautus etiam coquo tribuit discipulos, Aul. III. 1. 14. *Ita me miserum et meos* discipulos *fustibus male contuderunt.* Pseud. III. 2. 96. *Gustato tute prius, et* discipulis *dato.* [*Num immemores discipuli* i. e. num Mysis, Lesbia, Glycerium, Pamphilus obliti sunt praeceptorum tuorum, nec partes ita agunt, ut illos docuisti. Etiam haec loquendi ratio a scena ducta est; nam poetae est *docere*, histrionum *discere fabulam.* Hec. Prol. alt. 10. et 48. ibique Interpretes.]

21. *Quos mihi ludos redderet!*] Ita Eun. V. 7. 9. Phorm. V. 7. 52. Plautus, Mostell. II. 1. 80. Ludos *ego hodie vivo praesenti hic* seni Faciam, *quod credo mortuo nunquam fore.* Suetonius, Domit. 4. Redderent*que eximias venationes, et scenicos* ludos. [Bentleius corrigit *quos me ludos redderet. Reddere* est facere ut Adelph. IV. 1. 18. *tam placidum quam ovem reddo. Ludos aliquem reddere* significat omnium ludibrio aliquem exponere. Plaut. Aulul. II. 2. 75. *quem senecta aetate ludos facias.* Idem Bacch. V. I. 4. *pudet hocine me aetatis ludos his factum esse indigne.* Duker. ad Sueton. Domit. c. 4.]

22. *Ego in portu navigo.*] Ἐν λιμένι πλέω. Quo notatur summa securitas. Cicero, Fam. VIII. 6. *His tempestatibus* es *prope solus* in portu. Porro eadem metaphora quis dicitur *in vado* et *in tranquillo* esse. Infra V. 2. 4. Eun. V. 9. 8. Proverbium illustrat Erasmus Adagg. p. 41.

ACTUS TERTIUS.

SCENA SECUNDA.

LESBIA. SIMO. DAVUS.

Le. Adhúc, Archilis, quae adsolént, quaeque opórtent
Signa ésse ad salútem, omnia huíc esse vídeo.
Nunc prímum fac, ísthaec [ut] lavét: post deínde,

V. 3. Bentl. ex uno cod. corr. *ista ut lavet:* aut *ut* deleri iubet. Versus sunt Bacchiaci.

Adhuc Archilis.] *In hac scena specta, quam scite expressa sit consuetudo medici, vel medicae egredientis ex aegri domo. Nam veniens, de negotiis eius loquitur: abiens, de morbo. et haec sunt praeter οἰκονομίαν, quae dicuntur ἐνθήματα.* — 1. *Adhuc Archilis.*] Sic veteres scribebant *adhuc*, quando incerti futurarum rerum ex praesentibus firme nuntiabant: quod est genus certissimae promissionis et cautae. *Adhuc, Archilis, quae adsolent, quaeque oportent.*] Medicina aut in ratione, aut in consuetudine, aut in exemplis. *Adsolent* ergo, consuetudinis est: *oportent*, rationis. — 2. *Signa esse ad salutem.*] Deest haerentia aut pertinentia. Sic in Heautontimor. *Atque haec sunt ad virtutem omnia.* Ergo absolute dixit, ut desit aliquid tale. unde et nos dicimus, *Quid ad rem?* vel, *Quid ad me?* — 3. *Nunc primum fac, isthaec ut lavet.*] Imperitiae notantes *Menandrum*, aut *Terentium*, ipsi ultro imperiti inveniuntur: nam λούσατε αὐτήν dicens, a consuetudine non recessit, cum lavisse, aut non lavisse dicimus, a parte totum significantes. Et *Terentius* propius ad significationem accessit, *isthaec* dicendo, ne pudenda nominaret. Et sunt qui adhuc Archilis correptionem esse nimium sollicitae nutricis putent: quod ego non probo. *Fac isthaec ut lavet.*] *Isthaec* quae ex puerperio sordebant. Quidam *isthaec* ipsam puerperam dicunt. sic enim et *Menander*, λούσατε ἀυτὴν τάχιστα. sed imperitiae accusantur, quod non continuo solent post puer-

1. *Quaeque oportent signa esse ad salutem.*] Ita Heaut. III. 2. 25. Sallustius Iugurth. 49. *Quae ab imperatore decuerint, omnia suis provisa.* Ita autem *signa ad salutem* dixit, uti Heaut. I. 2. 33. *Haec sunt tamen ad virtutem omnia.* Et Hec. IV. 4. 71. *Causas ad discordiam.*

3. *Fac, isthaec ut lavet.*] Vult Lesbia ex aedibus egressu

Quod iússi ei darí bibere, et quántum imperávi,
Date. móx ego huc revértor. 5
Per ecástor scitus púer est natús Pámphilo.

V. 4. Bentl. pro vulg. *dare bibere* ex multis libris *dari bibere* emendavit, ut Bacchiacorum lex et modus postulat.

---

perium lavare, sed diebus omissis. — 4. *Quod iussi ei dare bibere, et quantum imperavi, date.*] Consuetudine magis, quam ratione dixit, pro: *Date ei potionem. Lucilius in Sexto: Date bibere summo.* Nam duo verba activa nullam habent significationem sine nomine, aut pronomine. ut si dicas: *Dic facere. Quod iussi ei dare bibere, et quantum imperavi, date.*] Et qualitatem, et modum rei dixit. — 5. *Mox ego huc.*] Vide ut auctoritatem et iactantiam medicorum imitetur, dicendo, *quod iussi.* et non sufficiebat: sed etiam, *imperavi* dixit. simul haec, quae solent medici promittere frequenter, *Mox ego huc revertor.* — 6. *Per ecastor scitus puer natus est Pamphilo.*] Per Castorem et Pollucem ornativa sunt iurandi, apta foeminis. *Scitus.*] Elegans, pulcher, quem Graeci κόσμιον dicunt. Quod enim quis scit, hoc *scitum* et pulchrum. Et est διαίρεσις. nam ordo est, *Per scitus ecastor.* ut in Hecyra: *Per pol quam paucos reperias meretricibus fideles evenire amatores.* ut sit, *perquam paucos.* Et, *natus est Pamphilo.* ut Virgilius: ---- *Quem Dardanio Anchisae Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam.* — *Scitus puer.*] Satis obstetrici est, adhuc incertum aevi, et, ut ita dicam, a matre sanguinolentum,

---

puerum recens natum lavari. *Isthaec* igitur vel Mysis, vel quaevis alia est. Ita Bromia ancilla apud Plautum, Amph. V. 1. 50. *Postquam peperit pueros*, lavere *iussit nos.* [Ruhnkenius: *lavet* i. e. *lavetur.* v. Voss. de Anal. III. 3. p. 273, Melius, opinor, Westerhovius.]

4. *Date bibere.*] Graecissans locutio est. Anacreon, Od. XXI. Δότε μοι, δότ', ὦ γυναῖκες, βρομίου πιεῖν ἀμυστί. i. e. *Date mihi, date, mulieres, Liberum tractim bibere.* Plautus, Pers. V. 2. 40. *Age, circumfer mulsum:* bibere da *usque plenis cantharis.* Cicero, Tusc. I. 26. *Nec Homerum audio, qui Ganymedem a Diis raptum ait propter formam, ut Iovi* bibere ministraret. — *Imperavi.*] Lesbia obstetrix imitatur medicos, quorum est *imperare, iubere, praecipere.* Gall. *Ordonner.* Cicero, Divin. II. 64. *Si medicus aegroto* imperet, *ut sumat Terrigenam, herbigradam, domi-portam, sanguine cassum.* id est, cochleam. Ovidius, Heroid. XX. 133. *Me miseram; quod non* medicorum iussa *ministro.* Vide Comment. maiorem.

6. *Per ecastor scitus.*] Ordo est: *Ecastor, perscitus* etc. Similis tmesis est Adelph. III. 3. 28. IV. 5. 28. Hec. I. 1. 1. Plautus, Cas. II. 6. 18. *Per pol saepe peccas.*

Deos quaéso, ut sit supérstes, quandoquidem ípse est ingenió bono,
Cumque huíc veritus est óptumae adolescénti fácere iniúriam.
Si. **Vel hoc quis non credat, qui te norit, ábs te esse ortum?** ***Da.*** **Quídnam id est?**

V. 8. Bentl. ex uno libro: *Cumque huic est véritus*, metri gratia.

---

non pulchrum (quod ipsum nimium videretur cito) dicere, sed *scitum* pronuntiat. Ideo subblanditur, ut operae pretium maius accipiat. — 7. *Deos quaeso ut sit superstes.*] *Superstes* nunc salvus. alias *superstites* sunt senes et anus: quia aetate multis superstites iam delirant. Unde et *superstitiosi*, qui Deos timent nimis, quod signum est deliramenti. — *Quandoquidem ipse est.*] *Quando* et *cum* interdum sunt coniunctiones causales. et *quando* pro quoniam et pro quia intelligimus. *Quandoquidem ipse.*] Transit a puero ad ipsum Pamphilum. —, 9. *Vel hoc quis non credat.*] *Elegantia* est. *Vel*, modo est disiunctiva coniunctio, sed pro *etiam* posita, ut apud *Virgilium*: *Vel Priamo miseranda manus.* Et, *Carmina vel coelo possunt deducere lunam.* Et bene, *vel hoc*: subaudias, exceptis illis quae reprehendit supra. *Abs te esse natum.*] Et *ortum* le-

---

7. *Deos quaeso.*] Plautus, Cas. II. 6. 37. *Taceo: Deos quaeso.* Et Vs. 44. Deos quaeso, *ut tua sors ex sitella effugerit.* — *Ut sit superstes.*] Subaudi, Pamphilo. Ita Heaut V. 4. 7. Plautus, Asin. I. 1. 1. *Sicut tuum vis unicum gnatum tuae Superesse vitae, sospitem et* superstitem. Utitur vero Lesbia usitata formula bene precandi recens natis. — *Ipse est ingenio bono.*] Ita supra III. 1. 8. Plautus Stich. I. 2. 59. *Ubi facillime spectatur mulier, quae* ingenio est bono?

8. *Adolescenti facere iniuriam.*] Et *adolescens* et *iuvenis* tam puella quam mas dicitur. Hec. IV. 3. 34. Phorm. V. 3. 11. Est vero *facere iniuriam* h. l. deserere violatam Glycerium, cui iam iniuria facta erat, id est, stuprum illatum. Plautus, Aul. IV. 10. 64. *Ego me* iniuriam fecisse *filiae fateor tuae.* Cistell. I. 3. 32. *Dicit, eius se ex* iniuria *Peperisse gnatam.* [*Quumque*, Saepe Veteres particula *quum* utuntur, ubi vulgus *quod* ponit. Adelph. V. 6. 9. *Bonus es quum haec existimas.* Gronov. ad Stat. Theb. II. 417.]

9. *Vel hoc quis non credat, qui te norit, abs te esse ortum?*] Synchysis est verborum, pro, *Quis non credat, qui vel norit te, hoc abs te esse ortum?* Vide supra I. 1. 132. 137. et mox versu 20. 21. Plautus, Poen. IV. 2. 67. *Id esse facinus ex te ortum.* [Melius Donatus.]

Si. Non imperabat córam, quid opus fácto esset, puérperae:
Sed póstquam egressa est, íllis quae sunt íntus, clamat dé via.
O Dáve, itan' contémnor abs te? aut ítane tandem idóneus
Tibi vídeor esse, quém tam aperte fállere incipiás dolis?

gitur, ut sit, instructum, commentum, et compositum. — 10. *Non imperabat coram.*] *Coram* ad certas personas refertur: *palam* ad omnes. *Quid opus facto esset; puerperae.*] *Esset* impersonative dicitur. *Opus facto essèt. Puerperae.*] Dativus casus est, ut sit, *ipsi puerperae coram non imperabat, quid opus facto esset.* Sic enim dicimus, *Quid vis tibi faciam? Puerperae.*] Omnis quae peperit, *puerpera:* πρωτοτόκος, quae primum. Et non quod puerum, sed quod filium peperit, *puerpera* dicta est. Et apud veteres *puer puellus*, *puera puella.* — 11. *Illis quae sunt intus.*] Argumentum ex eo, quod non factum est, cum fieri potuerit: et ex eo, quod factum est, cum fieri non oportuerit. *Clamat de via.*] Mire *clamat*, quasi dicat, maluit clamare, quam sine labore intus imperare. — 12. *Itane contemnor abs te?*] Hoc est, usque adeone contemnor? valde contemnor? *Temnor* autem Graecum est, id est, *cador* et *reiicior*, κατὰ τὸ τέμνομαι. nam veteres *temno* dicebant sine praepositione. *Itane tandem idoneus.*] Indignatio est ad aestimationem revocantis eius dicta vel facta, a quo contemnitur quis. *Idoneus.*] Aptus et ei natus. — 13. *Aperte fallere.*] Δύο δι' ἑνός, et *fal-*

10. *Quid opus facto esset.*] Infra IV. 2. 32. Heaut. I. 1. 28. Adelph. IV. 3. 10. V. 9. 39. Phorm. V. 1. 35. Plautus, Cas. III. 3. 24. *Ego intus*, quod facto est opus, *Volo accurare, mi gnir.*

12. *Itane tandem idoneus tibi videor esse.*] In eiusmodi locutione *idoneus* pro *digno* ponitur. Infra IV. 4. 18. Plautus, Aul. II. 2. 74. *Video hercle ego, te me arbitrari, Euclio, hominem* idoneum, *Quem senecta aetate ludos facias.*

13. *Fallere incipias.*] H. e. Fallas. *Incipiendi* enim verbum eleganter πλεονάζει. Infra V. 1. 2. Eun. II. 2. 33. Plautus, Trin. IV. 2. 42. *Magnum facinus* incipissis petere. Ita in Evang. Lucae III. 8. *Καὶ μὴ ἄρξησθε λέγειν ἐν ἑαυτοῖς.* Nisi forte *incipias* pro *sustineas* positum. [*Fallere incipias* i. e. fallas. Saepe utriusque linguae scriptores verbis incipiendi, aggrediendi, conandi, non molitionem rei, sed rem factam indicant. Catull. LXXXII. 2. *quem tu diligere inciperes* i. e., ut bene explicat Scaliger, quem tu diligeres. Caes. B. G. VII. 57. *nostros transitu prohibere instituit* i. e. prohibuit. Infra V. 1. 2. *Satis pericli coepi adire* i. e. adii. Isaac. Casaubon. ad Luc. Ev. I. 1. et l. Markland. Remarks on the Epistles of Cicero to Brutus etc. p. 28.]

Saltem áccurate, ut métui videar. cérte si resciverim!
Da. **Certe hércle nunc hic se ípsus fallit, haúd egó.**
Si. **Edixín' tibi?**
Intérminatus súm, ne faceres? núm veritu's? quid ré-tulit?

V. 15. Bentl. sublata interrogandi nota *Edixi tibi.* Idem v. 16. *veritus* monet esse idem quod *veritus es*, ut appareat ex accentu in ultimam incidente.

---

lere et *aperte*. — 14. *Saltem accurate.*] Mire *saltem*: quod ponitur in desperatione rerum. primo enim fuerat hortatus Davum, ut non conaretur fallere. *Saltem accurate.*] Ζεῦγμα a superiore, *fallere incipias.* aut certe σύλληψις, *fallere incipias. Certe si resciverim.*] Et utrum pro *cum resciverim*: an, quia stultum me putas? — 15. *Certe hercle nunc hic se.*] Hoc ita dicitur, ut audiat spectator, non ut Simo. *Edixin' tibi?*] Hic illud reddit, *Edico tibi ne temere facias.* — 16. *Interminatus sum.*] Pro, minatus sum. *Plautus in Aululari.* ---- *praeterea tibicinam, Quae mihi interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem, et*

---

14. *Accurate.*] Operam date. Hec. V. 1. 12. Plurali autem numero solum Davum alloquitur, absente Pamphilo, uti itidem infra III. 4. 6.

15. *Se ipsus fallit.*] Ita elegantius dixit, quam *si se ipsum fallit* dixisset, quamvis utraque locutio apud probos auctores reperiatur. Ovidius, Metam. X. 685. *Meque ipsa exhortor in ambos.* Sed V. 523. *Iam se formosior ipso est.* Phaed. IV. 18. 3. *Contra se ipse misericors.* Cicero, Mil. cap. 16. *De felicitate, quam praestare* de se ipso *nemo potest.* Haec Westerhovius. Audi Ruhnkenium: Notandum est, inquit, pronomen *ipse* aliis pronominibus adiunctum plerumque in alio casu et fere in nominativo poni. Immo Graevius ad Cic. de Off. III. 15. scribit, eos, qui utrumque pronomen eodem casu ponant, corrupte loqui. Alii tamen utramque loquendi formam probant ut Manut. ad Cic. Ep. ad. Div. VII. 1. De hac re eleganter more suo disputat Duker. ad Flor. III. 18. p. 583. sq. Haec Ruhnkenius. Sufficiat monuisse, utrumque non sine ratione dici. Nam si contrarium nominativo cogitandum relinquitur, *ipse* dici solet; sin alio casu, idem pronomen alio casu poni solitum. — *Edixin' tibi?*] Respicit ea, quae edixit supra I. 2. 33. Heri autem interminantes *edicere* dicebantur. Hec. IV. 1. 15. Plautus, Mil. II. 2. 4. *Nunc adeo* edico *omnibus.* Pseud. I. 2. 34. *Auditin'? vobis, mulieres, hanc habeo* edictionem. Sunt autem *edicta* et *edictiones* proprie Magistratuum; estque *edicere* palam imperare et significare. Unde *edictum Praetoris* nomen habet.

16. *Quid retulit?*] Quid iuvit? quid profuit? Phorm. IV.

Credón' tibi hoc, nunc péperisse hanc e Pámphilo?
***Da.* Teneó, quid erret: ét quid agam, habeo. *Si.* Quid taces?**
***Da.* Quid crédas? quasi non tíbi renuntiáta sint haec, sic fore.**
***Si.* Min' quísquam? *Da.* Eho! an tute íntellexti hoc**
ássimulari? *Si.* Irrídeor?
***Da.* Renúntiatum 'st. nám qui isthaec tibi íncidit suspício?**
***Si.* Qui? quía te noram. *Da.* Quási tu dicas, fáctum id consilió meo.**

V. 17. Bentl. post *nunc* interpungit, non post *hoc*.
V. 19. idem corr. *Quid crédas? quasi non tibi siet renúntiatum haec sic fore.*
V. 20. em. *Mi quidquam?* sc. renuntiatum est.
V. 21. Bentl. ex codd. *nám qui tibi isthaec íncidit suspício?*

Pyrenaeum potest. — *Num veritus.*] *Veretur* liber, *metuit* servus. Et deest *es*: apta ellipsis irascenti. Alibi, *Non simultatem meam revereri? Quid retulit?*] *Retulit*, profuit, vel interfuit: et producit *re* syllabam. Et est sensus: Sic contempsisti, quasi tibi non comminatus sim. — 18. *Teneo quid erret.*] Hoc dixit, non ut Simo, sed ut spectator audiat. hoc denique senex probat, dicens Davo, *Quid taces? — Et quid ego agam, habeo.*] Et quid respondeam, scio. — 19. *Quid credas?*] Propter quid, aut propter quam rem, aut quo modo? *Quid credas?*] Repetit verbum eius quod ait, *Credon'*. quare adiuvandum pronuntiatione est. *Quasi non tibi renuntiata.*] Nuntiata. Compositum pro simplici. — 20. *Mihin' quisquam?*] Favet sibi senex in eo, quod se vult perspicaciorem videri. *Eho! an tute.*] *Eho* modo interiectio est admirantis, alias ad se vocantis, *Ehodum ad me.* — 21. *Nam qui.*] *Qui*, unde. — 22. *Quasi tu dicas.*] *Dicas*, pro credas. non enim dicimus, nisi quod credimus: ab eo quod sequitur, id quod praecedit: figura μετάληψις, a posterioribus ad priora. Idem alibi, *Audacter dicito.* Et alibi, *Foeneratum istud beneficium pulchre tibi di-*

---

8. 41. Plaut. Epid. I. 2. 30. quid rettulit, *Mihi tantopere te mandare?* Curc. IV. 3. 23. quid refert, *me fecisse regibus Ut mihi obedirent, si hic me hodie umbraticus deriserit?* [Heinsius ad ad Ouid. Epist. VI. 137. Ruhnken.]

17. *Credon' tibi hoc?*] H. e. Credis, me credere tibi hoc? Fere ad similem modum Heaut. IV. 1. 12. *Vin' me istuc tibi, etsi incredibile est, credere?*

20. *Irrideor?*] Dubitantis potius est, quam affirmantis. Ita supra idem Simo eidem Davo, I. 2. 33.

21. *Incidit suspicio.*] Ita supra II. 2. 22.

Si. Certe énim scio. *Da.* Non sátis me pérnosti etiam, qualis sím, Simo.
Si. Egóne te? *Da.* Sed si quíd narrare occépi, continuó dari Tibi vérba censes. *Si.* Fálso. *Da.* Itaque hercle níl iam mutire aúdeo.
Si. Hoc égo scio unum, néminem peperísse hic. *Da.* Intelléxti.

V. 23. Rotundius, inquit Bentleius, et verius sic legas: *Non sátis pernósti me étiam, qualis sim, Simo.*

V. 24. Bentl. *Ego nón te?* quod et sententiam et metri rationem postulare arbitratur.

V. 25. Bentl. deletis personarum nominibus etiam istud *falso* ad Davi sermonem refert.

---

ces. Id est, credes, scies, senties. — 23. *Etiam qualis.*] *Etiam* pro adhuc. ut *Virgilius*, *Idăeumque*, *etiăm currus*, *etiam arma tenentem.* — 24. *Egone te?*] Duobus illis pronominibus ostendit se senex scire omnia. *Sed si quid narrare oceepi.*] *Occepi*, melius, quam *incepi*. dicitur ab occipio: est enim *oceepi*, quasi caput rei institui. — 25. *Fálso.*] Potest et σφωνιτῶς *falso* pronuntiari: potest et *falso loqueris* dici, ut *Sallustius*, *Falso queritur de natura sua humanum genus.* Et vocalitatis causa sic dixit, ut, *sedulo*, *optato*, *certo*: quasi sedule, optate, certe. — *Nihil iam mutire audeo.*] Ennius, *Nec dico*, *nec facio.* unde et *mutos* dicimus. Quod Graeci φθέγγεσθαι. — 26. *Neminem peperisse hic.*] *Nemi-*

---

23. *Pernosti.*] Ita Plautus, Aulul. III. 5. 29. *Ut matronarum hic facta* pernovit *probe!* Trin. III. 2. 39. Pernovi *equidem*, *Lesbonice*, *imperitum tuum ingenium admodum.* Quod ita expressit Persius, Sat. III. 30. *ego te intus et in cute novi.* [*Enim* hic abundat ut Adelph. IV. 5. 22. Virg. Georg. III. 70. ibique Scrvius. *Ruhnken.* Non putabunt redundare, qui usum voculae γάρ in respansionibus norunt.]

24. *Dari tibi verba.*] Ita supra I. 3. 6.

25. *Nihil iam mutire audeo.*] Hec. V. 4. 26. Phaedrus, IV. 25. 34. ex Eunio: *Palam mutire plebèio periculum est.* Plautus, Amph. I. 1. 225. *Me. Etiam* mutis? *So. Iam tacebo.* Idem Menaechm. V. 1. 10. *etiamne impudens* Mutire unum verbum audes, *aut mecum loqui?* Lucilius, Lib. XXIX. *Nec laudare hominem quenquam, nec Mu facere unquam.* [*Nihil iam mutire audeo* i. e. ne *mu* quidem dicere audeo. *Mu* est ille sonus, quem solum muti edere possunt. Varro de L. L. VI. 5. Hec. V. 4. 26. *neque opus est adeo mutito.* Hinc duplex frequentativum *mussare* et *mutitare*, quod significat occulte et suppressa voce proferre, quod celatum velis. Liv. VII. 25. *mussantesque inter se rogitabant*, ubi vid. Drakenb. Adelph. II. 1. 53. *accipienda et mussitanda iniuria est* i. e. tacite ferenda et dissimulanda.]

26. *Intellexti.*] H. e. Rem tenes. Vide quae mox narrare

Sed níhilo seciús mox deferént puerum húc ante óstium:
Id égo iam nunc tibí renuntio, Hére, futurum, ut sis sciens.
Ne tu hóc [mihi] posterius dícas, Davi fáctum consilio aút dolis.

V. 27. Bentl. ne *puerum*, verbum hic *ἐμφατικόν*, in thesi lateat, et ut trochaeus iste *Defe* in sede incommoda vitetur, sic refingit: *Sed nihilo seciús mox púerum huc déferent ante óstium.*

V. 28. quia *tibi* nulla cum emphasi ultimam producat et acuat, ex codd. et vett. editt. reponit: *Id égo iam nunc tibi, ére, renuntio ésse futurum, ut sis sciens.*

V. 29. *mihi* incerti Laris est, ideoque cum B. delendum, ut versus recte decurrat.

---

nem dicendo maiorem confirmationem fecit, non solum Glycerium non peperisse, sed etiam *neminem*. Et *hic* dicendo ostendit domum. Et est *neminem*, nullum hominem. Et nota in foemineo genere etiam *neminem* positum. — 27. *Mox deferent puerum.*] Quasi dicat, *nobis.* — 28. *Id ego iam nunc tibi renuntio.*] Fingit se prodere, quod ipse facturus est: ut non credat senex ab eo fieri, quod praedixerit fore. *Id ego iam nunc tibi renuntio, here, futurum.*] *Re* syllaba apud veteres interdum abundat: ut modo *renuntio*, pro nuntio. Et *Cicero*, *Renuntiatur mihi. Renuntio.*] Quasi secretum consilium: ut supra, *Renuntiatum est.* — 29. *Davi factum consilio aut dolis.*] Commodius, et magis cum invidia dixit, *Davi*, quam si *meo* dixisset: ut *Virgilius:* cum Turnus in-

---

incipit Davus, Vs. 31. [Notandum *neminem* feminino genere poni. Sic Plaut. Cas. II. 2. 12. *vicinam neminem amo merito magis quam te.* Sic *homo* femin. genere ponitur in Sulpicii ad Cic. Ep. IV. 4. *quoniam homo nata fuerat.* Vossius de Anal. I. 15. p. 135. et Bentlei. ad II. 2. 27.]

28. *Ut sis sciens.*] Participium activum eleganter quasi *περιφραστικῶς* iungitur verbo substantivo. Phorm. II. 8. 48. Plautus Poen. V. 2. 78. *Carthagini ego sum natus*, ut tu *sis* sciens. Sallustius Ing. c. 31. *Vestris iussis* obediens erit. Vide Sanctii Minervam. III. 10. init. [*Nihilo secius* i. e. neque eo minus. Nep. Milt. c. 2. *neque eo secius Athenienses officia praestabat.* Duker. ad Flor. III. 17. p. 577. Ceterum *nihilo secius* et *nihilo segnius* perpetuo confunduntur, quae sic discernenda sunt, ut, ubi de studio et alacritate sermo est, *nihilo segnius* locum habeat, in ceteris *nihilo secius*. De hoc discrimine vid. Heinsius ad Ovid. Met. II. 809. et ad Virg. Aen. IX. 441. Oudendorp. ad Caes. B. C. II. 8.]

29. *Mihi.*] Haec particula elegantiae inservit, neque h. l. ad

Prórsus a me opínionem hanc tuam ésse ego amotám volo.
Si. Unde id scis? Da. Audívi et credo. múlta concurrúnt simul,
Qui coniecturam hánc nunc fácio. iám primum haec se e Pámphilo
Grávidam dixit ésse: inventum 'st fálsum: nunc, postquám videt
Núptias domi ádparari, míssa 'st ancilla ílico

cusaretur, dixit: *Nulla mora in Turno.* — 30. *Prorsus a me.*] *Prorsus*, quasi *porro versus*: quod Graeci μακρὰν dicunt. *Prorsus a me.*] Quidam *prorsus* pro *quare* positum putant. Ego pro eo quod est *omnino.* Sunt qui coniunctionem velint esse. *Opinionem hanc tuam.*] *Hanc tuam* cum taedio dixit, hoc est, nimis molestam, nimis suspicacem, nimis accusatricem. Sic dixit *hanc tuam*, ut ille de apibus, *Vere suo.* Et, *Solemque suum, sua sidera norunt.* Et in Adelphis: *Iam vero omitte, Demea, tuam istam iracundiam.* — 31. *Audivi et credo.*] Locus communis, an famae credendum sit. Et bene subiunxit, *credo.* non enim audisse, statim credere est. *Multa concurrunt simul.*] Restat enim, ut multis concurrentibus signis, una coniectura confletur. — 32. *Iam primum haec se e Pamphilo gravidam dixit esse: inventum 'st falsum.*] Secundum quod credit senex. Et a summo ad imum, et ex factis, et ex dictis, et ex rebus atque personis sumit argumenta. — 33. *Postquam videt nuptias domi adparari.*] Eleganter omisit, in cuius domo. — 34. *Missa est ancilla ilico.*] Quod Graeci dicunt αὐτόθεν ἐπέμφθη. Nam loci significatio est, etiam

---

Davum referenda est. Ita Phorm. V. 8. 21. Cicero, Catil. II. 5. *Qui* mihi *accubantes in conviviis.*

30. *A me opinionem amotam volo.*] Cicero, Cluent. 58. *Libidinem, odium, invidiam, metum, cupiditatesque omnes* amovere. Ovidius, Metam. XII. 626. *A se Tantalides onus* invidiamque removit.

31. *Multa concurrunt simul.*] Ita Heaut. II. 2. 3. Adelph. IV. 4. 17. Cicero, Fam. VII. 33. *Quanquam venies, ut ipse intelligis, in maximarum quasi* concursum *occupationum.*

32. *Coniecturam hanc nunc facio.*] Plautus, Poen. Prol. 91. *Vosmet nunc facite coniecturam.* Rud. III. 4. 66. *Cum coniecturam egomet mecum facio.* — *E Pamphilo gravidam.*] Ita supra I. 8. 11. Hec. III. 3. 32.

34. *Nuptias adparari.*] Nuptiae solemnes *adparari* dicuntur. Infra IV. 1. 32. IV. 2. 7. Phorm. IV. 4. 21. Sed et convivia,

Obstetricem arcéssitum ad eam, et púerum ut adferrét simul.
Hóc nisi fit, puerum út tu videas, níl moventur núptiae.
***Si.* Quid áis! cum intellexeras**
Id consilii cápere, cur non dixti extemplo Pámphilo?

V. 36. Bentl. *Hóc ni fit tu púerum ut v.* —

V. 37. quia non dimeter trochaicus catalecticus, sed dimeter iambicus acatalectus esse debet, Bentl. corr. *Quid ais? ubi intellexeras.*

V. 38. idem ex codd. suis: *Id consilium*, quia Terentii aevo et diu post semper *consili*, nunquam *consilii* dixerunt. Aliter locum constituit Hermann. Elem. Doctrin. Metr. p. 184.

---

brevitatem temporis notans. — 36. *Nihil moventur nuptiae.*] Non perturbantur nuptiae. *Moventur*, differuntur. — 37. *Quid ais! cum intellexeras id consilii capere.*] Quaqua se verteret Davus, obvium infestumque invenit senem: et tamen ita versute

---

et coenae. Heaut. I. 1. 74. Adelph. V. 9. 8. Iustinus I. 6. *Eosdem postero die* adparatis epulis *invitat.*

35. *Puerum ut adferret simul.*] Imitatus est Plautum, Cistell. I. 2. 20. *Postquam puellam eam a me accepit, ilico Eandem puellam peperit, quam a me acceperat.*

36. *Nihil moventur nuptiae.*] Videntur haec dicta ex opinione Pamphili et Glycerii; ut sensus sit: Nisi tu videas puerum e Glycerio natum, nuptiae illae, quas filio paras, non turbabuntur. Claudianus, in Eutrop. II. 347. *Dulcior hic sane cunctis, prudensque movendi Iuris, et admoto qui temperet omnia fumo.* Idem, de VI. Cons. Honor. 205. *Hic rursus dum pacta movet, damnisque coactus Extremo mutare parat praesentia casu.* [*Nihil moventur nuptiae* Donatus interpretatur: non differuntur nuptiae. Sic infra IV. 2. 28. *Quantum huic promoveo nuptias*, i. e. efficio, ut differantur. Melius autem est exponere: nihil eorum, quae ad nuptias pertinent, mutatur. Nam *moveri* dicuntur, quae non manent firma, quae mutantur. Cic. Philip. I. 7. *Sed ea non muto, non moveo.* Liv. XXV. 16, *nulla providentia fatum imminens moveri potuit.*]

38. *Extemplo.*] Eundem sensum habet quem *e vestigio.* Hec. III. 3. 13. Gr. αὐτόθεν. *Templum* proprie dicebatur locus, in quo sedebant Deos consulentes per auspicia. Bono igitur signo accepto in auspicando statim adgredientes rem dicebantur id *ex templo* facere. Eodem sensu *ex hoc loco* dixit Plautus, Asin. I. 2. 4. et Truc. II. 4. 89. Quanquam *ex templo* magis Comicum. Plautus, Amph. I. 1. 52. *Si, quae asportassent, redderent, se exercitum* ex templo *domum Reducturum.*

Da. Quis igitur eum ab illa abstraxit, nisi ego? nam omnes nós quidem
Scímus, quam misere hánc amarit. núnc sibi uxorem éxpetit.
Póstremo id mihi dá negoti. tú tamen idem has núptias
Pérge facere ita, út facis: et id spéro adiuturós Deos.
Si. Ímo abi intro: ibi me ópperire, et quód parato opus ést, para.
Non ímpulit me, haec núnc omnino ut créderem.

V. 40. Bentl. corr. *Scimus hánc quam mísere amárit.*
V. 41. idem legit: *Póstremo id da míhi negóti.* Vulgo erat *negotii.*

it obviam, ut etiam comprehensus elabatur. — 39. *Quis igitur eum ab illa abstraxit?*] Non frigide intulit, dixisse se: sed cum magna asseveratione. Et *abstraxit* proprie, ut supra, *Me a Glycerio miserum abstrahat?* et *Divellimur inde, Iphitus et Pelias mecum.* — *Quis igitur eum.*] Hoc sic audiendum est, quasi dicat, *Dixi.* — 40. *Misere hanc.*] *Misere*, valde nimis. *Nunc sibi uxorem expetit.*] Oratorie, pro eo quod est, non recusat, *expetit.* — 41. *Id mihi da negotii.*] De proiectione pueri pro foribus. *Id mihi da negotii.*] Ut caveatur ab appositione pueri ante ostium. *Tu tamen idem.*] *Idem* abundat. Apud veteres, *Tamen idem*, integrum fuit. unde apud nos, *tandem*, et *tamen* natum est. sic et *idem* et *eorundem* dictum. *Tu tamen idem.*] *Tamen idem*, aut pro *tamen* positum est, aut pro *tandem*: ut sit, *Tu tandem has nuptias perge facere, ita ut facis.* — 43. *Quod parato opus est.*] Diserte et Latine dixit, *Quod parato opus est.* — 44. *Non impulit me, haec nunc omnino ut crederem.*]

39. *Eum ab illa abstraxit.*] Vide supra I. 5. 8.

40. *Misere amarit.*] Ita Heaut. I. 2. 16. Adelph. IV. 4. 33. Plantus Bacchid. II. 2. 30. *misere amans desiderat.* Dixerunt autem *misere* pro valde. Eun. I. 1. 23. III. 1. 22. Heaut. II. 3. 124. alibi. Plautus passim.

41. *Id mihi da negotii.*] Vide supra, Prol. 2. — *Has nuptias perge facere ita, ut facis.*] Primum *nuptias facere* dixit, uti Graeci γάμους ποιεῖν, et Germani *Hochzeit machen.* Ita Plautus Trin. II. 4. 196. *Effugiet ex urbe, ubi erunt* factae nuptiae. Illa autem, *perge facere ita, ut facis*, formula adhortantis sunt. Plautus Mostell. V. 1. 51. *Quod agis, id agas.* Evang. Ioh. XIII. 27. ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον, *quod agis, cito agas.*

42. *Id spero adiuturos deos.*] Quibus res ex sententia cedebant, a Diis adiuvari dicebantur.

Atque haúd scio, an, quae díxit, sint vera ómnia.
Sed párvi pendo. Illúd mihi multo máximum 'st,
Quod míhi pollicitust ípsus gnatus. núnc Chrem[et]em
Convéniam: orabo gnáto uxorem: si ímpetro,
Quid álias malim, quam hódie has fieri núptias?
Nam gnátus quod pollícitust, haud dubiúm 'st mihi,

V. 47. Bentl. *ípse gnatus núnc Chremem.*
V. 48. idem ex Prisciano p. 1143. *uxorem: id si impetro.*
V. 49. ex Acrone ad Horat. Serm. I. 4, 63. legit: *Quando álias malim.*

Non impulit, non persuasit, non perfecit, ut crederem Glycerium peperisse. Et cum dixit *omnino*, ostendit quaedam se credidisse, in quibusdam iam esse circumventum. Mire autem cautum capi inducit senem, ut crederet, quod Glycerium non peperisset. — 45. *Quae dixit, sint vera omnia.*] Quae postea dixit Davus. Et bene *omnia:* ut appareat senem multa credere vera esse, quae Davus dixerit. — 46. *Multo maximum.*] *Multo* etiam comparativis antiqui adiunxerunt. — 47. *Quod mihi pollicitus est.*] *Pollicitatio*, multarum rerum promissio. — 48. *Gnato uxorem.*] Subauditur, *ut det.* — 49. *Quid alias.*] Pro cur alias, alio tem-

---

45. *Haud scio, an, quae dixit, sint vera omnia.*] Particula *an* post *haud scio* et similia valet *an non.* Sensus igitur est: *Forte omnia, quae dixit, vera sunt.* Ita Heaut. V. 2. 46. Phorm. V. 2. 9. Plautus Mostel. III. 2. 96. *Nunc hunc* haud scio an *colloquar, congrediar.* [Formula nuper magno studio a viris doctis tractata. v. Ruddimanni Institutt. p. 236. sq. Tom. II. ed. Lips.]

46. *Multo maximum.*] Particulae *longe* et *multo* eleganter superlativis iunguntur. Sallustius Iug. cap. 9. *Iugurthae tui bello Numantino* longe maxuma *virtus fuit.* Cicero de Harusp. Resp. c. 6. *Vestrae domus ceterorumque civium* multo maxima *ex parte sunt liberae.*

49. *Alias.*] Haec vox potissimum de tempore usurpatur, et subauditur *horas*, observante Perizonio ad Sanctii Minerv. I. 17. n. 2. Videturque h. l. opponi τῷ *hodie.* Sensus igitur erit: *Cur non malim nuptias hodie fieri, quam in aliud tempus differri?* [Ipsi veteres Grammatici in h. l. *alias* capiunt pro *aliter;* sed aureae aetatis scriptores semper dicunt *alias*, ubi explendum est *horas*, pro alio tempore, *aliter* pro alio modo. Graevius ad Sueton. Tib. c. 71. et Drakenb. ad Liv. XXI. 56. 2. Verum praestat cum Bentleio legere *quando alias malim has quam hodie fieri nuptias*, i. e. quo alio tempore malim has nuptias fieri, quam hodie, ut simulatum fuit.]

nólit, quin eum mérito possim cógere.
Atque ádeo in ipso témpore eccum ipsum óbviam.

V. 52. corr. *eccum ipsum Chremen*: quia alioquin *ipsum* de Pamphilo, non de Chremete intelligeretur. Non opus. Dixerat enim Davus *nunc Chremetem conveniam.* Legit tamen Donatus.

---

pore. — 52. *In ipso tempore.*] In ipsa opportunitate, in ipso articulo. *Eccum ipsum obviam Chremem.*] Continuo mutavit declinationem, ut: *Iubeo Chremetem.*

---

51. *Cogere.*] Nimirum pro patria potestate. Ita Hec. II. 2. 1.
52. *In ipso tempore.*] Ita infra IV. 4. 19. V. 6. 10. Heaut. II. 3. 123. Gr. *συκαίρως, ἐν καιρῷ.* [Plura dabunt intpp. ad Cic. Offic. I. 40.]

ACTUS TERTIUS.

SCENA TERTIA.

SIMO. CHREMES.

Si. Iubeó Chremetem. *Ch.* O! te ípsum quaerebam.
Si. E't ego te. *Ch.* Optato ádvenis.

Iubeo Chremetem.] *Haec congressio duorum senum ad tale periculum adigit fabulam, ut id non videatur consilio, sed eventu posse vitari: qui eventus est Critonis praesentia. nam nunc ex falsis fient verae nuptiae.* — 1. *Iubeo Chremetem.*] Firme aliquid iubere, velle est. *Iubeo* ergo volo, et deest, *salvere:* quod exprimitur ab alterius personae interventu, ut, *Virgilius*, *Reddique viro promissa iubebant.* Et *μεταληπτικῶς*: quia qui dicit *salve*, iubet. Volumus enim animo: iubemus verbis. *O! te ipsum quaerebam.*] Placabilis et lenis amicus per totam fabulam inducitur Chremes, ut cognitioni ad ultimum interesse possit. *Optato advenis.*] *Optato*, adverbium

---

1. *Iubeo Chremetem.*] Ita Adelph. III. 4. 14. Naevius in Ludo: *Iubeo Albanum Amulium.* subaudi, salvere. — *Optato advenis.*] Plautus, Amph. II. 2. 22. *Edepol me uxori* exoptatum *credo* adventurum *domum.*

Aliquót mè adiere, éx te auditum qui aiébant, hodie filiam
Meam núbere tuo gnáto: id viso, tún', an illi insániant.
Si. **Auscúlta paucis: ét quid ego te vélim, et tu quód quaeris, scies.**
Ch. **Auscúlto: loquere quíd velis.**
Si. **Per ego té Deos oro, ét nostram amicitiám, Chreme,**

Vers. 2. reponendum cum Bentl. *adierunt*, ut est in codd. et vett. editt. Nam *adiere* hiatum habet intolerabilem.

V. 4. corr. Bentl. *Auscúlta: paucis ét quid te ego velim ét quod tu quaeris scies.* Idem v. 6. scribit: *Per te égo deos*, ex codd. Nam in *per* littera *r* elidi non potest, quod Faërnus putabat.

---

est. ut *Virgilius*, *Ac velut optato ventis.* — 2. *Aliquot me adiere.*] *Aliquot*, hoc est, nec multi, nec pauci. *Adiere*, non accesserunt: quia aditus arduus difficilisque est. Ergo *adiere*, quasi importune, et interpellantes adierunt. Sic alibi, *Byrrhia, quid tibi videtur? adeon' ad eum? Ex te auditum.*] Ut est, *De Davo modo audivi. Ex te auditum.*] Ergo non rumor, sed veritas.— 3. *Id viso.*] Ob id viso. deest *te:* ut *viso*, ad videndum venio. *Tune, an illi insaniant.*] *Tu* insanis, si dixisti: *illi* insaniunt, si non audita referunt. — 4. *Paucis.*] Et *paucis*, et *pauca* legitur. *Et quid ego te velim.*] A docilitate. — 6. *Per ego te Deos oro.*] Ordo est, Te per Deos oro. ut *Virgil. Per ego te has lacrymas. Et nostram amicitiam, Chremes.*] Legitur et *Chreme.* —

---

2. *Aliquot me adiere.*] Cicero, Fam. III. 10. Ad me adire quosdam *memini, qui dicerent nimis magnos sumtus legatis decerni.* [Gronov. ad Plaut. Trucul. II. 6. 21. ex mss. legit *ad me adiere.*]

3. *Nubere tuo gnato.*] Locutio elliptica; subaudi *vultum.* Sponsa enim se vel *vultum* suum *nubebat sponso*, quum ad eum deduceretur domum. Ita Adelph. IV. 5. 18. Plautus passim.

4. *Ausculta paucis.*] Ita Adelph. V. 3. 20. [*Ausculta paucis.* Sic potius legendum, quam *ausculta pauca. Paucis* Bentleius iungit cum *scies*, locum sic interpungens: *ausculta*; *paucis et quid te ego velim et quod tu quaeris, scies. Paucis* etiam iungitur cum *ausculta* Adelph. V. 3. 20.]

5. *Loquere, quid velis.*] Plautus, Mil. II. 4. 5. *Habeo aures;* loquere quid vis.

6. *Per ego te Deos oro.*] Obsecrandi formula, in qua inter praepositionem *per* et nomen ei iunctum interponitur *te* et *vos.* Plautus, Menaechm. V. 7. 1. Per ego vobis Deos atque homines dico, *us*

Quae incépta a parvis, cum aétate adcrevit simul:
Perque únicam gnatám tuam, et gnatúm meum,
Cuius tíbi potestas súmma servandí datur:

7. *Quae incepta a parvis, cum aetate adcrevit simul.*] Mire autem, *incepta a parvis cum aetate*, ut ostendat, non nuper coitam amicitiam, sed antiquam. ut, *Veterem Anchisen agnovit amicum.* Idem alibi, *neque enim novus iste Dianae Venit amor.* — *Adcrevit.*] Ut supra, *Adcurate.* *Ad* praepositione utitur familiariter. *Adcrevit.*] Hinc *Virgilius*, ---- *Crescent illae: crescetis amores.* — 8. *Et gnatum meum.*] Ineptum est sic adiurare aliquem, *Per salutem filii mei, ut facias id quod te rogo.* Sed huic etiam subiungit 9. *Cuius tibi potestas summa servandi datur.*] In tua est, inquit, potestate, et tuus est. haec ergo *obtestatio* dicitur, cum per eas res adiuramus aliquem, de quibus agitur causa. Ut, *Iliaci cineres, et flamma extrema meorum.* Idem alibi, ---- *per eversae, genitor, fumantia Troiae Excidia, obtestor.* —

---

imperium meum Sapienter habeatis curae. Virgilius, Aen. IV. 314. ---- *Per ego has lacrumas, dextramque tuam te oro.* Livius, XXIII. 9. Per ego te, *inquit, fili; quaecunque* iura *liberos iungunt parentibus*, precor *quaesoque.* Est autem validissima obtestatio, quae fit per liberos. Sallustius, Catil. 35. *Nunc Orestillam commendo, tuaeque fidei trado. Eam ab iniuria defendas*, per liberos tuos rogatus. Horatius, Epod. V. 5. Per liberos te, *si vocata partibus Lucina veris adfuit.* [Eleganter Latini in precandi et obtestandi formulis inter praepositionem *per* et casum, quem regit, aliud vocabulum interponunt, imprimis vocab. *ego*, *vos*, in quo imitantur Graecos, qui πρὸς a casu suo distinguunt interposito pronomine. Plaut. Bacch. IV. 8. 64. *per te, here, obsecro Deos immortales.* Tibull. IV. 5. 6. *per te dulcissima furta Perque tuos oculos per Geniumque rogo.* ubi vid. Broukhusius. Liv. XXIII. 9. *Per ego te, fili, quaecunque iura liberos iungunt parentibus, precor quaesoque.* Vid. quae annotavimus ad Iul. Rufinian. p. 209. Aliquando in his formulis reticetur *oro* vel *rogo*, ut apud Lucan. X. 370. *per te quod fecimus una.* ubi vid. Oudendorpius. Recte vero Bentleius edidit *per te ego Deos oro.* Nam pronomen *ego* vim addit orationi. Supra I. 5. 54. *Quod ego per hanc dextram oro.*]

7. *Incepta a parvis.*] Laudat hunc locum Servius, ad Virg. Aen. XI. 537. — *Cum aetate adcrevit simul.*] Imitatur Cicero, Senect. 14. *Atque haec quidem studia doctrinae, quae quidem cum prudentibus et bene institutis pariter* cum aetate crescunt. Nepos, Att. 10. *Ut ad extremam aetatem amicitia eorum creverit.*

9. *Cuius tibi potestas summa servandi datur.*] Cicero, Fam. X. 19. *Gloriae, cuius maximam facultatem tibi Dii immortales, ut spero, dedere.*

Ut me ádiuves in hác re: atque ita, uti núptiae
Fueránt futurae, fiant. *Ch.* Ah, ne me óbsecra:
Quasi hóc te orando a me impetrare opórteat.
Alium ésse censes núnc me, atque olim quúm dabam?
Si in rém 'st utrique, ut fiant, arcessí iube.
Sed si éx ea re plús mali 'st, quam cómmodi
Utríque, id oro te, ín commune ut cónsulas:

V. 10. Bentl. cum mspto Reg. *atque ita uti nuptiae*, qua lectione metro consulitur. Vulgo *ut*.

10. *Uti nuptiae fuerant futurae, fiant.*] Breviter et Latine. Et hoc genus compositionis veteres non mutabant. — 11. *Ne me obsecra.*] Pro, ne obsecres. τὸ εἰρηνικὸν ΜΗ ΛΙΤΑΝΕΚ ΕΜΝΜΑCOR. — 12. *Quasi hoc te orando a me impetrare oporteat.*] Haec plena vox est et charitatis et officii. quod enim amicus ab amico petit, iustum esse debet: nec pro eo quod non est iustum, supplicare oportet. — 13. *Alium esse censes nunc me, atque olim, quum dabam?*] Non personae, sed rei conditio est commutata. *Olim, quum dabam?*] Nos dicimus, *quum darem*. Virgilius, *Tum decuit, cum sceptra dabas. En dextra fidesque!* Et nota *olim* pro nuper. — 14. *Si in rem est utrique.*] Τῷ δευτέρῳ συλλογισμῷ prave proposuit, ut recte replicaret. Hic syllogismus negativus dicitur, nam in secundo λήμματι negat quod prius dixit. — *Si in rem est utrique.*] Ab utili est argumentum. *Uterque* duobus constat. Bene *utrique*, mihi et tibi: non, alteri utile, alteri inutile. — 15. *Sed si ex ea re.*] Id est, nuptiarum: mutavit numerum, ex plurali singularem, *Fiant*, et *Ex ea re*. — 16. *In*

13. *Alium.*] H. e. Aliter moratum; aliter sentientem. Hec. V. 1. 37. Dixit vero *alium nunc, atque olim;* uti Varro, de L. L. VIII. *Falluntur nam est, ac putant, aliter.* Sensus igitur est, q. d. *Alium nunc esse, atque alium olim fuisse.* [*Alium esse censes nunc me atque olim.* Barbare et inquinate loquentes dicerent *alium quam.* Sed notandum est apud optimos quosque scriptores post *alius* sequi *atque, ac;* nunquam iungi solere *quam*, nisi negativae particulae *non*, *nihil* vel similes cum *alius* iunctae praecedant. Burmann. ad Petron. c. 86. p. 421.]

14. *In rem est utrique.*] Ita Hec. I. 2. 27. IV. 1. 34. Phorm. II. 4. 9. Sallust. Cat. c. 20. Idem *ex re* dicitur. Phorm. VI. 7. 76.

16. *In commune ut consulas.*] H. e. Id consulas, quod in rem communem sit. Eodem sensu Virgilius, Aen. XI. 335. Consulite in medium, *et rebus succurrite fessis.* Liv. XXIV. 22, *undique consuli in medium*, ubi v. intpp. Tacitus, Agric. 12. *Nec aliud adversus*

Quasi illa tua sit, Pámphiliquè ego sim pater.
Si. **Imo ita volo, itaque póstulo, ut fiát, Chreme:**
Neque póstulem abs te, ni ipsa res moneát. ***Ch.***
Quid est?
Si. **Iraé sunt inter Glycérium et gnatum.** ***Ch.*** **Aúdio.**
Si. **Ita mágnae, ut sperem pósse avelli.** ***Ch.*** **Fábulae.**
Si. **Profécto sic est.** ***Ch.*** **Sic hercle, ut dicám tibi:**
Amántium irae, amóris integrátio 'st.

V. 19. *ni ipsa* ex compluribus libris scripsit Bentl. pro *nisi ipsa.*
V. 23. *integratio. S. Hem! Id te oro* etc. Nisi forte *Hem* extra versum positum putare malis, ut III, 4, 12. IV, 4, 47.

---

commune consule.] Id est, ex aequali provide. — 17. *Quasi illa tua sit, Pamphilique ego sim pater.*] Nota suavissimam varietatem. non dicit, *quasi illa tua sit, et ille meus.* — 18. *Imo ita volo.*] Quia utile est, quia in rem est. — *Itaque postulo.*] *Itaque,* modo duae partes orationis sunt: ut in Hecyra, *Itaque nos una inter nos aetatem agere liceat.* — 19. *Neque postulem.*] Quia *postulo* praetulit. — 20. *Irae sunt inter Glycerium et gnatum.*] Hoc laeto vultu pronuntiat Simo: et hoc a possibili est. loquitur enim apud eum, ex quo audiverat, Pamphilum pro uxore habere hanc peregrinam. *Audio.*] *Εὐφωνία.* — 21. *Fabulae.*] Et hic paulo sapientior inducitur, et minus obnoxius dolis. — 22. *Profecto sic est.*] *Profecto* confirmatio est. — 23. *Amantium*

---

validissimas gentes pro nobis utilius, quam quod in commune *non* consulunt. Mela I. 8. *Nihil in commune consultant.*

[17. *Pamphilique ego sim pater.* Recte Bentleius praefert mss. lectionem *Pamphiloque ego sim pater.* Nam dativus saepe pro genitivo ponitur. Infra IV. 5. 14. *ei dicta est esse haec atque habita est soror.* Heaut. II. 3. 29. *Dicta est mater esse ei.* Vid. Burmannus ad Claudian. Eidyll. I. 24. et quae annotavimus ad Rutil. Lup. p. 38.]

20. *Irae sunt inter Glycerium et gnatum.*] Ita Horatius, Serm. I. 7. 11. *inter Hectora Priamiden animosum, atque inter Achillem Ira fuit capitalis.* [Saepe amantium rixae et discordiae *irae* dicuntur. Plaut. Amph. III. 2. 60. *irae si quae forte eveniunt.* Virg. Ecl. II. 14. *tristes Amaryllidis iras.*] — *Audio.*] Formula cum risu respondentium ad ea, quae dicuntur. Phorm. I. 3. 8. V. 7. 54. [Est negantis et aspernantis.]

21. *Avelli.*] Ita Hec. IV. 1. 39. Horatius, Carm. I. 13. 17. *Felices ter et amplius, Quos irrupta tenet copula, nec malis* Divulsus *querimoniis Suprema citius solvet amor die.* — *Fabulae.*] Ita supra I. 3. 19. Heaut. II. 3. 95.

23. *Amantium irae amoris integratio est.*] Ita Plau-

Si. Hem! Id te óro, ut ante eámus, dum tempús datur,
Dumque éius libido occlúsa 'st contuméliis:
Prius quam hárum scelera, et lácrumae confictaé dolis,
Redúcant animum aegrótum ad misericórdiam,
Uxórem demus. spéro consuetúdine et

irae amoris integratio est.] Sententia *γνωμική*, in qua a specie receditur, et in omnes aliquid dicitur: *παροιμία* est autem sine auctore sententia. — *Integratio.*] Instauratio. — 24. *Id te oro.*] Deest *ob*: ut sit *ob id.* ut *Virgil. Quod te per superos oro.* — 26. *Prius quam harum.*] Invidiosius *harum*, quum una sit. Sic in Eunucho, *non perpeti meretricum contumelias.* — 27. *Animum aegrotum ad misericordiam.*] Hoc ut supra, *Ipsum animum aegrotum ad deteriorem partem applicat.* — 28. *Uxorem demus.*] *Ἡθικῶς*: ut in Heautontim. *Quo modo minimo periculo id demus ado-*

---

tus, Amph. III. 2. 60. *Verum irae si quae forte eveniunt huiusmodi, Inter eos rursum si reventum in gratiam est, Bis tanto amici sunt inter se, quam prius.* Menander: *Ὀργὴ φιλούντων ὀλίγον ἰσχύει χρόνον.* h. e. *Amantium ira paullo valet tempore.* Exemplum refert Aelianus, Var. Hist. II. 21. Dixit autem *irae integratio est*, pro *sunt*, uti infra V. 7. 47. *Decem talenta est dos.* [*Amoris integratio* i. e. renovatio, instauratio. In nonnullis edd. legitur *redintegratio* repugnante metro. Vid. Bentleius ad h. l. Sententia expressa est ex Plaut. Amphit. III. 2. 60. Victorius V. L. IV. 14.]

24. *Ante eamus.*] H. e. Occupemus, praevertamus. Valerius Flaccus, Argonaut. I. 31. *Ergo* anteire *metus, iuvenemque extinguere pergit Aesonium.*

25. *Libido occlusa 'st contumeliis.*] Id est, quasi vincta tenetur, ne erumpere possit. Ita Cicero, Nat. Deor. III. 26. *Iram omnem recluditam, atque illi perniciem dabo.*

26. *Lacrumae confictae dolis.*] Vide infra ad Eun. I. 1. 23. Turpilius, Demetrio: *Vide mirum ingenium ac delenificum mulierum: commorat hominem lacrumis.*

27. *Reducant animum aegrotum ad misericordiam.*] Eodem sensu dicitur, quo *in gratiam reducere.* Infra V. 4. 45. Balbus ad Cic. Att. VIII. 15. *Ut Caesarem et Pompeium, perfidia hominum distractos, rursus in pristinam concordiam reducas.* Proxime accedit locutio sacra, Psalm LXXVII. 10. ubi vide interpretes. Dixit autem *animum aegrotum*, uti supra I. 2. 22. Ubi vide.

28. *Consuetudine.*] De amore coniugali h. l. usurpatur; aliter atque supra I. 33. et I. 5. 44.

Coniúgio liberáli devinctúm, Chreme,
Dein fácile ex illis sése emersurúm malis.
Ch. Tibi ita hóc videtur: át ego non posse árbitror
Neque illum hánc perpetuo habére, neque me pérpeti.
Si. Qui scís ergo istuc, nísi periclum féceris?
Ch. At istúc periclum in filia fierí, grave est.
Si. Nempe incommoditas dénique huc omnís redit:
Si evéniat, quod Dî próhibeant, discéssio.

V. 33. Bentl. *scias* correxit propter sequens *nisi feceris*. Nimirum *scias* saepe est monosyllabum.

---

lescentulo. — 32. *Neque illum hanc perpetuo.*] Ἀμφιβολίαν de industria posuit, aut utrumque significat. — 33. *Nisi periculum feceris.*] *Periculum*, tentamentum. Cicero, *Tute melius periculum feceris.* Idem Terentius, *Fac periculum in literis.* — 34. *At istuc periculum in filia fieri, grave est.*] Memorabile dictum, et id quod merito in proverbium cesserit. — 36. *Quod*

---

29. *Coniugio liberali.*] Ita ἐμφατικῶς dixit, Glycerio nondum cognita, et pro peregrina habita. Heaut. II. 4. 14. Hec. I. 2. 92.

30. *Ex illis sese emersurum malis.*] Utrumque dicitur, *emergere*, et *emergere se.* Cicero, Coel. 31. *Ex eo, quidquid erat,* emersit, *totumque se eiecit, atque extulit.* Nepos, Attic. 11. *Quibus ex malis ut* se emerserat. Contrarium est apud Virgilium Aen. VI. 511. *Sed me fata mea, et scelus exitiale Lacaenae* His mersere malis.

32. *Illum hanc habere.*] Sensus ambiguus, qualis supra II. 5. 19. Incertum enim, an velit Chremes, *illum* Pamphilum *habere hanc* Philumenam; an, *hanc habere illum.* — *Neque me perpeti.*] Loquitur pro patria potestate, qua licebat filiam male collocatam domum reducere. Phorm. II. 1. 74. Adde Menaechmos Plautinas.

33. *Nisi periculum feceris.*] Ita Eun. III. 2. 23. Heaut. I. 2. 36. II. 1. 9. Hec. V. 1. 40. Phorm. II. 2. 12. V. 7. 40. Plautus, Asin. III. 3. 27. *Scio, qui periculum feci.*

34. *Periculum in filia fieri.*] Menandri fertur: ἐπὶ κείρας δοῦναι θυγατέρα. Cicero, Flacc. 27. *Nonne hoc vestra voce vulgatum est, si quid cum periculo experiri velis, in Care id potissimum esse faciendum?*

35. *Incommoditas.*] Διάστης est, molli verbo extenuans rem atrocissimam. Ita mox *discessio* pro divortio. Et Eun. II. 3. 37. Servius ad Ciceronem, Fam. IV. 5. de morte filiae: *Hoc uno* incommodo *addito, quid ad dolorem adiungi potuit?*

36. *Quod Di prohibeant.*] Formula deprecationis et boni

At sí corrigitur, quót commoditatés, vide.
Princípio, amico filium restitueris:
Tibi génerum firmum, et filiae inveniés virum.
***Ch.* Quid istúc? si ita istac ánimum induxti esse útile,** 40

V. 39. Bentl. ex codd. *invenias.* Idem v. 40. ex codd. *Quid istic.*

Dí prohibeant.] Παρένθεσις per εὐφημισμόν. — 37. *At si corrigitur.*] Alter est syllogismus per contraria λήμματα, et ipse negativus. — 38. *Principio, amico filium.*] *Principio*, nec intulit, *secundo. Restitueris, et filiae invenies virum.*] Ergo ἀνακόλουθον duplex. *Amico filium.*] Ab honesto. — 40. *Quid istuc?*] Concedentis, et veluti victi verbum: tanquam si diceret, *quid?* et abundat *istuc.* Vel potius, *quid istuc* significat hominem de loco ac de sententia decedere, ut e contrario *perstare* ac

ominis. Qualis Heaut. V. 4. 15. *Di isthaec.* Adelph. II. 4. 11. *Deos quaeso, ut isthaec prohibeant.* Phorm. V. 8. 16. *Di melius duint!* Cicero, Fam. X. 33. *Quae si*, quod Di prohibeant, *vera sunt, non mediocriter doleo.* Brisson. de Formul. I. p. 86.

37. *Si corrigitur.*] Corriguntur proprie curva, dum rursus recta fiunt. Hinc ad animum depravatum, sed ad bonam frugem reductum refertur. Infra III. 4. 17. Plautus, Trin. I. 2. 79. *Quid tu adolescentem, quem esse corruptum vides, Qui tuae mandatus est fidei et fiduciae, Quin eum restituis? quin ad frugem* corrigis? — *Commoditates.*] Cum una *incommoditas* praecesserit, elegans est oppositio in voce *commoditates. Commodus* autem, cognataeque voces varie usurpantur, notantque (1) utilitatem, uti h. l. et infra IV. 3. 24. Eun. V. 6. 1. Hec. IV. 2. 9. Phorm. V. 3. V. 3. 31. V. 6. 1. (2) de tempore usurpantur. supra III. 1. 18. Eun. II. 3. 15. III. 2. 49. (3) ad mores referuntur. Heaut. III. 2. 10. et 48. Adelph. IV. 5. 76. Hec. I. 2. 20. et 33.

38. *Filium restitueris.*] Ita Plautus supra, et Capt. III. 4. 56. de filio capto: *Illum* restituam *huic; hic autem in Alidem me meo patri.* [*Amico filium restitueris* i. e. feceris, ut eum qui degeneravit pro filio agnoscere possim. Heaut. III. 1. 83. *dum id quaero tibi qui filium restituerem.* Cic. ad Div. III. 12. *Restitueris* ponitur pro restitues, futur. subiunct. pro futur. indicativi. Adelph. I. 2. 47. *si pergis, abiero.* Virg. Georg. II. 51. *Bxuerint silvestrem animum.*]

39. *Generum firmum.*] *Firmus* opponitur ei, qui divortium facit. Hec. I. 2. 26. IV. 1. 41. — *Filiae invenies virum.*] Propria locutio in hac re. Supra II. 3. 22. infra V. 3. 20. Plautus, Menaechm. IV. 3. 20. *Aliam posthac* invenito, *quam tu habeas frustratui.* Eodem sensu dixit Caligula, *Matrimonium sibi repertum Romuli exemplo.* Suet. Calig. 25.

40. *Quid istuc?*] Formula concedentis post aliquam reluctа-

Noló tibi ullum cómmodum in me claúdier.
Si. **Meritó te semper máxumi fecí, Chreme.**
Ch. **Sed quíd ais?** ***Si.*** **Quid?** ***Ch.*** **Qui scís eos nunc díscordare intér se?**
Si. **Ipsús mihi Davos, qui íntimus 'st eorúm consiliis, díxit.**

V. 41. Bentl. *commodum interoludier.*

---

resistere dicitur, qui aliquid negat. *Si istuc animum induxti.*] Legitur et, *animum induxisti.* sed illud plenum est: hoc per μεταπλασμοῦ συγκοπὴν diminuitur. — 44. *Ipsus mihi Davus dixit.*] Commendatio testis: ut, *In foro modo de Davo audivi.* Ergo

---

tionem. Eun. II. 3. 96. Adelph. I. 2. 53. III. 2. 52. Dicitur et *quid istic?* Eun. I. 2. 91. Heaut. V. 5. 9. et 20. Adelph. V. 8. 33. — *Animum induxti.*] Dicitur et *in animum inducere.* Utrumque familiare Terentio. Infra V. 1. 15. V. 3. 12. Eun. III. 237. Heaut. Prol. 41. et 49. V. 4. 5. Adelph. I. 1. 43. IV. 3. 6. Hec. Prol. alt. 42. I. 2. 24. II. 2. 22. II. 3. 4. III. 1. 12. IV. 2. 27. IV. 4. 67. Plautus, Capt. I. 2. 46. *Nunquam istuc dixis, neque* animum induxis *tuum.* Liv. I. 17. ibique Drakenb.

41. *Nolo tibi ullum commodum in me claudier.*] Similis locutio est Eun. I. 2. 83. Imitatur Cicero, Off. II. 15. *Nec ita* claudenda *est res familiaris, ut eam benignitas aperire non possit, nec ita reseranda, ut pateat omnibus.* Fam. VI. 10. *Ut intelligant, omnia Ciceronis* patere *Trebatio.* [Alii utroque Terentii loco corrigunt *claudere*, quod ab antiquis pro *claudicare* dictum esse docet Gronov. ad Liv. XXII. 39. 3. add. Davisius ad Cic. Tusc. Disp. V. 8. quanquam exempla, quibus verbum firmatur, dubia sunt et e locis corruptis petita. Vid. Burmann. ad Ovid. ex Pont. III. 1. 86. Praeterea difficultas est in verbis *in me*; eam vero egregie tollit magnus Bentleius in utroque Terentii loco legens *intercludier.*]

43. *Discordare inter se.*] Promiscue dicitur, discordare, discordare inter se, discordare cum aliquo, et, ab aliquo. Plautus, Merc. II. 1. 7. *Neu* discordarent, *si ambo in uno essent loco.* Cicero, Fin. I. 13. *Cupiditates intus etiam in animis inclusae* inter se *dissident, atque* discordant. Tacitus, Annal. XII. 28. *Cherusci,* cum quis *aeternum* discordant. Quinctilianus, Instit. Orat. VIII. 3. A sermone *tenui sublime nitidumque* discordat.

44. *Intimus est eorum consiliis.*] Eun. I. 2. 47. Vox *intimus* varie construitur. Plautus, Mil. II. 1. 30. *Itaque* intimum *ibi se miles* apud *lenam facit.* Nepos, Dion. 1. *Erat* intimus Dionysio *priori.* Idem, Con. 2. *Ex* intimis regis *ab amicitia eius defecerat.*

Et is mihi suadet, núptias quantúm queam, ut matúrem. 45
Num cénses faceret, filium nisi sciret eadem haec vélle?
Tute ádeo iam eius verba aúdies. heus, évocate huc
Dávum.
Atque éccum: video ipsúm foras exíre.

ipsus, quasi qui maxime sciat. — 47. *Tute adeo.*] *Παρέλκεται adeo* modo, et abundat. ut *Virgilius*, *Tuque* adeo, *quem mox quae sint habitura Deorum Concilia*; *incertum*. — 48. *Atque eccum.*] *Eccum*, quasi *ecce eum*. Veteres dixerunt, *eccum*, *eccuius*, *ellum*, quod apertius significat *ecce illum*, et obscurius *ellum*.

Cicero, Attic. IV. 16. *Itaque* in intimis est meis, *quum antea notus non fuisset*.

45. *Nuptias ut maturem.*] Alibi simpliciter et absolute usurpat. Infra IV. 2. 32. V. 4. 53. Heaut. III. 1. 87. Phorm. IV. 5. 4. Sed et transitive usurpatur. Virgilius, Aen. I. 137. *Maturate fugam.* Cicero, Cluent. 6. *Huic* mortem maturabat *inimicus*.

47. *Eius verba audies.*] H. e. Ex eo intelliges. Plautus, Mostell. IV. 3. 1. *ut* verba audio, *Non equidem in Aegyptum hinc vectus fui.*

ACTUS TERTIUS.

SCENA QUARTA.

DAVUS. SIMO. CHREMES.

Da. Ad te ibam. *Si.* Quídnam est?

Vers. 1. et 2. Bentl. in metrum iambici tetrametri redegit sic scribendo: *Atque eccum video ipsum foras exire. Ad te ibam. Quid-*

Ad te ibam.] *Davus ut recte scribatur, Davos scribendum est: quia nulla litera vocalis gemínata unam facit syllabam. Sed quia ambiguitas vitanda est nominativi singularis et accusativi pluralis, necessario pro hac regula digamma utimur, DaFus, serFus, Fulgus, corFus.* — 1. *Ad te ibam.*] *Locus est, in quo iam ad discrimen*

---

1. *Ad te ibam.*] Formulâ, quâ utimur, obvium habentes, quem

Da. Cur non arcessitur? iam advésperascit. *Si.* Audin' tu illum?
Ego dúdum nonnihil véritus sum, Dave, ábs te, ne facerés idem,
Quod vúlgus servorúm solet, dolís ut me delúderes,
Proptérea quod amat fílius. *Da.* Egon' ístuc facerem? *Si.* Crédidi.
Idque ádeo metuens vós celavi, quód nunc dicam. *Da.* Quíd? *Si.* Scies:
Nam própemodum habeo [tibi] iám fidem. *Da.* Tandém cognosti qui siem.

nam est? || *Cur uxor non adcersitur? iam advesperascit. Audin?* deletis verbis *tu illum.* Idem vers. 3. ne *Dave* in thesi obscuretur, ex uno cod. dedit: *Ego dúdum non nil véritus sum abs te, Dáve, ne facerés idem.*

V. 7. Bentl. *tibi* cum aliquot codd. delevit.

---

mali perducta comoedia, in meliorem partem jam incipis inclinare. — 3. *Ego dudum nonnihil veritus sum, Dave, abs te.*] Semper gravis inceptio orationis, quae exordium, sumit a pronomine *ego*, ut *Ego te quae plurima fando*, et, *Ego postquam te emi a parvulo. Ego dudum.*] Adverbia temporis aut certa sunt, ut hodie, cras: aut incerta, ut dudum, nuper. Itaque incertis certum additur tempus: ut, iam dudum, nunc nuper. *Nonnihil veritus sum, Dave, abs te.*] Breviter, pro veritus ne quid abs te fieret, sic ut supra, *Heu metui a Chryside.* Et Cicero, *Quod precatus sum a Diis immortalibus*, pro eo quod est, quae a Diis petii, precatus eos. — 4. *Quod vulgus servorum solet.*] Totum cum extenuatione protulit, tanquam qui satisfactum voluerit Davo, ob comprobatam fidem eius. — 7. *Nam propemodum habeo iam tibi fidem.*] Ridicula

---

quaerebamus. Phorm. V. 7. 6. Plautus, Cas. II. 2. 9. *Ego ibam ad te.* Et III. 4. 3. *Sed eccum ante aedes.* Ad te, *hercle*, ibam *commodum.*

2. *Iam advesperascit.*] Et *vesperascere*, et *advesperascere*, et *invesperascere* dixerunt. Heaut. II. 3. 7. Cicero, Verr. IV. 65. *Cum* iam advesperasceret, *discessimus.* Livius, XXXIX. 50. *Iam invesperascebat.* Id igitur vult Davus, tempus Philumenae deducendae instare. Sponsae enim ad faces deducebantur. Vide ad Adelph. V. 7. 9.

3. *Nonnihil veritus sum.*] Ita Eun. IV. 1. 1.

4. *Quod vulgus servorum solet.*] H. e. Quod plerique omnes servi solent. Ita Hec. IV. 2. 24. *Vulgus mulierum.* Hinc recte Seneca, Epist. 47. *Quot servi, tot hostes.*

7. *Habeo tibi iam fidem.*] *Habere fidem* est credere. Plau-

Si. Non fúerant nuptiaé futurae. *Da.* Quíd? non? *Si.* Sed ea grátia
Simulávi, vos ut pértentarem. *Da.* Quíd ais! *Si.* Sic res ést. *Da.* Vide!
Nunquam ístuc quivi ego íntelligere. váh! consilium cállidum.
Si. Hoc aúdi. ut hinc te intro íre iussi, oppórtune hic fit mi óbviam.
Da. Hem! Numnám periimus? *Si.* Nárro huic, quae tu dúdum narrasti mihi.
Da. Quidnam aúdio! *Si.* Gnatam út det oro, víxque id exoro. *Da.* Occidi.

V. 10. Bentl. ex uno cod. *Numquam istuc ego quivi intelligere.*
V. 12. *Hem* ad praecedentem versum traxit. v. ad III. 3. 23. Idem ab eo factum infra v. 14. ubi pro vulgato *dixti* dedit *dixisti* ex uno cod. mscrpto.
V. 13. ex Donato *Quidnam audiam?* legit.

---

dilatio eius rei, quae iam dudum nota est auditori. *Nam propemodum habeo iam.*] Hoc est, *prope modum*, cuius accusativus est a *modus*. — 8. *Sed ea gratia.*] *Gratia* pro causa posuit, nove. — 9. *Sic res est.*] Quod Graeci dicunt, οὕτως ἔχει. — 12. *Numnam.*] *Nam παρέλκεται*, ut in *quisnam*. — 13. *Quidnam audio!*] Legitur et *audiam*. *Menander* enim sic ait, τί δῆτ' ἀκούσω; *Occidi. optime.*] Bene usus est παροιμίᾳ, *occidi* et *opti-*

---

tus, Bacchid. IV. 3. 22. *Non habeam tibi fidem tantam.* Nepos, Themist. cap. 7. *Quare aequum esse, illos viros bonos, nobilesque mittere*, quibus fides haberetur. Sed *adhibere fidem* est fidelem esse; diciturque eadem ratione, qua *adhibere curam, diligentiam*, cetera. v. Drakenb. ad Liv. II. 24. 6.

9. *Pertentarem.*] H. e. Valde et probe tentarem, penitus explorarem. Phorm. IV. 3. 14. *Per* enim αὐξητικὸν est, uti in *pernoscere*, et similibus. Cicero, de Orat. II. 78. *Tota causa* pertentata *atque perspecta.*

11. *Hoc audi.*] De hac formula vide supra II. 2. 9. — *Intro ire iussi.*] Factum hoc supra III. 2. 24. — *Hic fit mihi obvius.*] Ita Eun. II. 3. 36. Phorm. IV. 3. 12. Plautus, Mil. III. 3. 24. *Bene opportune* obviam es.

12. *Hem! numnam periimus?*] Haec secum Davus, ad spectatores conversus. — *Narrasti mihi.*] Videlicet supra III. 2. 3. seqq.

13. *Quidnam audio!*] Formula admirantis. Atque ita in-

Si. Hem! — Quid dixisti? *Da.* Optume inquam factum! *Si.* Núnc per hunc nullást mora.

Ch. Domúm modo ibo, ut ápparentur, dícam: atque huc renúntio.

Si. Nunc te óro, Dave, quóniam solus mi éffecisti has núptias —

Da. Ego véro solus. *Si.* Córrigere mi gnátum porro enítere.

Da. Faciam hércle seduló. *Si.* Potes nunc, dum ánimus irritátus est.

V. 15. corr. B. *apparetur*, quod impersonaliter dictum sit, ut Ennuch. III, 5, 35. Adelp. V, 7, 2. Nuptiae nimirum in domo Simonis, non Chremis apparandae erant.

---

me, ut similitudine falleret audientem. — 14. *Per hunc.*] Chremetem scilicet. — 15. *Ibo: atque huc renuntio.*] Varie, *ibo* et *renuntio*. — 16. *Nunc te oro, Dave.*] *Te*, id est, per quem stat summa negotii. Et modo magis vere rogat, quam tunc cum ait, *Dehinc postulo, sive aequum est, te oro, Dave.* ibi enim iracundia latet, cum dixit, *sive aequum est. Effecisti has nuptias*] Non *fecisti*. est enim *efficere* perficere faciendo. Et bene *has*: quarum causa laboro. — 17. *Ego vero solus.*] *Διάνοια*. Et hoc ad increpationem dicit, non ad confirmationem. *Solus.*] Id est, cui non assentiebat Pamphilus. *Porro.*] In futurum, deinceps. Futuri temporis adverbium. vel adhortantis: ut, *Porro, Quirites. Enitere.*] Labora: quasi difficile sit et conatu sit opus. — 18. *Hercle se-*

---

telligunt Simo et Chremes, quum tamen ex ambiguo dictum Davus de rebus Pamphili desperans intelligeret. Ita supra III. 1. 7. — *Occidi.*] Desperantium formula frequens apud Comicos.

14. *Optume inquam factum.*] Dixit autem *optume*, postquam dixerat *occidi*, quia metuit iracundiam Simonis, et ut eum similitudine soni falleret, quod recte observat Donatus. Porro autem *optume factum* gratulantis formula est. Ita supra I. 1. 78. Plautus, Mostell. II. 2. 19. *Usquene valuisti? Th. Usque, ut vides. Tr.* Factum optume. — *Per hunc nulla 'st mora.*] H. e. nihil nuptias moratur. Intelligit Chremetem, de cuius consensu laborabatur. Vide supra I. 1. 138. seqq. et III. 2. 45. seqq.

15. *Adparentur.*] Nuptiae. Ita supra III. 2. 34. et infra IV. 2. 7.

16. *Te oro.*] Ita supra I. 2. 19. ubi vide.

17. *Ego vero solus.*] Tristis haec respondet servus, damnans consilium suum; ita tamen, ut Simoni gloriari videatur.

18. *Faciam hercle sedulo.*] Infra IV. 1. 56. Eun. II. 3. 70.

Da. Quiéscas. *Si.* Age igitúr, ubi nunc est ípsus?
Da. Mirum ní domi 'st.
Si. Ibo ád eum, atque eadem haec, quaé tibi dixi,
dícam itidem illi. *Da.* Núllus sum.
Quid caúsae 'st, quin hinc ín pistrinum récta proficiscár via?

V. 20. Bentl. corr. *tibi quae dixi*, ut *tibi* sub ictu sit.

---

dulo.] Productiones sunt Comici stili, ad fucum orationis positae. *Potes nunc.*] A possibili argumentum. *Dum animus irritatus est.*] Quia dixerat, *Irae sunt inter Glycerium et gnatum. Irritatus est*, commotus, ira provocatus: ut in Phormione, irritor. Ducitur autem verbum a canibus, qui restrictis dentibus hanc literam *R* imitantur. — 19. *Quiescas.*] Id est conquiesce, imperativi modi, ne iniuriosum videretur. *Quiescas.*] Pro quiesce. aut deest *volo*, aut *facito*. *Age igitur.*] *Age*, dic: ut est, *Egi, atque oravi tecum*: aut adverbium est hortandi. *Mirum ni domi 'st.*] Existimationem intulit, incertum fugiens: et est compositum, quasi, hoc est mirum, ni domi est. Caute servus callidam interrogationem senis paratus excepit. Memor simulatae discordiae cum amica, fingit, non se alibi eum esse suspicari, quam domi. — 20. *Dicam eadem illi.*] In aliis *itidem* scriptum est: quod si est, pro *item* accipiamus. An ergo *idem* pro *item? Nullus sum.*] Plus est *nullum esse*, quam *periisse*. nam qui perit, vel corpus habet reliquum: qui vero nullus est, ita non est, ac si natus non sit. — 21. *Hinc.*] Id est, ex hoc loco. *Recta proficiscar?*] Bene *recta*, ut corporis impulsionem lucrifaciam. aut *recta*, ut non eam ad precatorem, aut ad Pamphilum. Et bene *proficiscar*. *Proficisci* enim in rem aegram ac difficilem dicimus. Et *recta via*, plana dixit, non tantum recta. —

Heaut. I. 1. 74. Adelph. I. 1. 25. Phorm. V. 9. 12. Plautus, Epid. 2. 108. *Ego istuc faciam sedulo.— Dum animus irritatus est.*] Ita Adelph. II. 4. 18. Phorm. II. 1. 10. V. 7. 39. Plautus, Stich. II. 2. 21. *Praeter hac si me* irritassis. Vocem explicat Donatus. *Quiescas* i. q. securus sis. Phorm. IV. 3. 65. IV. 5. 1.

19. *Mirum ni domi est.*] H. e. Sine dubio est domi. Eun. II. 1. 24. II. 3. 32. Heaut. IV. 1. 50. Plautus, Capt. IV. 2. 44. Mirum*que adeo* est, ni *hunc fecere sibi Aetoli agoranomum.* [Adde Burmann. ad Ovid. Met. VII. 12. Bentlei. ad Horat. Serm. II. 1, 65.]

20. *Nullus sum.*] Formula desperantis, Comicis familiaris. Eun. V. 7. 22. Hec. III. 1. 39. IV. 4. 31. Plautus, Merc. I. 2. 104. *Vae mihi misero!* nullus sum. Cas. III. 5. 1. *Nulla sum. nulla sum! tota, tota occidi.* [Liv. VI. 18. ibique intpp.]

21. *Quid causae est, quin.*] Ita Hec. IV. 2. 12. Plautus,

Nihil ést preci locí relictum. Iám perturbavi ómnia:
Herúm fefelli; in núptias conièci herilem fílium;
Feci hódie ut fierent, ínsperante hoc, átque invito Pámphilo.
Hem! — astútias! quod sí quiessem, níhil evenissét mali.
Sed éccum ipsum video. óccidi.

V. 25. *Hem* Bentl. annectit praecedenti versui.
V. 26. *eccum video ipsum et* V. 27. *me nunc* tacitus correxit Bentl.

---

22. *Nihil est preci loci relictum.*] Subinngit ergo causas, cur proficiscatur in pistrinum. *Nihil est preci.*] Quod praedixit senex. *Iam perturbavi omnia.*] Allocutio, in qua quid metuat, quid velit, manifestum est. — 23. *Herum fefelli.*] Haec enumeratio causarum est, qua magnifice exaggeravit errores suos. *Conieci.*] Nec immisi, sed *conieci*: quod impetum et iniuriam significat. *Herilem filium.*] Τὸν τοόφιμον. — 24. *Feci hodie.*] Nec solum *feci*, verum etiam addidit tempus, *hodie*: ut ne diecula quidem eius sit, quod fecerat, mali. *Insperante hoc, atque invito.*] *Insperante* et *invito*, duplex offensio. — 25. *Hem astutias.*] Bona *ἰρωνεία*. Pluraliter dixit *astutias*: quasi is, qui

---

Rud. III. 4. 53. Quid causae est, quin *virgis te usque ad saturitatem sauciem?* — *Proficiscar.*] *Proficisci* etiam dicuntur, qui in eadem urbe ex aedibus in aedes abeunt. Eun. II. 2. 49. Phorm. V. 6. 20. Plautus passim.

22. *Nihil est preci loci relictum.*] Phorm. III. 3. 14. Cicero, Fam. I. 1. *Sed plane nec* precibus *nostris nec admonitionibus* relinquit locum.

23. *In nuptias conieci.*] Quasi de vi loquitur, et de ea, qui in vincula sit coniectus. Ita infra III. 5. 14. IV. I. 44. Cicero, Catil. II. 1. *In apertum latrocinium* coniecimus.

24. *Insperante hoc.*] Haec dicens digitum intendit in Simonem abeuntem; quo insperante factum erat, ut Pamphilus diceret, se Philumenam ducturum uxorem. Supra II. 6. 5. Dicit autem *hoc*, per contemtum, de hero non audiente. Ita supra I. 2. 13. II. 4. 2. II. 6. 1. III. 1. 12. III. 2. 15. [*Insperante hoc* i. e. sene, Pamphilo invito. Vid. Muretus ad h. l. *Insperante* pro non sperante rarius est. Eiusdem generis alia sunt aeque rara, *indicens* pro non dicens, *inficiens* pro non faciens, *intritus* pro non tritus, *innotitia* pro ignorantia, de quibus praeclare Gronov. ad Liv. XXII. 39. 2.]

25. *Hem astutias.*] Sarcasmus est. Qualis supra I. 2. 12. *Astute!* Et Heaut. II. 1. 10. *Astutus!*

Utinám mihi esset áliquid hic, quo núnc me praecipitém darem.

abundet astutiis, ut ei una non sufficeret. — 27. *Utinam mihi esset aliquid.*] Non dixit gladium, aut laqueum: ne esset tragicum. Ergo expressit bene, dicens *quo me nunc praecipitem darem.*

27. *Quo nunc me praecipitem darem.*] Ita Adelph. III. 2. 20. Haec dicens fossam aliumve locum depressum circumspicit, quo se praecipitem dans vivus effugiat manus Pamphili. Videtur enim in plano constitisse, nec clivum quem sat cito occupare potuisse. Ita Adelph. IV. 2. 36.

ACTUS TERTIUS.

SCENA QUINTA.

PAMPHILUS. DAVUS.

Pa. **Ubi illic est scelus, qui me perdidit?** ***Da.*** **Perii.** ***Pa.*** **Atque hoc confiteor**

V. 1 — 3. Bentl. metri gratia sic constituit: *Ubi illic est? scelús, qui me hodie. périi. atque hoc confiteor iure Midbtigisse; quán-*

Ubi illic est scelus.]-Haec scena, cuius perturbationis esse debeat, etiam supra poeta praestruxit, quum ad consentiendum Davi consilio tardum Pamphilum faceret. — 1. *Ubi illic est scelus.*] Accusatio. *Ubi illic est scelus.*] Nimium terribile est, saevire ante quam videas eum, contra quem irascaris. *Ubi illic est scelus, qui me perdidit?*] Ad intellectum, non ad verba redegit. et est figura *ἀνάληψις* per genera. *Virgilius, Pars in frusta secans.* Sed hic figura est per numeros: nam quia *scelus* scelestus intelligitur,

1. *Qui me perdidit.*] Ita infra IV. 1. 19. et alibi passim. Plautus, Merc. III. 4. 40. Perdisti me *et fidem mecum tuam.* [*Scelus qui.* Non ad verbum, sed ad intellectum *qui* retulit. Eun. II. 3. 11. *Senium, qui me hodie remoratus est.* Cic. ad Div. I. 9. *Illa furia muliebrium religionum, qui non pluris fecerat Bonam Deam.* Plura huius syntaxis exempla collegerunt Interpretes ad Liv. XXIX. 12. 4.]

Iure mihi obtigisse, quando quidem tam iners, tam nulli consilii
Sum. sérvon' fortunás meas me cómmisisse fútili?
Ergo prétium ob stultitiám fero: sed inúltum nunquam id aúferet.

doquidem tam inérs, tam nulli cónsili sum: Sérvon' futili? Aliter Faërnus, quem iure reprehendit Bentl.

V. 4. B. ex vett. editt. et cod. Reg. *sed inultum id núnquam a me auferet*, nisi fallimur, ut vitetur trochaeus in quarta versus sede.

---

modo *qui* subiunxit, non *quod*. — 2. *Tam iners.*] Sine arte, id est, sine ἀρετῇ. - *Tam nulli consilii.*] Una pars orationis est, *nulli consilii*. nos, *nullius* et *solius:* recte autem veteres *nullo nulli, solo soli*, declinabant. — 3. *Me commisisse.*] Non commendasse: sed, *commisisse*. *Committimus* enim quae cum magno periculo volumus esse servata. *Futili.*] Levi. nam a vase, quod *futile* dicitur, quod non deponunt ministri sacrorum, quod est acuto fundo, et patulo ore, eoque instabile est. *Virgilius, Consiliis habitus non futilis auctor.* — 4. *Ergo pretium ob stultitiam fero.*] Ergo *pretium* et *praemium* generaliter pro bene aut male facto redditur. sed discernitur ita. nam *pretium* pro *stultitia* est poena: pretium pro virtute, honor est et lucrum. *Pretium ob stultitiam.*] Sic *Plautus* locutus est, *Pretium ob asinos*: pro asinorum pretium. *Virgil. Rem magnam, pretiumque morae fore.* Et alibi, *Illum Tydides alio pro talibus ausis Affecit pretio.*---- Et est figura ἐλλειψις. ut apud *Virgil.*

---

2. *Iners.*] Lucilius: *Ut perhibetur* iners, *are in quo non est ulla.* Cicero, Fin. II. 34. *Artibus qui carebant*, inertes *a maioribus appellabantur.* [*Nulli* antique pro *nullius.*] Vid. Cortius ad Sallust. Cat. c. 29. 3. *Nullius consilii esse* significat imprudentem esse. Nep. Dat. c. 1. *Venio nunc ad fortissimum virum maximique consilii* i. e. prudentissimum.]

3. *Fortunas meas me commisisse.*] Lucilius apud *Non.* v. *Credere: Vitam ac* fortunas *cui* crediderim *meas.* — *Futili.*] Vocem hanc explicat Donatus; et uberius vetus scholiastes ad Statii Theb. VIII. 297. his verbis: *Futile vas est quoddam lato ore, fundo angusto, quo utebantur in sacris Vestae, quia aqua in sacris Vestae in terra non ponitur; quod si fiat piaculum est. Ideo excogitatum est vas, quod stare non posset, sed si positum, statim funderetur. Unde et homo commissa non retinens FUTILIS dicitur; contra NON FUTILIS, bonus in consiliis.* Ita Phaedrus, de canibus non continentibus ventrem suum, IV. 17. 33. *Qui miserunt vos tam* futiles.

4. *Pretium ob stultitiam fero.*] Naevius, Alcestide:

Da. Posthác incolumem sát scio fore me, núnc si hoc devitó malum.

Pa. Nam quíd ego nunc dicám patri? negábon' velle mé, modo
Qui súm pollicitus, dúcere? qua fidúcia id facere aúdeam?
Nec quíd me nunc faciám, scio. *Da.* Nec quíd de me: atque id agó sedulo.

V. 8. B. *Nec quid me, atque id ago sedulo*, improbante Hermanno de Bentleii edit. Terentii p. 7. qui ex cod. Lipsiensi praefert: *nec*

Invidisse Deos patriis ut redditus aris. — 5. *Posthac incolumem sat scio fore me.*] Sic dicere solemus in magno periculo positi: nunquam nos periclitaturos, si illud periculum potuerimus evadere. *Posthac.*] Audacter se incolumem in futurum promittit fore, cum vita hominis tam variis multisque sit periculis conferta. Sed hoc dicit: Sic, inquit, periclitor: si hoc evasero, scio me non postea periclitaturum. *Menander* sic: ἂν θεὸς ΦΕΥΓΕΙ ΟΤΔ ΑΝ ΑΠΟΔΥΜΕΙΕ, et est sensus, Tam difficile est hinc evadere, ut qui hinc evaserit, videatur immortalis futurus. — 6. *Dicam patri.*] Bene *patri*, non Simoni: ut de auctoritate huius nominis summus terror exsurgat. *Modo qui sum pollicitus.*] *Modo* mire. etenim maiorem vim habent recentiora promissa. — 7. *Qui sum pollicitus.*] Oratorie. melius *pollicitus sum* dixit, quam *si promisi* diceret. *Qua fiducia.*] *Qua fiducia* ad personam suam retulit. et *fiducia* modo impudentiam significat. — 8. *Nec quid me nunc faciam, scio.*]

Quin ut quisque est meritus, praesens pretium pro factis ferat. Laudat hunc locum Servius ad Virg. Aen. IX. 232. et Aen. XII. 350. Est igitur *pretium* h. l. poena, uti Gr. τιμωρία *poena* dicitur ἀπὸ τῆς τιμῆς, quod est *pretium*. Horatius, Carm. III. 24. 24. *Et peccare nefas, aut* pretium *est mori. Fero* h. l. est nanciscor. Horatius, Carm. III. 14. 27. *Non ego hoc* ferrem, *calidus iuventa, Consule Planco.* — *Inultum nunquam id auferet.*] Vide Adelph. III. 5. 8. Dicitur autem *auferre* quid, qui impune discedit. Idem et *ferre* dicitur. Heaut. V. 1. 45. Ita, quod impune fit, dicitur *abire*. supra I. 2. 3. Sed *ob stultitiam* valet *pro stultitia*. Plautus, Epid. V. 2. 38. *Dedin' tibi minas triginta* ob filiam? Suetonius, Caes. 2. *Qui proscriptione* ob *relata civium Romanorum* capita *pecunias ex aerario acceperant.* [*Inultum nunquam id auferet* i. e. propter id factum a me punietur: ut contra quis *impunitum ferre* item *tacitum ferre* dicitur, cui nemo reclamat et obmurmurat. Vid. Rivius ad h. l. et Gronov. ad Liv. I. 50. 9.]

6. *Nam.*] Vide supra. l. 5. 17.

8. *Id ago sedulo.*] Ita supra III. 4. 18. Infra IV. 1. 56.

Dicam, áliquid iam inventúrum, ut huic malo áliquam producám moram.
Pa. Ohe. *Da.* Visus sum. *Pa.* Ehodum, bone vir, quid ais? viden' me tuis consiliis
Miserum impeditum esse? *Da.* At iam expediam. *Pa.* Expédies? *Da.* Certe, Pámphile.

quid nunc me faciam, scio. D. *nec me quidem atque id ago sedulo.* Idem v. 7. Elem. Doctr. Metr. p. 161. *pollicitus sum* ex Donato.

V. 9. Bentl. corr. *dliquid me inventurum*, ex aliquot codd. Alii libri *iam me.*

V. 10. qui a metro laborat, Bentl. sic refingit: *Pa. Oh. D. Visus sum. P. Ehodum bóne vir, quid agis? viden me consiliis tuis.* —

Nos *quid faciam*, veteres autem *me* addebant. Et nota *faciam* cum ablativo casu. Ablativus casus *me*. *Atque id ago sedulo.*] Id quaero, hoc est, ut inveniam quid faciam. — 9. *Aliquam producam moram.*] *Productem* legitur et *producam*. Significat autem differam, protendam, prolatem. — 10. *Ehodum, bone vir.*] Gravis interrogatio, et minantis cum iracundia. Et hoc *σχοινία* prosequitur, cum omne genus contumeliae leve in eum dicimus, in quem ferimur iracundia. *Viden' me?*] Hoc est, numquid negare potes? — 11. *Impeditum esse?*] *Impeditus* est proprie, qui ita pedes habet illigatos, ut progredi non possit. Sed hic ad negotium retulit.

Eun. II. 3. 70. Adelph. I. 1. 25. Phorm. I. 4. 51. V. 8. 12. Quid *sedulo* sit, explicat Donatus, Adelph. III. 3. 59. — *Quid me nunc faciam.*] Locutio comica. Infra IV. 2. 26. Adelph. IV. 4. 2. Plautus, Aul. IV. 4. 46. *Ev. Quid si fallis? Ly. Tum* me faciat, *quod volt, magnus Iupiter.* Aliter Ovidius, Arte Am. I. 536. *Perfidus ille abiit:* quid mihi fiet? *ait.* [Dicitur etiam *quid de me faciam*, et *quid mihi faciam.* v. Sciopp. Suspectt. Lectt. II. 13. 1055. de Construct. c. 48. Drakenb. ad Liv. XLI. 39. Ruddim. Institutt. II. p. 217. ed. Lips.]

9. *Ut huic malo aliquam producam moram.*] H. e. Ut malum hoc immineps longius propellam. Quod *traxisse moras* dixit Virgilius, Aen. X. 888. *Inferre, iniicere, interponere moram*, Cicero, Inv. I. 9. pro Caecina, c. 2. Phil. X. 1. *Adiicere moram rei alicui*, Quinctil. Instit. Orat. I. 1.

10. *Bone vir.*] Sarcasmus comicus. Infra. V. 2. 5. Eun. V. 2. 11. Adelph. V. 2. 17. 18. Eodem sensu quis *Bonus Vir* vocabatur. Eun. IV. 3. 18. Adelph. III. 4. 30. Plautus, Pseud. IV. 7. 46. *Sed tu* bone vir *flagitare saepe clamore in foro.*

11. *Impeditum esse.*] Vocem explicat Donatus. Utrumque

Pa. Nempe út modo. *Da.* Immó mélius, spero.
Pa. Oh, tíbi ego ut credam, fúrcifer?
Tu rem ímpeditam et pérditam restítuas? hem! quo frétus sim;
Qui me hódie ex tranquillíssima re cóniecisti in núptias.

V. 13. Bentl. *sim* corr. pro *siem.*

At iam expediam.] Non se defendit, sed emendaturum promittit. Et bene ad *impeditum expediam* retulit. duo promisit simul: et tempus cum celeritate, et effectum. — 12. *Immo melius spero.*] Bene *melius* comparativo est usus, quasi hoc bonum sit, illud melius. *Furcifer.*] *Furciferi* dicebantur, qui ob leve delictum cogebantur a dominis, ignominiae magis, quam supplicii causa, circa vicinos *furcam* in collo ferre, subligatis ad eam manibus, et praedicare peccatum suum, simulque summonere caeteros, ne quid simile admittant. Itaque et *Cicero* de servo, *Quid inde furbifer? quo progreditur?* — 13. *Tu rem impeditam et perditam restituas?*] Multum progressus est, *impeditam* dicere: modo *perditam* dixit. Sensus hic est: Integram perdidisti, et perditam restituas? *Tu?*] Hoc est, qui integram expeditamque turbasti. *Quo fretus siem.*] Est memor se ante di-

---

autem, et *impedire* et *expedire*, a compedibus ad omnes difficultates transfertur. Hec. III. 1. 17. Phorm. II. 4. 2. Plautus, Epid. I. 1. 79. *Neque ego nunc quomodo me* expeditum *ex* impedito *faciam*, *Consilium placet.* Livius, IX. 9. *Nostrum exercitum eadem quae* impedierat *fortuna*, expediret.

12. *Furcifer.*] Convicium comicum. Eun. IV. 7. 28. V. 6. 19. Plautus, Capt. III. 4. 31. *at etiam*, furcifer, *Male mihi loqui audes?* Rationem vocis exponit Donatus. [*Tibi ut credam*, suppl. vis, postulas vel simile verbum. Sic saepe *ut* per interrogationem et cum ellipsi ponitur. Supra I. 5. 28. *Eine ego ut adverser?* Hor. Serm. II. 5. 18. *Utne tegam spurco Damae latus?* Vid. Interpretes ad Liv. IV. 2. 12. et Perizon. ad Sanct. Min. I. 13. p. 93.]

13. *Restituas.*] Inclinata, collapsa, et loco mota proprie *restitui* dicuntur. Supra III. 3. 38. Adde Donatum ad Eun. I. 2. 67. IV. 6. 8.

14. *Ex tranquillissima re.*] Phorm. IV. 4. 9. Unde Metaphora translata sit, docet Lucilius, Lib. XXIII. *Quodque te* in tranquillum *ex saevis transfers* tempestatibus. Idem in Centonibus: *Quin potius vitam degis sedatu' quietam*, in Tranquillum *e saevis te tempestatibu' transfers?* Cicero, Fam. IX. 1. *Quum me in res turbulentissimas infidelissimis sociis demisissem.*

An non dixi hoc esse futurum? *Da.* Dixti. *Pa.* Quid meritus? *Da.* Crucem.
Sed sine paululum ad me redeam: iam aliquid dispiciam. *Pa.* Hei mihi.
Cur non habeo spatium, ut de te sumam supplicium, ut volo?

V. 15. Bentl. ex codd. *esse hoc futurum.* Deinde *meritu's*, i. e. *meritus es*, ut docet accentus.

---

xisse, *Davum video, cuius consilio fretus sum.* — 15. *Hoc esse futurum.*] *Ut ab illa excludar, hoc concludar.* Et, *vide quo me inducas.* *Crucem.*] Plena satisfactio est, confessio peccati sine recusatione poenarum. Nam mitiores eas reddimus, quibus vultu operae pretium pro delictis nostris offerimus. *Virgilius, Equidem merui, nec deprecor, inquit.* — 16. *Ad me ut redeam.*] *Redire ad se* dicitur, qui animum recipit, et sedem mentis. *Virgil. Victus redit ad se.* Et hic de corpore dixit. *Dispiciam.*] *Dispicere* est disquirere consilium, *Despicere*, deorsum aspicere. — 17. *Cur non habeo spatium.*]

---

15. *Dixi.*] Vide supra II. 3. 12.

16. *Quid meritus? da. crucem.*] Attici reos capitalis facinoris convictos condemnabant, nullo expresso supplicio: post rei interrogati, quid se meritos putarent, quo magis miserabiles apparerent, poenam suam in maius aestimabant. Atque ita mollitis iudicibus non raro caput salvum abstulerunt. Hunc morem imitantur Pamphilus et Davus. Aristoph. Ran. 1044. *Τί παθεῖν φήσας ἄξιος εἶναι; Δι. Τεθνάναι.* h. e. *Quo supplicio dignum te dicis? Ba. Morte.*

16. *Ad me ut redeam.*] Perturbati, iracundi et insani *exire a se* et *redire ad se* dicuntur. Adelph. V. 3. 9. Hec. III. 2. 12. Petronius, cap. 90. *Quotiescumque coeperis* a te exire, *sanguinem tibi a capite mittam*, ubi vide interpretes, maxime P. Burmannum. Livius, I. 41. *Iubet bono animo esse, sopitum fuisse regem subito ictu; ferrum haud alte in corpus descendisse: iam* ad se redisse. — *Iam aliquid dispiciam.*] Emphatice dixit *Iam*, quia periculum, quod aiunt, in mora erat. Infra IV. 2. 21. Est vero *dispicere* de animi intentione dictum, qua quis quasi in omnem partem lumina convertit et circumspicit, quid agendum sit. Lucretius, VI. 648. *Cunctas in partes* dispiciendum. Cicero ad Q. Fr. I. 3. *Ego quid sperem, non* dispicio. — *Hei mihi.*] Supra I. 5. 28. II. 1. 22. et passim alibi. Plautus, Menaechm. II. 2. 29. Simili sententia: Hei mihi! *Quum nihil est, illi qui homini diminuam caput.*

Námque hoc tempus, praécavere míhi me, haud te ulcíscí, sinit.

V. 18. Bentl. *sinit* mutavit in *monet*. Frustra. Conf. Graevius in Syllog. Epistol. Burmann. T. IV. p. 704. et Ruhnken. ad h. l. et Westerhov.

Οἰκονομία. — 18. *Namque hoc tempus praecavere.*] Sic *Virgilius, Sed motos praestat componere fluctus.* Et est *συλληψις*. illud enim cogit, hoc sinit.

---

18. *Namque hoc tempus.*] Similis fere locutio est Eun. IV. 6. 24. Tacitus, Annal. XI. 31. *Securitati antequam vindictae consuleret.* Nec aliter Venus ad Aeneam, Virg. Aen. II. 594. seqq. — *Sinit.*] Verbum hoc non referendum ad *praecavere*, sed ad *ulcisci*. Ita, quoties duo verba requiruntur, alterum omitti solet, seu id prius sit, seu posterius. Prius omisit Cicero, Fam. V. 19. *Si feceris id, quod ostendis, magnam habeo gratiam: si non feceris, ignoscam; et alterum timori, alterum mihi te negare non potuisse arbitrabor.* Et Virgilius, Aen. II. 780. *Longa tibi exilia, et vastum maris aequor arandum.* Aen. III. 260. *nec iam amplius armis, Sed votis precibusque iubent exposcere pacem.* Nepos, Hannibal. 8. *Namque alii naufragio, alii a servis ipsius interfectum eum, scriptum reliquerunt.* Horatius, Carm. III. 6. 6. *Hinc omne principium huc refer exitum.* Posterius verbum omisit Phaedrus, IV. 17. 31. *Non veto dimitti, verum cruciari fame.* Ubi subaudiendum, *volo*, vel, *iubeo.* Adde Graevium et Dukerum ad Flor. III, 21. 26. et interpretes ad Justin. III. 1. et XI. 9. [*Praecavere.* Mente supplendum iubet vel monet. Nam *sinit* pertinet ad *ulcisci* nec iungi potest cum *praecavere.* Saepe veteres scriptores duobus substantivis unum adiungunt verbum iisdem respondens, quod tamen alterutri pro se posito minus convenit. Cic. ad Att. X. 4. *Horum ego imperatorum non modo res gestas antepono meis, sed ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos duriore conflictati videmur;* ubi *conflictati* non potest iungi cum *florentissima fortuna.* Nam *uti florentissima fortuna* dicimus. Catull. LXIV. 120. *Aut mortem oppeteret Theseus, aut praemia laudis.* ubi vid. Passeratium. Florus IV. 12. 37. *aliis oculos, aliis manus amputabant.* Apul. Met. IV. p. 244. Oud. *Non fusti sed machaera perfossus.* ubi librarii hac ratione loquendi offensi substituerunt *percussus:* immo aliquando unum verbum duobus respondet, ita ut non vicinam, sed plane contrariam significationem habeat v. c. ut in altera pericope valeat *iubere*, in altera *vetare.* Cic. de N. D. I. 25. *Negat esse corpus Deorum, sed tanquam corpus; nec sanguinem, sed tanquam sanguinem.* Phaedr. IV. 17. 31. *non veto dimitti, verum cruciari fame.* Hoc loquendi genus, in quo saepe haeserunt viri docti, praeclare illustrarunt Gronov. Obss. IV. 2. Hemsterh. ad Lucian. Contempl. p. 492. et Dorvill. ad Charit. p. 397.]

ACTUS QUARTUS.

SCENA PRIMA.

CHARINUS. PAMPHILUS. DAVUS.

Ch. Hóccine crédibile, aút memorábile,
Tánta vecórdia innáta cuiquam út siet,
U't malis gaúdeant, átque ex incómmodis

V. 1. vulgo *Hoccin est*, quod Bentl. ex Prisciani codice mutavit. Totus enim versus e dactylis constat.

Hoccin' credibile est.] *Elegans perturbatio, in qua inter se Simo, Pamphilus, Davus, Charinus, Byrrhia, Chremes omnes omnibus redduntur offensi.* — 1. *Hoccin' credibile est.*] Et incredibile est, inquit, et nefandum. E contrario enim ab interrogatione quadam incipiunt, qui nimis irascuntur: ut et illud, *Hoccine humanum factum?* Et totum hoc in pronuntiatione est. hoc enim genus interrogationis vim negandi exprimit. — *Hoccin' credibile est.*] A generalitate incipit, ut *Cicero*, *Quam facile serpat iniuria et peccandi consuetudo, quam non facile exprimatur, videte, iudices.* — 2. *Cuiquam ut siet.*] Singulari et plurali numero respondet. *Cuiquam ut siet, ut malis gaudeant.*] Cum dixisset *cuiquam*, intulit numerum pluralem, ut alibi, *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quamplurimis, et minime multos laedere: In his Poëta hic nomen profitetur suum.* — 3. *Ut malis gaudeant.*] Legitur et *gaudeat*. *Atque ex incommodis alterius sua ut comparent commoda?*] Hoc est, non intelligunt commoda sua, nisi ex alterius incommodis ea aestimaverint. *Ex incommodis alterius.*]

2. *Vecordia innata.*] H. e. malignus animus. Catullus, Carm. XVI. 14. *Quod si te mala mens, furorque* vecors *In tantam impulerit, sceleste, culpam.* Livius Andronicus incerta Tragoedia apud Festum, ex emendatione Scaligeri: Vecorde *malefico vacerra.* Dixit autem *innata*, uti Plautus, Mil. IV. 2. 71. *Non mihi avaritia unquam* innata *'st.*

3. *Ut malis gaudeant.*] Menander apud Stobaeum Flor. Tit. CXII. *Ταῖς ἀνυχίαις μήποτ' ἐπίχαιρε τῶν πέλας.* h. e. *Aliorum malis ne gaudeas unquam.* Homerus, Odyss. XV. 347. *Οἱ δ' ἤδη γναθμοῖσι γελόων ἀλλοτρίοισι.* h. e. *Illi vero iam malis ridebant alienis.* Horatius, Serm. II. 3. 72. *Quum rapies in ius malis ridentem*

A'lteriús sua ut cómparent cómmoda? ah!
'Idne 'st verum! ímmo, id est génus hominum péssi-
mum; in
Dénegandó modo quís pudor paúlum adest:
Póst ubi témpus promíssa est iam pérfici,
Túm coactí, necessário se áperiunt:

Et hic *gaudeant* subauditur. — 4. *Sua ut comparent.*] Hoc est, acquirant, vel aestiment, metiantur. — 5. *Idne 'st verum? immo id genus.*] Alii sic, Verum est; hoc genus hominum hominem se probavit esse, cum malus sit: at sic contra hoc, Immo non hominem, sed pessimum hominem se probavit. *Idne 'st verum? immo id genus.*] Parum accusaverat, dicens, *Idne 'st verum hominum genus?* et ideo addidit, *Immo id genus hominum est pessimum.* ut hoc facere non hominis modo sit, sed pessimi hominis. — 6. *In denegando modo.*] *Modo*, pro tantummodo. *Quis pudor paulum adesti*] Adest pudor, ne denegent: non adest, ut et praestent. — 7. *Post ubi tempus.*] Deest *est:* ut sit, *tempus est.* — 8. *Necessario se aperiunt.*] Mire ait *necessario*, quia na-

---

alienis. [*Gaudeant.* Ita ex melioribus libris legendum pro *gaudeat.* Nam *quisque* et *quisquam* saepe iunguntur cum verbis pluralis numeri. Sallust. Cat. c. 37. *Sibi quisque ex victoria talia sperabant.* ubi vid. Cortius. Liv. II. 22. *pergunt domos eorum, apud quem quisque servierant.* ubi plura Drakenborch.] — *Ex incommodis alterius sua ut comparent commoda.*] Contrarium est Heaut. II. 4. 16. Cicero, Offic. III. 5. *Detrahere igitur aliquid alteri, et hominem hominis incommodo suum augere commodum, magis est contra naturam, quam mors, quam paupertas, quam dolor.* Livius, IV. 58. *Tantum abfuit, ut ex incommodo alieno sua occasio peteretur.*

5. *Idne est verum?*] Ita rei atrocitate percitus et suspirans interrogat, cui non videbatur credibile, eiusmodi in se reperiri Pamphilum. [*Verum* i. e. aequum, iustum. Caesar B. G. IV. 8. *Neque verum esse, qui suos fines tueri non potuerint, alienos occupare.* Liv. II. 48. *verum esse, habere eos, quorum sanguine ac sudore partus sit.* ubi vid. Interpretes. Sic *veritas* pro aequitate est apud Rutil. Lup. II. p. 84. ubi vid. quae annotavimus. Contra *iustum* dicitur pro verum. Vid. Graevius Lect. Hesiod. c. 6. p. 34.]

6. *Quis pudor paulum adest.*] Eadem constructione dixit Plautus, Menaechm. Prol. 16. *Tantum ad narrandum argumentum adest benignitas.*

7. *Promissa perfici.*] Imitatur Plautum, Asin. I. 1. 109. *moriri sese misere mavolet; Quam non* perfectum reddat, *quod promiserit.* [*Tempus perfici* graeco modo dicitur pro perficiendi.]

8. *Coacti se aperiunt.*] H. e. Manifestant, quod tam pul-

Et timent: et tamen res cogit denegare.
Ibi tum eorum impudentissima oratio est,
Quis tu homo es? quis mihi es? cur ego meam tibi?
heus,
Proximus sum egomet mi. Attamen, ubi fides?

V. 9. Bentl. *res premit* ex codice, nescimus quo. Idem v. 11. post *quis tu* inseruit *homo*, et ante *meam tibi* addidit *ego*. Quae in re eum secuti sumus, ut cretici fierent.

---

tura sunt tales: necessitas autem in natura est constituta. *Aperiunt.*] Mire, *aperiunt*: quoniam tunc cum promittebant, mali erant: sed latebat malitia intra pectoris altitudinem. — 9. *Et timent, et tamen res cogit denegare.*] Bis numero subauditur *denegare*. Et melius *timent*, quam si diceret, *pudet eos*. nam timor est etiam malorum, pudor tantum bonorum. *Res.*] Malitia scilicet, tanquam mali sint ad rem, quam praestare non possunt. — 11. *Quis tu es? Quis mihi es?*] *Quis tu es?* ad dignitatem refertur: *quis mihi es?* ad necessitudinem: id est, frater, aut cognatus. Et haec verba mollia sunt dictu, sed animo aspera. *Cur meam tibi?*] Ἔλλειψις. — 12. *Heus, proximus sum.*] *Heus* significatio est modo nominis, ad intentionem considerationemque revocandi. *Proximus sum egomet mihi.*] Id est, charior mihimet ipsi sum, quam quisquam alienus. *Proximus.*] Charus, benevolus. Et hoc est, quod ait supra, *Quo aequior sum Pamphilo, si se illam in somnis, quam illum amplecti maluit.* Inde *proximi* et *propinqui* dicuntur, qui nobis cari esse de-

---

chre dissimulaverunt. Nepos, Themist. 8. *Hac necessitate* coactus *domino navis, quis sit*, aperit.

11. *Quis tu es?*] Formula contemnendi alterum prae se. Cicero, Fam. VII. 16. *Oro te*, quis tu es? Ovidius, Heroid. II. 106. *Hei mihi, si*, quae sim *Phyllis, et unde? rogas.* Florus, III. 10. *Quis est autem Caesar?* Et IV. 12. *Qui vos estis?* [*Quis tu homo es?* Plaut. Curc. III. 42. Mil. Glor. II. 5, 15.]

12. *Proximus sum egomet mihi.*] Vide supra, II. 5. 15. Eandem rem varie extulerunt. Plautus, Trin. V. 2. 30. *Tunica propior pallio est.* Quod Belgae, Germanos imitati, ita: *Het hembd is my nader, dan de rok.* Cicero, Fam. XVI. 23. *Γόνυ κνήμης*, sc. *μᾶλλον ἐγγύς*. h. e. *Genu cura propius est.* Euripides, Medea. 86. *Ὡς πᾶς τις αὐτὸν τοῦ πέλας μᾶλλον φιλεῖ*. h. e. *Ut quisquis sese magis amat quam alterum.* — *Ubi fides?*] Ita Heaut. II. 3. 15. Virgilius, Aen. XI. 55. *Haec mea magna fides?* Suetonius, Ner. 49. *Haec est fides?* [*Ubi fides* formula querentium de perfidia. Heaut. II. 3. 15. *o Iuppiter, ubinam est fides?* Ovid. Epist. VI. 41. *ubi pacta fides?* Cato apud Gell. X. 3. *ubi fides maiorum?*]

Si roges, nil pudent. hic, ubi opus est,
Non verentur: illic, ubi nihil opus est, ibi verentur.
Sed quid agam? adeamne ad eum, et cum eo iniúriam hanc expóstulem?
I'ngeram mala múlta? atque aliquis dícat, nil promóveris.

V. 13. ante Bentl. erat *pudet*. Idem proxima emendavit sic: *hic, ubi opust: illic ubi* ‖ *Nil opust, ibi verentur*. Etenim verba *non verentur* in aliquot libris desunt.

---

bent. — 13. *Si roges.*] Abundat, *si roges*: sed ἠθικῶς additum est. *Nihil pudet.*] *Pudor* est mali facti: *verecundia* recti et honesti. Ergo mire posuit. *Hic ubi opus est.*] Salvo pudore. *Hic.*] Ubi promiserant. — 14. *Illic, ubi nihil opus est, ibi.*] *Illic* et *ibi*, aptum irascenti repetitionis genus. *Illic.*] Legitur et *illi*. *Ubi nihil opus est.*] Ubi nondum promiserunt, ibi verentur; quod ait supra, *In denegando modo quis pudor est paululum.* — 15. *Adeamne ad eum.*] Hic locus deliberationis est: an adeat ad Pamphilum. Et unum *ad* abundat, et moraliter verba Charini sunt posita. *Iniuriam.*] Pro, *de iniuria*. *Expostulem.*] *Expostulatio* est adversus eum, quem incusamus. nam *expostulare* est querelam apud eum ipsum deponere de eo ipso, qui fecit iniuriam. *Postulare* autem, querelam dicere de altero apud alterum. — 16. *Ingeram mala multa?*] Quasi tela, ita se dicit ingesturum mala. *Atque aliquis dicat, nihil promoveris.*] Hoc dicit, Et si existat aliquis, qui mihi dicat, Quid profeceris? respondebo, Mul-

---

13. *Hic, ubi opus est, non verentur.*] Plautus, Epid. II. 1. 1. *Plerique homines, quos, quum nihil refert, pudet: ubi pudendum est, Ibi eos deserit pudor, quum usus est, ut pudeat.* Cicero, Quinct. 25. *Et sero, et nequidquam pudet.*

15. *Cum eo iniuriam hanc expostulem?*] *Expostulare* proprie est tanta cum vehementia postulare, usque donec impetres, uti *exorare* et similia. Dicunt autem et simpliciter *expostulare*, et *expostulare cum aliquo*, et *expostulare cum aliquo iniuriam*, vel simile. Sed et *expostulare de iniuria*. Proprie usurpavit Suetonius, Tib. 13. *Coactus est tam suis, quam matris impensissimis precibus reditum* expostulare.

16. *Ingeram mala multa?*] Plautus, Bacchid. IV. 8. 34. *ut tibi mala multa ingeram?* Horatius, Serm. I. 5. 11. *Tum pueri nautis, pueris* convicia *nautae* Ingerere. Gellius, VII. 11. *Quum in eundem Antonium* probra *quaedam alia ludibriosa et turpia* ingessisset. [Plura Oudendorp. ad Lucan. V. 681.] — *Atque aliquis dicat.*] Ita Heaut. I. 1. 20. Phorm. II. 2. 20. Brutus ad Ciceronem, Fam.

Múltum: molestus cérte ei fuero; atque ánimo morem géssero.

Ph. **Charíne, et me, et te imprúdens, nisi quid Dí respiciunt, pérdidi.**

Ch. **'Itane, imprudens? tándem inventa 'st caúsa. solvisti fidem.**

V. 17. Bentl. *Nil? molestus* etc.

---

tum. — 17. *Multum.*] Non subiunxit, quo modo multum? sed, illud faciam. *Multum.*] Subauditur *promovero.* — *Molestus certe ei fuero.*] Transitum fecit dicendo, *Molestus certe ei fuero.* hoc est, si nihil aliud promovero, certe ei molestus fuero. *Atque animo morem gessero.*] Erit fructus iracundiae ex vindicta. Et per iracundiam atque turbationem non invenit quod sit *multum:* aliud ergo invenit, *Molestus certe ei fuero.* — 18. *Charine, et me, et te.*] Mire et artificiose fecit Pamphilum priorem alloqui, ad perfringendam iracundiam Charini. alioquin si prior vociferari potuisset, tragica exclamatione usus fuisset. *Imprùdens.*] Defensio ab imprudentia. etenim nisi bonae esset conscientiae, nunquam diceret, *te perdidi*, purgaturus. — 19. *Itane imprudens?*] *Imprudens*, distingue. Et attende, hoc illum repetere, quod indignatur magis, quasi audierit, *imprudens*, et non audierit reliqua. *Itane imprudens?*] Quia articulus omnis defensionis per concessivam qualitatem hoc dicto est constitutus: idcirco hoc ipsum Charinus per infirmationem repetit, hoc cupiens eripere Pamphilo, quo

---

XI. 1. *Succurret fortasse hoc loco alicui vestrum.* [*Nihil promoveris* i. e. nihil profeceris. Vid. Obss. Misc. Nov. II. p. 8.]

17. *Animo morem gessero.*] Idem est *sibi morem gerere.* Heaut. V. 1. 74. Eodem sensu *obsequi animo suo* dixit Plautus, Poen. I. 1. 48.

18. *Nisi quid Di respiciunt.*] H. e. Nisi propitii nobis sunt Dii. Plautus, Bacchid. IV. 3. 24. *Deus respicit nos aliquis.* Cicero, Att. I. 16. *Nisi quis Deus respexerit.* Sed et homo hominem *respicere*, id est, favore prosequi dicitur. Adelph. III. 2. 55. Martialis, X. 10. 5. *Qui me* respiciet, *dominum regemque vocabo.* Sed et in malum sensum usurpatur. Justinus, XIV. 4. *At vos, ait, devota capita*, respiciant dii, *periuriorum vindices.* [*Quid* saepe abundat post particulas *si* et *nisi.* Cic. ad Div. IV. 1. *Trebatio mandavi, ut si quid tu eum velles ad me mittere, ne recusaret.* Horat. Serm. II. 1. 78. *nisi quid tu, docte Trebati, Dissentis.* Vid. Heinsius ad Ovid. Epist. VI. 151. et Drakenborch. ad Liv. III. 48. 4. *Ruhnk.* Non abundat.]

19. *Solvisti fidem.*] Attius, Atreo: TH. *Fidem fregisti.*

Pa. Quíd tandem? *Ch.* Etiam núnc me ducere ístis dictis póstulas?
Pa. Quíd istuc est? *Ch.* Postquám me amare dixi, complacita ést tibi.
Heú me miserum! quí tuum animum ex ánimo spectaví meo.
Pa. Fálsus es. *Ch.* Nónne tibi satis ésse hoc visum sólidum ést gaúdium,
Nísi me lactassés amantem, et fálsa spe produceres?

V. 20. Bentl. *Quíd ita tándem?* C. *Etiám me dictis dúcere istis póstulas?* ex coniect.

V. 23. inconcinnum Bentl. sic refingit: *Fálsus es. Non sátis tibi esse hoc sólidum visumst gaúdium.* Aliquot codd. *solidam est visum.*

---

ille maxime nititur. — 22. *Qui tuum animum.*] Legitur et *cum.* — 23. *Falsus es.*] Modo participium est, id est, *falleris*: si Pamphilus id dicit. Si vero coniungitur, pro *fallax* accipitur. *Hoc solidum.*] *Solidum*, plenum, idoneum, integrum. — 24. *Nisi me lactasses.*] Produxisses, oblectasses, induxisses: quae significatio frustrationem ostendit. *Lactare* est inducere in aliquam vo-

---

AT. *Neque dedi, neque do infideli quoiquam.* Est autem *solvisti fidem* h. l. dictum ironice pro, *non solvisti, rupisti, fefellisti.* Florus, I. 1. 12. *Illi us es* fidem solverent, *et ulciscerentur, clypeis obruere.* ubi vide quae notavit Dukerus. Contra promittentes dicuntur *adstringere fidem.* Eun. I. 2. 22. Eodem sensu dixit Suetonius, Claud. 9. *Cum* obligatam *aerario* fidem liberare *non posset.*

20. *Ducere dictis.*] H. e. Dolis deludere. Supra I. 2. 9. infra Phorm. III. 2. 15. Plautus, Capt. IV. 2. 7. *Hic est ille senex ductus, quoi verba data sunt.* Idem Graecis est ἄγειν et ἄγειν τῆς ῥινός. Quod Germani imitati dicunt, *bei der Nase herum führen.* Et ita fere Batavi. [*Postulas*, i. e. vis, cupis. Infra v. 33. *Nec postulabat nunc quisquam uxorem dare.* Adelph. II. 2. 30. *Ut hanc mihi eripere postulet.* Vid. notata ad Rutil. Lup. II. p. 134.]

22. *Tuum animum ex animo spectavi meo.*] Eun. I. 2. 118. Plautus, Trin. IV. 3. 42. *Ex eorum ingenio ingenium horum probant.* Stich. I. 1. 3. *nos eius animum De nostris factis noscimus.*

23. *Falsus es.*] H. e. Falleris, erras. Plautus, Aul. II. 1. 4. *Haud* falsa sum, *Nos odiosas haberi.* Vide quae notavit Cortius ad Sallust. Catil. X. 5. — *Solidum gaudium.*] Ita dixit, uti *solidum beneficium*, Eun. V. 2. 32. Plautus, Merc. I. 1. 21. *Magno atque solido multat infortunio.* Intelligit igitur gaudium integrum.

24. *Lactasses.*] Vocem explicat Donatus. Vide infra V. 4. 9.

Habeas. *Pa.* Habeam? ah! nescis, quantis in malis
versér miser,
Quantásque hic snis: consíliis mihi confécit sollicitúdines,
Meus cárnufex. *Ch.* Quid istúc tam mirum est, dé
te si exemplúm capit?

V. 27. *est* delevit Bentl. ex Eugraphio.

luptatem, a *lactando*, unde et *oblectare* dicitur. — 25. *Habeas.*] Permissio animi irati. *Habeam?*] Ut supra, *Aut si tibi hae nuptiae sunt cordi. Pa. Cordi! — Ah, nescis, quantis in malis, verser miser, Quantasque hic suis consiliis mihi confecit sollicitudines.*] *Eloquia*, ut supra, *Cuius consilio fretus sum.* Et cum *verser* protulerit, *conficiat* debuit inferre. est ergo ἀναζεύγμενον, aut ut est illud: *Principio, amico filium restitueris, tibi generum firmum, et filiae invenies virum.* — 26. *Confecit.*] Legitur et *conflavit. Sollicitudines.*] Perturbationes. — 27. *Meus carnufex.*] Id est, in me carnufex, qui me torserit; ut alibi, *Deo irato meo*: hoc est, in me irato Deo. — *Si de te exemplum capit?*] Utrum, *si te imitatur*: an, *si de te exigit poenas?* ut ipse alibi, *Uterque exempla in te edent.* sed melius, *te imitatur*, accipimus. —

Accius, apud Nonium I. 25. *Frustrando lactans.* Plautus, Cistell. II. 1. 8. *Ita me amor lassum animi ludificat, fugat, agit, adpetit, Raptat, retinet*, lactat; *quod dat, non dat, deludit.* Eodem sensu dixit Virgilius, Aen. I. 352. *Vana spe lusit amantem.* — *Produceres.*] Supra III. 5. 9. Et homo et res *produci* dicitur. Plautus, Trin. II. 2. 59. *Illi* producit vitam *ad misericordiam.*

25. *Habeas.*] Vide infra. V. 3. 18. [*Habeas.* Formula eius, qui quid cum ira et indignatione concedit. Infra V. 3. 18. *immo habeat, valeat, vivat cum illa.* Sueton. Caes. c. 1. *Vincerent ac sibi haberent.* Vid. Donatus ad h. l.]

26. *Confecit.*] Postquam *verser* dixit, alio modo *confecit* subiungit. De qua variatione vide Munkerum ad Hygin. Fab. CXLVIII. [Observanda est modorum variatio *verser* et *confecit* pro confecerit, accuratissimis etiam scriptoribus usitata. Liv. XXXVIII. 33. *Non quia salvos vellet, sed quia perire causa indicta nolebat.* Duker. ad Flor. II. 15. p. 386. Cort. ad Sallust. Iug. c. 4. et Munker. ad Hygin. Fab. 148. *Conficere* ponitur pro simplici facere. Heaut. V. 3. 1. *aliquid gnato conficies mali.*]

27. *Meus carnufex.*] H. e. Qui me excarnificat. Convicium comicum in servum. — *De te si exemplum capit.*] Adelph. III. 4. 52. Plautus, Mostell. III. 2. 75. *Nunc* hinc exemplum capere *vult, nisi tu nevis.* — *Si.* Nae ille malo quidem ab opere exemplum petit.

Pa. Haud istuc dicas, si cognoris vél me, vel amorém meum.
Ch. Scio. cúm patre altercásti dudum: et ís nunc propterea tibi
Succénset: nec te quívit hodie cógere, illam ut dúceres.
Pa. Immo étiam, quoòtu mínus scís aerumnás meas:
Hae núptiae non ádparabantúr mihi:
Nec póstulabat núnc quisquam uxorém dare.
Ch. Scio: tú coactus tuá voluntate és. *Pa.* Mane.

V. 32. Bentl. ex Donato *Haec nuptiae.* v. ad I. 1. 99.

---

28. *Haud istuc dicas, si cognoris.*] Nosti enim: sed *si cognoris*, non ita dicas. — 29. *Cum patre altercasti.*] Ab iis quae facta sunt, ad ea quae facta non sunt. *Cum patre altercasti.*] Legitur et *altercatus es.* non enim *alterco* dicimus. — 30. *Nec te quivit hodie cogere.*] Hoc argumentum attulit ex iis, quae non sunt facta, cum fieri debuerint. — 31. *Immo etiam.*] Propterea et amplius. *Immo etiam.*] Deest, *audi. Quo tu minus scis aerumnas meas: hae nuptiae non adparabantur mihi.*] *Quo* id est, *quod.* et deest, *audi*, vel *accipe:* ut sit, *quod*, vel *quoniam minus scis.* Vel *quo*, id est, *ex quo* aut *quare.* Aut certe erit sensus, cum huiusmodi tamen subauditione, *Immo etiam quo tu minus scis aerumnas meas, eo magis audi.* Aut, *Immo etiam hae nuptiae non parabantur mihi, quo ipso minus tu scis aerumnas meas.* id est, falsae nuptiae erant: quae res te fallit magis, irascique mihi cogit merito. — 32. *Hae nuptiae.*] Legitur et *haec nuptiae.* sic enim veteres dixerunt. *Non adparabantur.*] *Adparari* cum dativo casu semper cladem et perniciem significat. ut *Virgilius, Mihi sacra parari.* — 34. *Coactus tua voluntate es.*] Haec est accusatio. ille enim excusat per imprudentiam: hic arguit voluntatem. hoc ergo dixit: Eo gravius, quod nullo cogente peccasti. —

---

30. *Succenset.*] Supra II. 6. 17. [*Altercasti* antique pro altercatus es. *Alterari* proprie est alternis loqui etiam sine iurgio. Caesar B. C. III. 19. Vid. Gesner. in Thes. L. L. h. v. Hinc *altercationes* opponuntur perpetuis orationibus; vid. Drakenb. ad Liv. IV. 6. 1.; deinde hoc verbum translatum est ad contradictiones disputantium, expostulantium vel rixantium.]

32. *Adparabantur.*] Supra III. 2. 34. et III. 4. 15.

34. *Scio.*] Ita solent, qui per ironiam respondent. Infra V. 1. 19. — *Coactus tua voluntate es.*] Ὀξυμωρον species. Cicero, Fin. II. 20. *Sua* voluntate, *nulla vi* coactus. Homerus, Iliad. Δ. 43. ἑκὼν

Nondúm scis. *Ch.* Scio equidem fíllam ducturum
ésse te.
Pa. Cur me énicas? hoc aúdi: nunquam déstitit
Instáre, ut dicerém, me [esse] ducturúm, patri:
Suadére, orare, usque ádeo donec pérpulit.
Ch. Quis homo ístuc? *Pa.* Davos. *Ch.* Dávos! *Pa.*
Davos ómnia.
Ch. Quamóbrem? *Pa.* Nescio: nísi mihi Deós satis

V. 35. Cod. Pal. *Nondum etiam scis.* Unde Bentl. versum sic refinxit: *Nondum étiam scis. Scio équidem ducturum ésse te*: deleto *illam*. Vers. 37. idem *esse* delet, quod nec Donatus legit. Sic etiam Faërnus.

V. 39 seqq. Bentl. sic refinxit: *Quis homo istuc?* P. *Davos.* C. *Dávos? quamobrem?* P. *néscio.* || *Nisi mihi deos fuisse irátos, qui auscultaverim.* || *Factum ést hoc, Dave?* etc.

---

36. *Cur me enicas?*] Excrucias. — 37. *Instare, suadere, orare.*] Quia dixit, *instare, suadere, orare*, non plus dicere posset, quando nihil potest esse. — 39. *Davus.*] *Davus* cum admiratione pronuntiandum. *Interturbas.*] Deerat et hic, ut Davus diceret: sed plus intulit, *interturbas*. Et *inter*, modo non mediocriter significat: est enim adauctiva particula: ut *interfectus*, *interemptus*. Modo *poss.* ut, ---- *hunc inter. fluvio Tiberinus amoeno Vorticibus rapidis, et multa flavus arena In mare prorumpit.* — 40. *Nescio.*] Quia irascitur Davo, dixit *nescio:* alioquin scit. — *Nisi mihi Deos satis scio fuisse iratos.*] Deest *quia*: ut sit,

---

ἀλλοντί γε θυμῷ. h. e, *Volens, invito tamen animo.* — *Mane.*] Formula est, qua utimur in eos, qui nimio affectu vel dicunt, vel faciunt quid. Heaut. II. 3. 32. V. 1. 17. Eodem fere sensu usurpatur *Hoc audi.* Vide supra III. 4. 11.

36. *Nunquam destitit instare.*] Caecilius, Plotio: *ita plorando, orando, Instando atque obiurgando me obtudit.* Plautus, Cistell. II. 3. 39. destiti Instare *usque adeo, donec se adiurat anus Iam mihi monstrare.* Cicero, Fam. I. 1. *Pompeium et hortari, et orare, et iam liberius accusare, et monere, ut magnam infamiam fugiat, non desistimus.*

38. *Perpulit.*] Infra V. I. 9. Plautus, Epid. I. 1. 80. *Ego miser* perpuli *meis dolis senem.* Livius, I. 59. *Incensam multitudinem* perpulit, *ut imperium regi abrogaret.*

40. *Nisi.*] Comicum est pro *Sed.* Enn. III. 4. 10. IV. 5. 9. Heaut. V. 6. 2. et passim alibi. Plautus, Pseud. IV. 6. 4. *non edepol scio.* Nisi *observemus quo eat, aut quam rem gerat.* Sed et ita Cicero,

Scio fuisse iratos, qui auscultáverim.
Ch. **Factum est hoc, Dave?** ***Da.*** **Factum.** ***Ch.*** **Hem! quid ais, scelus?**
At tibi Di dignum factis exitium duint.
Eho, dic mihi, si omnes hánc coniectum in núptias

nisi quia. — 42. *Factum hoc est?*] Non quod non credat, interrogat; sed quod increpet. — 43. *At tibi Di.*] At, principium ad increpationem aptum. ut *Virgilius, At tibi pro scelere.* — Et *Horatius, At ô Deorum quisquis in coelo regis Terras, et humanum genus.* 44. *Eho, dic mihi.*] *Eho* interiectio est intentionem audientis exposcens. *Dic mihi.*] Semper τὸ *dic mihi* iniuriosum est: ut

---

Fam. XIII. 73. *De re nihil possum iudicare*, nisi *illud mihi certe persuadeo, te, talem virum, nihil temere fecisse.* Idem Graecis valet εἰ μὴ, et ἐὰν μὴ. [*Nescio: nisi* — sic legitur Heaut. III. 2, 31. Adelph. IV. 5, 64. Phorm. III. 1, 11. V. 8, 6. Plaut. Pseud. I. 1, 105. I. 1, 155. Rud. IV. 3. 85. Plura habent Groiiov. ad Plaut. Men. Prol. v. 59. Drakenb. ad Liv. XXIV. 20.] — *Mihi Dii satis scio fuisse iratos.*] Plautus, Rud. IV 4. 102. *Tibi hercle Deos iratos esse oportet, quisquis es.* Phaedrus, IV. 19. 15. *Diis est iratis natus.* ubi vide interpretes. Et recte notat Burmannus, veteres aut deorum hominumve voluntati, aut fatorum necessitati, res omnes tribuisse. [*Mihi Deos fuisse iratos* i. e. me stulte egisse, non satis sanam mentem habuisse. Credebant enim Veteres, Deos ei, quem punire vellent, mentem et consilium eripere. Phorm. I. 2. 24. *memini relinqui me Deo irato meo.* Phaedr. IV 19. 15. *Dis est iratis natus, qui est similis tibi.* ubi vid. Interpretes. Contra iis, qui sanam mentem haberent, Deos propitios esse dicebant. Phorm. IV. 3. 31. *satin illi Di sunt propitii.* Brisson. de Formul. I. p. 100.]

43. *At.*] Imprecandi et exsecrandi vim habet in orationis initio. Eun. III. 1. 41. Hec. I. 2. 59. Virgilius, Aen. II. 535. *At tibi, pro scelere, exclamat, pro talibus ausis Di (si qua est coelo pietas, quae talia curet) Persolvant grates dignas, et praemia reddant Debita.* Sed et usum habet in faustis precationibus. Plautus, Menaechm. V. 7. 37. *At tibi di semper, adolescens, quisquis es, faciant bene.* — *Exitium duint.*] Phorm. V. 7. 83. Ita Plautus, Most III. 1. 126. *Malum quod isti di deaeque omnes duint.*

44. *Dic mihi.*] Magis curiosum, quam iniuriosum est. Ita infra V. 4. 28. [Hac formula utuntur vel curiosi, vel cum stomacho et superbia interrogantes. Eun. I. 2. 20. Hec. III. 2. 21. Vid. Broukhusius ad Propert. IV. 3. 23. et Burmannus ad Ovid. Epist. XVI. 341.] — *Coniectum in nuptias.*] Ita supra III. 4. 23. III. 5. 14. Cicero, Fam. I. 9. Iecit *quidam casus caput meum quasi certaminis causa in mediam contentionem dissensionemque civilem.*

Inimici vellent; quód, nisi hoc, consilium darent? 45
Da. Decéptus sum, at non défatigatus. *Ch.* Scio.
Da. Hac nón successit, ália adgrediemúr via.
Nisi id putas, quia primo processit parum,
Non pósse iam ad salútem converti hóc malum.
Pa. Immo étiam: nam satis crédo, si advigiláveris, 50
Ex únis geminas mihi conficies núptias.

V. 45. Bentl. ex codd. *quidni hoc consilium darent?* ut versus decurrat lenius.

V. 48. Bentl. corr. *Nisi si id putas.* Idem v. 49. legit magis numerose: *Non iam ad salutem posse converti hoc malum.*

Virgilius, Dic mihi, Damoeta, cuium pecus? — 45. *Quod, nisi hoc, consilium darent?*] Cum odio *hoc* pronuntiandum est. ideo *coniectum* dixit. — 46. *Deceptus sum.*] Concessio. *Scio.*] *Τὸ Seio* non ad deceptionem, sed ad defatigationem reddit, ergo cum *εἰρωνείᾳ* sonandum. — 47. *Hac non successit.*] Deest, *quod conabamur:* et proprie de bono sic dicitur. *Alia adgrediemur via.*] Vel *adoriemur*, id est, enitemur. *Adoriri* proprie di-

---

46. *Defatigatus.*] H. e. Lassus, cura confectus. Supra II. 1. 4. Cicero, Fam. X. 19. *Cupio omnia reip. causa: sed, mehercules, in ea conservanda iam* defatigatus.

47. *Alia via.*] Alio modo, ratione, pacto. Supra II. 6. 11. Eun. II. 2. 16. Heaut. I. 1. 49. IV. 5. 41. et passim alibi. Plautus, Epid. II. 2. 9. *Ipsi hi quidem mihi dant* viam, *quo pacto ab se argentum auferam.*

48. *Processit parum.*] Plautus, Stich. III. 2. 39. *Equidem hercle orator sum, sed* procedit parum. Sallustius, Catil. 32. *Quod neque insidiae consuli* procedebant. Liv. II. 44. ibique Drakenborch.

49. *Ad salutem converti hoc malum.*] Livius, II. 31. *Id male commissum ignavia hostium* in bonum vertit. Cicero, Fam. XI. 13. *Qui quidem eas copias, quas diu simulatione reip. comparabant, subito ad patriae periculum* converterunt.

50. *Advigilaveris.*] Phorm. I. 4. 26. Plautus, Pers. IV. 4. 63. *Heus tu*, advigila. Cicero, Legg. II. 12. *Ut* advigiletur *facilius ad custodiam ignis.* Videtur autem *ad* in *advigilo* intendere significationem, uti in *adcuro* et similibus.

51. *Unis.*] Adiectivum *unus, a, um*, additum substantivo pluralis numeri, etiam pluralem formam recipit. Cicero, Fam. II. 7. Unis literis *totius aestatis res gestas ad Senatum perscriberem.* Attic. I. 5. *Sed abs te* unas *mihi scito* literas *redditas esse.* Sallustius, Catil. VI. *Postquam in* una moenia *convenere.* Sed et *uni* addi-

Da. Ego, Pámphile, hoc tibi pró servitio débeo,
Conári manibus, pédibus, noctesque ét dies,
Capitís periclum adíre, dum prosím tibi.
Tuum 'st, sí quid praeter spem évenit, mi ignóscere. 55
Parúm succedit quód ago: at fácio sédulo.
Vel mélius tute réperi; me missúm face.

citur repente ex insidiis aliquem invadere. — 52. *Hoc tibi pro servitio debeo.*] *Μεταληπτικῶς* vel *μετωνυμικῶς servitium* pro servitute posuit: ut, *Servitio enixae sulimus.* — 53. *Conari manibus, pedibus, noctesque et dies.*] Ad id intulit, quod ait supra, *Quem ego credo manibus pedibusque obnixe omnia facturum.* Et accusativo casu sine intermissione significat, *Noctes et dies. Manibus, pedibus.*] *Περιβολικῶς.* — 55. *Praeter spem evenit.*] *Evenit*, productum magis: quia hoc perpetuo non vult Pamphilo accidere. Ergo *evenit*, non autem *evenit*, media correpta. — 56. *Parum succedit quod ago.*] Si nostrum est, officia praebere: at nostrum non est, fortunam posse praestare. Et bene, *succedit*, ut quod agimus, ostendat successus esse fortunae. *Parum succedit quod ago.*] Utilis sententia pro sapiente contra fortunam. *Sedulo.*] Id est, ex animo, et sine dolo. — 57. *Me*

---

tum nominibus a singulari formatis *soli* notat. Caesar, B. G. IV. 7. *Sese* unis Suevis *concedere.* cap. 16. Uni Ubii *legatos miserant.* Denique *unus* notat *idem.* Prudentius contra Symmach. II. 782. *Immo etiam iniustus pariter iustusque sub* uno Axe *habitant*; unas *capit impius et pius* auras.

53. *Conari manibus, pedibus.*] Supra. I. 1. 134. [*Noctesque et dies* i. e. summa assiduitate, sine ulla intermissione. Eun. I. 2. 113. Sallust. Iug. c. 23. et ibi Cortius. Copula *que* eleganter ponitur ante aliam copulam. Adelph. I. 1. 39. *aequumque et bonum.* Liv. Praefat. extr. *votisque ac precationibus.* Vid. Drakenborch. ad Liv. II. 30. 1.]

54. *Capitis periculum adire.*] Cicero, Fam. X. 31. *Plane* pericula *non dubitanter* adii. Virgilius, Aen. I. 10. *Insignem pietate virum tot* adire labores. Suetonius, Claud. 9. *Etiam vitae* periculum adiit.

55. *Praeter spem evenit.*] Supra II. 6. 5. Adelph. V. 8. 29. Phorm. II. 1. 16. Similia fere sententiae verba refert Suetonius, Ner. 23. *Omnia se facienda fecisse, sed eventum in manu esse Fortunae: Illos, ut sapientes et doctos viros, fortuita debere excludere.*

56. *Parum succedit, quod ago: at facio sedulo.*] Ita Cicero, pro Balbo, c. 27. *Voluimus quaedam, contendimus, experti sumus: obtenta non sunt.*

57. *Me missum face.*] Ita infra V. 1. 14. Phorm. V. 7. 53.

Pa. Cupio: restitue in quem me accepisti locum.
Da. Faciam. *Pa.* At iam hoc opus est. *Da.* Hem!
st, mane: concrepuit a Glycerio ostium.

V. 58. Bentl. ex codd. *Restitue quem e me accepisti locum.* Deinde v. 59. sublatis *Hem* et *Mane*, atque eorum vice substituto *Hinc*, legit: *Faciam. P. At iam hoc opus est. D. Sed concrepuit hinc a Glycerio ostium.*

---

miesum facet.] Id est, noli uti opera mea. — 58. *Restitue in quem me accepisti locum.*] Sensus hic est: Omnia mihi integra et salva redde, qualia tibi tradidi consulturo, vel cum nihil promisissem patri. — 59. *Hem! st, mane.*] Hoc quasi incipientis,

---

Videtur esse locutio militaris. Cicero, Offic. I. 11. *M. quidem Catonis ultima epistola est ad M. filium, in qua scripsit, se audisse, eum missum factum a Cos. quum in Macedonia bello Persico miles esset.*

68. *Restitue in quem me accepisti locum.*] Locutio graecissans, ubi relativum, neglecto vel sequente verbo, vel particula, casu cum praecedente convenit. Latinius erat, *Restitue me in eum locum*, in quo *accepisti*. Ita ad Ciceronem Lucceius, Fam. V. 14. *Cum scribas, et aliquid agas eorum*, quorum *consuesti*. Vide Sanctii Minervam, IV. 12. init. Plautus, Mil. III. 1. 106. *si istam semel amiseris Libertatem, haud facile te* in eundem *rursus* restitues locum. Suetonius, Oth. 2. *Priusquam plane* restitutionem *ei impetraret.* [*Restitue in quem* etc. In optimis membranis legitur *restitue quem a me accepisti locum*; quam lectionem Bentleius confirmat ex Phorm. prol. v. 33. Locutio translata est a re militari. Milites enim dicuntur tueri locum, cedere loco, dimittere locum, locum non tenere. Vid. Burmannus ad Ovid. Art. Am. I. 234. et Cort. ad Sallust. Catil. c. 9. 4. Verum nec altera lectio spernenda *restitue in quem* etc. Cic. ad Att. II. 23. *restituique in eum locum supere, ex quo decidit.* Sed est Graecismus, in ea lectione sic explicandus, *restitue me in illum locum, in quo me accepisti.* Graeci enim pronomen eodem casu ponunt, quo nomen antecedens, quam rationem interdum imitantur Latini. Livius I. 29. *raptimi quibus quisque poterat elatis.* Horat. Serm. I. 6. 15. *Iudice quo nosti populo*, ubi vid. Bentleius.]

59. *Iam.*] Omnis emphasis verborum Pamphili est in hac voce, quia periculum, quod aiunt, in mora erat. Ita infra IV. 2. 21. — *Si.*] Silentium imbentis nota apud Comicos. Heaut. III. 3. 36. Phorm. II. 33. V. 1. 16. Plautus, Pseud. II. 2. 5. *St. tace, tace.* Cicero, Fam. XVI. 24. *Ego vix teneor, quin accurram. Sed St. literas tuas exspecto.* — *Concrepuit a Glycerio ostium.*] Frequens est in comoediis mentio crepantis ostii. Hec. IV. 1. 6. Phorm. V. 5. 12. Scilicet

Pa. Nihil ád te. *Da.* Quaero. *Pa.* Hem! : núnccine demum? *Da.* At iam hóc tibi inventúm dabo. 60

V. 60. Bentl. ex uno codice: *núncne* pro *nunccine*.

---

demonstrantisque, aliquid novi se invenisse. — 60. *Nihil ad te.*] Haec enim ad cogitantem nihil pertinere oportuit. *Nunccine demum?*] Pro denique. *At iam hoc tibi inventum dabo.*] Consilium scilicet, quo in pristinum locum restituaris.

---

exituros prius intrinsecus fores aedium suarum percussisse, ut illo strepitu admonerentur, qui foris erant, et sibi caverent, absisterentque catenus, ne laederentur, vel in viam percellerentur, diserte testatur Plutarchus in Publicola. Observat autem Sagittarius, de Ianuis Veterum, cap. XXII. §. 11. Romanorum fores introrsum apertas, contra ac Graecorum. Idem testatur Plinius, Hist. Nat. XXXVI. 15. Plautus, Mil. II. 1. 76. *Sed foris concrepuit hinc a vicino seno.*

60. *Quaero.*] Subaudi, consilium. Infra IV. 2. 19. Phorm. III. 3. 22. — *Inventum dabo.*] Periphrasis comica. Eunuch. II. 1. 6. *effectum dabo.* Infra IV. 2. 1. et 20. Plautus, Pseud. I. 5. 116. Effectum *hoc hercle* reddam *utrumque ad vesperam.* Et IV. 1. 18. *Pulchre ego hanc* explicatam tibi rem dabo.

ACTUS QUARTUS.

SCENA SECUNDA.

MYSIS. PAMPHILUS. CHARINUS. DAVUS.

My. IAM, úbi ubi erit, inventúm tibi curábo, et mecum addúctum

Iam, ubi ubi erit. In scena hac instauratio est adhortationis Pamphili per Mysidem. Opus est enim exhortari rursus adolescentem, ne sub patris oppressione frangatur. — 1. *Iam, ubi ubi erit.*] Opportune rursus aestuanti Pamphilo amicae mentio obiicitur per Mysidem, ne succumbat ad nuptias patri, quamvis promiserit patri se ducturum coniugem. Adversus quam difficultatem, quia ipsius

---

1. *Ubi ubi erit.*] Locus expressus e Plauto, Rud. IV. 6. 6. *Ubi ubi erit, tamen iam investigabo, et mecum ad te adducam simul.* Cicero non geminavit *ubi*, Tusc. I. 29. *Nunc* ubi *sit animus, certe in*

Tuum Pámphilum: módo tu, ánime mi, noli te maceráre.

***Pa.* Mysis, quid est? *My.* Hem, Pamphile, optume te mihi offers. *Pa.* Quid est?**

***My.* Oráre iussit, sí se ames, hera, iám ut ad sese vénias;**

Vidére ait te cúpere. *Pa.* Vah! perii: hóc malum integráscit. 5

V. 2. Vulgat. ordinem *tu modo* metri gratia cum Bentl. mutarunt. Idem v. 3. correxit sic: P. *Mysis.* M. *quis est?* P. *ehem Pamphile, opportune te mihi offers:* || *Ordre iussit, si se ames, era; iam ut ad sese venias.* Paullo violentius.

---

persona non sufficit, id agit, ut ad Glycerium modo adducat Pamphilum: cuius affectum excitat, non ex eo solum, quod eum puella vocat: sed etiam quod desiderat eum videre. *Ubi ubi erit.*] *Ubi ubi*, in prima parte vim suam tenet, in posteriore productionem: et est quemadmodum *ut ut*, *qua qua*, *unde unde:* pro *ubicunque*, *utcunque*, *quacunque*, *undecunque*. *Iam ubi ubi erit, inventum tibi curabo.*] Non solum se adducturam promisit, sed et tempus addidit. Et bene *tibi*, quasi amanti. — 2. *Anime mi.*] Mollis oratio et foeminea, multis implicata blandimentis. Ait enim, *Tu modo, anime mi. Mi*, pro *meus*. — 5. *Hoc malum.*] Amor

te est. [*Ubi ubi* i. e. ubicunque. Cic. Tusc. Disp. I. 29. *ubi ubi sit animus*, ubi vid. Davisius. Liv. II. 2. *ne ubi ubi regum desiderium esset*, ubi vid. Interpretes. Sic *unde unde* pro undecunque apud Sueton. in Claud. c. 17., *cui cui* pro cuicunque apud Veget. II. 4. et *qua qua* pro quacunque apud alios; quam repetitionem saepe a librariis neglectam esse docet Oudendorp. ad Sueton l. c.] — *Inventum curabo.*] Ita supra IV. I. 60. — *Tibi.*] Eleganter πλεονάζει. Cicero Fam. V. 9. *Profecto* tibi *illum reperiam.* [Imo ἡθικῶς positum est.]

2. *Tuum Pamphilum.*] Ita dixit, uti Adelph. III. 2. 32. *Nostrumne Aeschinum?* — *Anime mi.*] Tenerrimi amoris expressio. Eun. I. 2. 15. Heaut. II. 4. 26. Plautus, Mil. IV. 8. 20. *Animule mi.* et passim alibi. — *Macerare.*] Salsamenta, quae aqua emolliuntur, *macerari* proprie dicuntur. Adelph. III. 4. 17. Hinc ad animum se excruciantem refertur. Infra IV. 3. 15. Plautus, Mil. III. 1. 22. *At hoc me facinus miserum* macerat, *meumque cor corpusque cruciat.*

3. *Optume te mihi offers.*] Ita Adelph. III. 2. 24. Hec. V. 3. 10. Notatque occurrum fortuitum. Aliter Cicero, Attic. III. 10. *Ne me, quem ille florentissimum reliquerat, perditum illi adflictumque offerrem.*

5. *Hoc malum integrascit.*] Intelligit integrationem amo-

Siccíne me atque illam operá tua nunc míseros sollicitárier!
Nam idcírco arcessor, núptias quod mi ádparari sénsit.
***Ch.* Quibus quídem quam facile pótuerat quiésci, si hic quiésset.**
***Da.* Age, si híc non insanít satis sua spónte, instiga.**
***My.* Atque aédepol,**

V. 6. Bentl. *sollicitari*, paragoge abiecta, ut quae nunc non pronuntietur.

---

meus, aut Glycerii sollicitudo, quam nescire oportuit nuptias. *Integrascit.*] *Integratur*, quod ad integrum redit, quod repetitur, quod instauratur. *Virgilius, ---- ramoque sedens miserabile carmen Integrat.* — 6. *Sollicitarier.*] Perturbari. — 7. *Quod mihi adparari.*] *Adparari*, ad horrorem et timorem refertur. et dativo casui subiunctum cladem et perniciem significat. ut *Virgilius, ---- Mihi sacra parari.* — 9. *Age, si hic non insanit satis.*] Hic excitus, comprimit Charinum, ne fomenta iracundiae Pamphilo praeberet. Aut, si poenitet te, quantum hic sua sponte insanit. *Si hic non insanit satis.*] *Εἰρωνεία* est, aut laus ad mitigandum Pam-

---

ris et sollicitudinis de nuptiis. Estque translatio a vulnere. Statius, Theb. V. 29. *Immania* vulnera, *rector*, Integrare *iubes*. Sed et a vi morbi. Cicero, Fam. XII. 30. *Gravius aegrotant ii, qui, quum levati morbo videntur, in eum de integro inciderunt.* Seneca, Med. 671. *Immane quantum augescit, et semet dolor Accendit ipse, vimque praeteritam* integrat.

6. *Siccine me atque illam sollicitarier?*] Similis locutio illi, quae legitur supra II. 5. 14. Est autem *sollicitare* proprie *solo* seu loco suo *citare*, movere, turbare. Inde ad animum transfertur. Infra V. 3. 16. V. 4. 9. Adelph. I. 1, 11. Plautus, Aul. I. 1. 27. *Quod me* sollicitat *plurimis miserum modis.*

7. *Nuptias mihi adparari.*] Supra III. 2. 34. IV. 1. 32.

8. *Quibus potuerat quiesci.*] Subaudiendum *nuptiis*, observat Cl. Perizonius ad Sanctii Min. III. 3. 116. Est autem locutio rarior, nec par illi apud Gellium, IX. 13. *Utrisque summo studio pugnantibus manu significare coepit*, quiescerent pugnae. *Facta pausa est.* Quae verba Quadrigarii graecissant, q. d. **παύεσθαι τῆς μάχης.** — *Si hic quiesset.*] Supra III. 4. 25.

9. *Insanit.*] Id vult, Pamphilum iam sponte sua satis saevire, nec magis instigandum esse. Adelph. IV. 2. 22. IV. 7. 9. Phorm. IV. 3. 37. Ad eundem modum dixit Virgilius, Aen. IV. 54. *His dictis incensum animum inflammavit amore.*

Ea rés est; proptereáque nunc misera ín moerore est.
Pa. Mýsis,
Per ómnes [tibi] adiuró Deos, nunquam eám me desertúrum:
Non, sí capiundos míhi sciam esse inimícos omneis hómines.
Hanc mi éxpetivi; cóntigit: convéniunt mores; váleant,

V. 11. Bentl. *tibi* delevit. Nisi fórte primam in *omnes* corripere malueris: quod fieri sane recte potest. *Tibi* in hac formula omissum ap. Plaut. Bacchid. IV. 6, 8. Men. IV. 2, 52.

---

philum. — 10. *Ea res est.*] Id est, nuptias adparari sensit. *Mysis.*] Asseveratio est, si a nomine eius incipias, cum quo loqueris. — 11. *Per omnes tibi adiuro Deos.*] *Ad* adauctiva particula est: ut *admirabiliter*, valde mirabiliter. *Adiuro.*] Et hoc superest, amissa fide ut adiurandum sit. — 12. *Omnes homines.*] Mira verecundia: *omnes homines* maluit dicere, ut in his quoque parentes significaret, quam aperte dicere patrem, cuius metu promisit nuptias. Et est contra illud, *Sed vim ut queas ferre. Omnes homines.*] Ita dixit de uno, hoc est patre, *Omnes homines*: ut idem alibi, *O coelum, o terra, o maria Neptuni.* Numquid et coelum Neptuni est? non utique: sed omnia haec maria voluit esse. ut *Virgilius*, *Omnia vel medium fiant mare.* — 13. *Contigit.*] Quod vix evenit, *contigisse* dicitur. *Conveniunt mores.*] Recte: et id quod matrimonium firmat. *Valeant.*] Hoc est, abeant, recedant: quia et discedentibus et mortuis *vale* dicitur. ut *Virgilius*, ---- *salve aeternum mihi, maxime*

---

10. *Ea res est.*] Respondet Mysis ad verba Pamphili. Eodem sensu dixerunt, *ita res est*, *sic res est.* Supra III. 3. 1. III. 4. 9. Heaut. I. 1. 8. Plautus, Asin. I. 1. 40. *Rectam instas viam. Ea res est.* — *In moerore est.*] Cicero, Attic. X. 4. *Iacet in moerore meus frater.* Offic. III. 25. *Theseus in maximis fuit luctibus.* [Sic Eun. V. 8. 5. *in gaudiis esse* pro gaudere. Heaut. I. 2. 25. *in metu esse* pro metuere. Vid. Interpretes ad Liv. VIII. 33. 20.]

11. *Per omnes tibi adiuro Deos.*] Plautus, Bacchid. IV. 6. 8. *Per omnes Deos adiuro.* Cistell. II. 3. 26. *Eam suam esse filiam, Seque eam peperisse, sancte* adiurabat *mihi.* Ex quo loco refellitur Servius, scribens ad Virg. Aen. XII. 816. *adiuro* semper cum negatione poni. Ovidius, Metam. III. 658. Per tibi *nunc* ipsum, *nec enim praesentur illo Est Deus*, adiuro. Est igitur *adiurare* valde et sancte iurare. [Nos dicimus: *ich schwöre dir zu.*]

12. *Non, si.*] Particula *si* post *non* valet *etiamsi.* Eun. I. 1. 4. Heaut. V. 4. 12. Vide Theod. Ryckium ad Tacit. Annal. XII. 37.

13. *Contigit.*] Quae e voto eveniunt, praesertim in re ama-

Qui intér nos discídium volunt. Hanc, nísi mors, mi adimet némo.

Ch. Resipísco. *Pa.* Non Apóllinis magis vérum, atque hoc respónsum est. 15

V. 14. Faërnus et Bentl. *discidium* pro vulg. *dissidium*, quod etiam Westerh. abiecit.

V. 15. Bentl. verbum *Resipisco* tribuit Mysidi.

Palla, *Aeternumque vale.* Vel potius τῷ γνώμιμῳ, cum male optaturus esset, considerato patre, παραδόξως locutus est: et non dixit, quod intenderat, *pereant.* Et attende quam moderate pluraliter dixerit, cum significaret patrem. *Valeant.*] Renuntiationis et imprecationis est verbum. — 14. *Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo.*] Etsi valeant, hanc, nisi mors, nemo adimet. Concessio hic est, hoc enim per concessionem dicitur. *Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo.*] Perseverat, ne dicat, pater: pro, Non adimet pater. — 15. *Resipisco.*] Spiritum revocat sensus. *Magis verum.*] Aut *magis*

---

toria, *contingere* dicuntur. Ovidius, Amor. III. 7. 43. *Haec mihi* contigerat: *sed vir non* contigit *illi.* — *Valeant.*] Hoc verbo cum indignatione amicitiam renunciantes alteri utuntur. Infra V. 3. 18. Adelph. IV. 4. 12. Catullus, Carm. XI. 17. *Cum suis vivat* valeat*que moechis.* Vide Servium ad Virg. Aen. XI. 97. Burmannum ad Phaedr. IV. 1. 19. Idem Graecis χαίρειν et ὑγιαίνειν valet.

14. *Discidium.*] A *discindendo* dictum, violentam separationem, *dissidium* a *dissidendo* formatum, discordiam notat. Hec. III. 5. 26. V. 2. 16. Ovidius, Metam. XIV. 79. *Non bene* discidium *Phrygii latura mariti.* [Vid. Oudendorp. ad Sueton. Tib. 7. R.] — *Hanc, nisi mors, mihi adimet nemo.*] Plautus, Curc. I. 3. 17. *Prohibet, nec prohibere quit, Nec prohibebit*, nisi mors *meum animum abs te abalienaveris.*

15. *Resipisco.*] Quem animus reliquerat, *resipiscere* dicitur, quum ad se redit. Heaut. II. 2. 12. Plautus, Mil. IV. 8. 24. *ne interveneris, Quaeso, dum* resipiscit. — *Non Apollinis magis verum, atque hoc responsum est.*] Formula certissimae affirmationis. Idem varie extulerunt. Lucretius, I. 738. *Ex adyto tanquam cordis responsa dedere Sanctius, et multo certa ratione magis, quam Pythia, quae tripode ex Phoebi, lauroque profatur.* Plautus, Pseud. I. 5. 64. *Si quid vis, roga Quod scibo, Delphis tibi responsum dicito.* Cicero, ad Brutum, Epist. I. *Haec ex oraculo Apollinis Pythii edita tibi puta. Nihil potest esse verius.* Ovidius, Arte Am. II. 541. *Haec tibi non hominem, sed quercus crede Pelasgas Dicere.* Et III. 789. *Sed neque Phoebei tripodes, nec corniger Ammon, Vera magis vobis, quam mea Musa, canit.* Iuvenalis, Sat. VIII. 126. *Credite, me vobis folium*

Si póterit fieri, ut, né pater per mé stetisse crédat,
Quo minus hae fierent núptiae, voló: sed si id non póterit,
Id fáciam, in proclivi quod est, per mé stetisse, ut crédat.
Quis vídeor? *Ch.* Miser aeque, átque ego. *Da.* Consílium quaero. *Ch.* Fórtis.

V. 19. Bentl. legit et distinguit: *Ch. Fórtis; Si quid cónsti. Dav. Hoc ego* etc. Probavit Ruhnken.

---

verum, aut *verius* dicimus. — 16. *Ut ne pater.*] *Ut ne*, pro *ne non*. *Per me stetisse.*] *Stetisse*, hoc est, factum esse. ut *Virgil.* ---- *desertaque montis Stat domus.* Aliter plenum est. ut idem, *Stant et iuniperi, et castaneae hirsutae.* Aliter horreat. ut, ---- *Stant lumina flamma.* Et *Lucilius*, ---- *Stat sentibus fundus. Per me stetisse.*] Hoc est, per me factum esse, ne fierent nuptiae. — 19. *Miser aeque, atque ego.*] Bene, *atque ego*: quia hic amore vexatur. Et intuhit παράδοξον. Nam volebat Pamphilus sibi dici, *es fortis*: quod illi tamen mox dicetur. Hic igitur aliter respondet, atque interrogat Pamphilus, ideo quod videat impossibile esse, palam re-

---

recitare Sibyllae. Dixit autem *responsum*, ut tanto magis se Diis exaequet. Neque enim iurisconsultis tantum, sed et vatibus et oraculis *responsa* tribuuntur. Virgilius, Georg. III. 491. *Nec responsa potest consultus reddere vates.* Porro *magis verum* dixit, non *verius*; uti non solum Terentius, sed et antiqui alii comparativum per *magis* formabant. Vide Servium ad Virg. Aen. IV. 31. Et Eun. II. 1. 21. III. 1. 24. V. 4. 13. Adelph. IV. 5. 50. V. 5. 36. [*Ac* et *atque* non solum post *alius*, *contra*, *perinde*, *similiter*, sed etiam post comparativum pro *quam* ponuntur. Cic. ad Att. XIII. 2. *diutius abfuturus ac nollem.* Catull. LXI. 176. *Illi non minus ac tibi pectore uritur intimo flamma.* Bentleius ad Horat. Serm. I. 1. 46.]

18. *In proclivi quod est.*] H. e. facile et pronum. Plautus, Capt. II. 286. *Tam hoc quidem tibi* in proclivi, *quam imber est, quando pluit.* Eodem sensu *arduum* pro difficili usurpatur. [Quidam codd. habent *in proclivo est.* De forma *proclivus* vid. G. Fabricium ad h. l. et Oudendorp. ad Hirt. B. Afr. c. 11.] — *Per me stetisse.*] *Stare* dicuntur res, quae non impediuntur, quo minus progredi possint. Unde stat aliquid per quem, qui in causa est, quo minus pergat vel succedat. Livius, VI. 33. *Nihil* per alteros stare, *quo minus incepta persequerentur.* Est vero repetitio verborum, *per me stetisse ut credat*, animi contemnentis, nec imperium patris reveriti signum. Sed et *stare* res *in* eo dicitur, qui impedit, quo minus cursum suum teneat.

Pa. Scio quid conere. *Da.* Hoc ego tibi profecto effectum réddam.
Pa. Iam hoc ópus est. *Da.* Quin iam habeó. *Ch.* Quid est? *Da.* Huic, nón tibi habeo, ne érres.
Ch. Sat hábeo. *Pa.* Quid faciés? cedo. *Da.* Dies mi híc ut sit satis véreor
Ad agéndum: ne vacuum ésse me nunc ád narrandum crédas.
Proinde hínc vos amolímini: nam mihi ímpedimento éstis.

V. 22. *hic ut satis sit véreor* Faërnus et Bentl. ex mss.

---

sistere parenti. — 20. *Scio quid conere.*] Sensus est, scio quidem quid coneris: sed an efficere possis, nescio. *Scio quid conere.*] Si Pamphili est persona, cum εἰρωνεία dicitur: si Charini, simplex laudatio est. sed si Pamphili est, hoc significat quod supra, *Ex unis geminas mihi conficies nuptias.* Sed non esse personam Pamphili, ex subiectis ostenditur. — 21. *Huic, non tibi habeo, ne erres.*] Deterret etiam nunc Charinum, ut et ipse adiuvet Davum, ne Pamphilo nubat Philumena. Et eodem sensu utitur Davus adversum Charinum, quo supra: *quasi necesse sit, si huic non dat, te illam uxorem ducere. Huic, non tibi habeo, ne erres.*] Velut etiam pro se Charinus sentiat, hoc dicit. Vel ut solent servi contumaciores adversum amicum domini, quia nuper a Charino accusatus est: vel quia, et quid dicat non habet, et videt tacendum non esse. — 22. *Sat habeo.*] Quia dilatio facta est. *Ut sit satis.*] *Ut*, pro *ne non.* — 23. *Ne vacuum esse me.*] *Ne*, pro *nedum*, aut adverbium est prohibentis: ut sit, *ne non. Sallustius* secundo libro, *Ne illa tauro paria sint*, pro *nedum.* — 24. *Proinde hinc vos amo-*

Quinctilianus, Declam. III. 13. *Gens maiorem terrarum partem victoriis pervagata, tantum* in Mario stetit. ubi vide Burm.

21. *Iam.*] Vide supra IV. 1. 60.

22. *Sat habeo.*] H. e. contentus sum. Ita mox Vs. 27. Plautus, Mostell. II. 1. 42. Satin' habes, *si ego advenientem iva patrem faciam tuum, Non modo, ne introeat, verum etiam, ut fugiat longe ab aedibus.*

23. *Vacuum esse me nunc ad narrandum.*] H. e. otiosum. Plautus, Casin. Prol. 29. *Aures* vacivae *si sunt, animum advertite.* Horatius, Carm. I. 32. 1. *Poscimus, si quid* vacui *sub umbra Lusimus tecum.* Ovidius, Trist. I. 1. 93. *Si poteris* vacuo *tradi; si cuncta videbis Mitia; si vires fregerit ira tuas.* [Cic. Brut. c. 5. *cum te sciremus esse vacuum.* Idem de Leg. I. 4. *quoniam vacui sumus.*]

24. *Hinc, vos amolimini.*] Vim verbi explicat Donatus.

Pa. Ego hunc visam. *Da.* Quid tu? quo hinc te agis? *Ch.* Verúm vis dicam? *Da.* Immo étiam Narrationis incipit mi initium. *Ch.* Quid me fiet? *Da.* Eho tu impudens, non sátis habes, quod tibi diecalam áddo,

limini.] *Amoliri* dicuntur ea, quae cum magna difficultate et molimine summoventur et tolluntur e medio. sic dixit quasi odioso et molesto. *Discedere* dicitur, qui facile abit e medio: *amolitur*, qui vix recedit. *Proinde hinc vos amolimini.*] Molestum impedimentum ex rei magnitudine iacentis in medio, et ideo impedientibus se dixit, *Amolimini hinc*: non, *abite. Proinde hinc vos amolimini.*] Spe iniecta, etiam domino imperat servus callidus. *Nam mihi impedimento estis.*] Utrum hoc vere dicit, an fingit, qui adhuc consilium non invenit quod narrare possit? — 25. *Hanc.*] Glycerium scilicet. Et cum miseratione puellae, *hanc. Quo hinc te agis?*] Ut tarditatem discedentis ostendat. *Agere se* enim et tardi et tristes dicuntur. Sic *Virgilius, Amissis remis atque ordine debilis uno, Irrisam sine honore ratem Sergestus agebat.* Idem alibi: *Ecce gubernator sese Palinurus agebat. Quo hinc te agis?*] Admonitio discedentis, ut solet. nam a quo discedere desideramus, admonemus eum quo vadat, vel quo eat? Id facere per interrogationem admonet Davus Charinum, ut ipse abscedat Charinus, qui nunc ultimus remanet. *Verum vis dicam?*] Pro initio sedulae narrationis hoc sumimus. Ac sic respondet Charinus, tanquam qui intelligat, non dicere velle Davum quo eat, sed id agere, ut abscedat. — 26. *Narrationis incipit mihi initium.*] Narrationis, scilicet, quo eat, quia, *Verum vis dicam?* velut prooemium narratum est. *Quid me fiet?*] Quid igitur? inquit; quid de me fiet? Ab eo hoc, quasi a iocante, pronuntiandum est; nam sic illi impudens respondet. *Quid me fiet?*] De Philumena ducenda. — 27. *Eho tu impudens.*] Proprie Charino dixit *impudens*, quasi insolita et multa poscenti, quippe qui et sponsam alienam petere ausus sit, et non satis habeat, per Davum sibi moram praestitam Pamphili nuptiarum. *Quod tibi dieculam addo.*] *Dieculam*, horam. et est ὑποκόρισμα. *Dieculam*, hoc est tem-

---

Plautus, Pseud. I. 5. 144. *Agite*, amolimini hinc vos *intro nunc iam.* Petronius, cap. 10. *Iam dudum enim cupiebam* amoliri *custodem molestum.*

25. *Quo hinc te agis?*] Locutio comica et servilis. Plautus, Amph. I. 1. 294. *Quo agis te?* Mostell. I. 4. 28. *Unde agis te?* Ita in Evang. Ioh. XI. 7. *Ἄγωμεν εἰς τὴν Ἰουδαίαν πάλιν. Abeamus rursus in Iudaeam.*

26. *Quid me fiet?*] Plautus, Mostell. V. 2. 44. *Quid me fiet nunc iam?* Eodem sensu Capt. V. 1. 82. *Meo minore quid sit factum filio.*

Quantum húic promoveo núptias? *Ch.* Dave, áttamen.
Da. Quid érgo?
Ch. Ut dúcam. *Da.* Ridiculum. *Ch.* Húc face ad me ut vénias, si quid; póteris.
Da. Quid véniam? nihil habeo. *Ch.* Áttamen si quid.
Da. Age, veniam. *Ch.* Sí quid, 30
Domi éro. *Da.* Tu Mysis, dum éxeo, parúmper operíre [me] hic.
My. Quaprópter? *Da.* Ita facto ést opus. *My.* Matúra. *Da.* Iam, inquam, hic ádero.

V. 29. Bentl. ex duobus codd. *ad me venias*, quod concinnius arbitratur.

V. 31. *me*, quod in codd. sedem mutat, delevit Bentl. Alii ante *operire* inferciunt, quod certe versui satisfacit.

---

pusculum: et sumitur ab eo, quod est *haec dies*. *Diecula*, mora, et quasi parva dies. Et *diculam*, in qua scilicet ambias, quantum poteris, ad ducendam Philumenam. Vult enim se Davus adiuvari per Charinum et Byrrhiam. — 28. *Promoveo.*] Differo. *Promoveo nuptias.*] Memoriter Davus; scit enim illum his verbis petisse, *Saltem aliquot dies profer, dum proficiscar aliquo, ne videam.* Cuius rei oblitus Charinus, etiam ut ducat uxorem, petit. — 29. *Ridiculum.*] Deest *hominem.* — 30. *Age veniam.*] Vix concedentis, vix consentientis est, *Age, veniam.* — 31. *Dum exeo.*] A Glycerio scilicet.

---

29. *Si quid; poteris.*] Sensus verborum Charini est: *Face ad me ut venias; poteris, si quid habes consilii.* Blande enim rogantis formula est, Ciceroni saepius usitata: *poteris et facies.*

32. *Iam hic adero.*] Ita Eun. IV. 6. 27. Heaut. III. 1. 96. Plautus, Aul. II. 3. 7. *Iam ego hic adero.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA TERTIA.

MYSIS. DAVUS.

My. NIHILNE ésse proprium cuíquam! Dî vostrám fidem!

Nihilne esse proprium cuiquam!] *Haec scena administrationem doli habet, quo fit ut deterreatur Chremes filiam suam Pamphilo dare. Et vide non minimas partes in hac comoedia Mysidi attribui, hoc est, personae foemineae: sive haec personatis viris agitur, ut apud veteres, sive per mulierem, ut nunc videmus.* — 1. *Nihilne.*] *Ne* adverbium percunctantis. *Nihilne esse proprium cuiquam!*] Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. Ergo *proprium*, perpetuum: ut *Virgilius*, *Propria haec si dona fuissent.* Ergo nihil nobis proprium esse potest, quod enim non fuit, nec esse quidem potest, aut quod eripi potest. non est nostrum: nisi illa quae eripi non possunt, ut sapientia, iustitia, prudentia: quae fortuna neque dare, neque eripere cuiquam potest. Et simul hoc ipsum et a re, et a persona hic ostendit. A re, *Nihilne esse proprium!* a persona, *Cuiquam. Proprium*, perpetuum, non temporale ac mutuum. *Dî vostram fidem!*] Admirantis adverbium cum exclamatione. *Fidem* dixit opem et auxilium: ut, *Tyrrhenamque fidem.* —

---

1. *Nihilne esse proprium cuiquam!*] Lucilius apud Nonium: *Nihilne esse in vita proprium mortali datum!* Dixit autem *proprium* pro stabili et perpetuo. Plautus, Mostell. I. 3. 68. *Atque illum* amatorem tibi proprium *futurum in vita.* Virgilius, Aen. I. 73. *Connubio iungam stabili*, propriamque *dicabo.* [*Proprium* i. e. constans, perpetuum, duraturum. Nep. Thras. c. 4. *parva munera diutina, locupletia non propria esse consueverunt.* Cic. post redit. in Senat. c. 4. *Si illud perenne ac proprium manere potuisset.* Vid. Lambin. ad Horat. Epist. II. 2. 172.] Est vero ἔλλειψις opportuna indignanti. Vide supra IV. 2. 6. Infra V. 2. 28. Heaut. II. 4. 21. — *Di vostram fidem.*] Exclamatio comica. Infra IV. 4. 5. Eun. III. 1. 28. IV, 7. 20. V. 4. 2. V. 9. 19. Heaut. III. 1. 96. Adelph. III. 3. 27. Phorm. V. 1. 30. V. 3. 25. Plautus, Amph. V. 1. 78. *Di, obsecro vostram fidem!*

Summúm bonum esse heraé putavi hunc Pámphilum,
Amícum, amatorém, virum in quovís loco
Parátum: verum ex eó nunc misera quém capit

V. 2. Bentleius, quia tertius pes integro verbo *herae* constat, refinxit: *Summúm bonum esse erae députabam hunc Pámphilum.* Aliquot codd. et vett. editt. *putabam.* Ceterum *esse herae* Bentl. vult esse anapaestum, ut Hecyr. IV. 1, 9.

V. 3. Bentl. *Amicum, tutorém, virum* etc. sententiae gratia.

---

2. *Summúm bonum esse.*] Mire, pro pleno. Et neutro extulit, *summum bonum.* — 3. *Amicum, amatorem, virum.*] *Amicus*, animi est: *amator* vero, corporis. non enim continuo amator est, qui bene vult; ut, Dido amavit quidem Aeneam: sed non et amica fuit, quae ait, *Non potui avulsum divellere corpus, et undis Spargere.* Et item *Catullus, Cogit amare magis, sed bene velle minus.* Et est hic officium et blandimentum. *Amatorem* et *virum* dixit ad discretionem: ut per ea quae enumerat, maritum ostenderet. — 4. *Paratum.*] *Paratum* dixit ad omnes affectus, quicunque de proximo esse possunt: et maxime ad *Homericam* sententiam respexit: Ἕκτορ, ἀτὰρ σύ μοι ἐσσὶ πατὴρ, καὶ πότνια μήτηρ, Ἠδὲ κασίγνητος, σὺ δέ μοι θαλερὸς παρακοίτης. *Verum ex eo.*] Id est, Pamphilo. *Nunc misera quem capit laborem!*] Cum admiratione pronuntiat *quem*,

---

2. *Summum bonum.*] Felicitatem et commodum *bonum* dixerunt. Plautus, Amph. V. 1. 73. *Pol me haud poenitet, Scilicet* boni *dimidium mihi dividere cum Iove.* Mostell. I. 1. 47. *Meum* bonum *me, te tuum maneat malum.* Phaedrus, I. 2. 29. *Quia noluistis vestrum ferre, inquit,* bonum; *Malum perferte.* ubi vide interpretes. [Sic Ovid. Epist. XVI. 307. *nec si bona summa putaret Quae tenet, externo crederet illa viro.* ubi vid. Burmannum.]

3. *Amicum, amatorem.*] Mysis memor est dictorum Chrysidis, supra I. 5. 60. Plautus, Truc. I. 2. 70. *Longe aliter est* amicus *atque* amator. Lucilius apud Nonium: *Favitorem me tibi*, amicum, amatorem *putes.* — *Virum in quovis loco paratum.*] Cicero, Fam. V. 17. Nullo loco *desero, neque ad consolandum, neque ad levandam fortunam tuam.*

4. *Ex eo nunc misera quem capit laborem!*] Ita infra V. 2. 29. Plautus, Trin. II. 1. 34. *Animo* labos *grandis* capitur. Translatio sumta a fructibus et reditu annuo. Eun. I. 1. 34. [*Quem capit laborem.* Sic ex melioribus libris legendum, non *capit dolorem. Labor* est malum, aerumna. Infra V. 2. 29. *tantum laborem capere ob talem filium.* Iustin. XXII. 6. *laboribus adversisque rebus*, ubi vid. Graevius.]

Labórem! facile hic plús mali est, quam illíc boni.
Sed Dávus exit. mí homo, quid istuc óbsecro 'st?
Quo pórtas puerum? *Da.* Mýsis, nunc opus ést tua
Mihi ad hánc rem exprompta mémoria atque astútia.

V. 8. pro *memoria* Bentl. ex codd. *malitia*, i. e. calliditas, vafrities.

---

et cum exclamatione quadam. — 6. *Laborem.*] *Laborem* distinxit probe: et post intulit separatim quod sequitur, *Facile hic plus mali est*, in labore et metu scilicet amittendi, *quam illic boni*, in voluntate retinendi. *Facile hic plus mali est, quam illic boni.*] *Facile*, adverbium confirmantis est, id est, liquido et manifesto. Veteres dicebant *facile*, pro certo. Ut *Cicero: illius civitatis facile princeps. Facile hic plus mali est.*] *Plus mali*, in labore et metu diximus. *Quam illic boni.*] In summo bono. Dicit enim, ex bonis, quae bona existimamus, plus nos mali capere, cum aut amissuros nos credimus aut amittimus, quam boni, cum habemus. *Quam illic boni.*] Id est, in amico, amatore, et viro. — 6. *Mi homo, quid istuc obsecro 'st?*] Ex Mysidis verbis, quid Davus faciat, demonstratur. *Quid istuc obsecro 'st.*] Involutum puerum portabat Davus: et ideo dicit mulier, *Quid istuc obsecro 'st?* Tum evolvit puerum et profert, quem postquam expedivit, tum illa dixit, *Quo portas puerum?* — 7. *Mysis, nunc opus est.*] Haec scena actuosa est; magis enim in gestu, quam in oratione est constituta. *Mysis, nunc opus est.*] Properantis et impense agentis Davi verba monstrantur. — 8. *Exprompta.*] In medium prolata. *Memoria atque astutia.*] *Memoria*, ut praecepta Davi retineat. *Astutia*, ad agendum strenue quae imperet. *Memoria.*] Simpliciter magis, ut memor sit Davi praeceptorum. Et *memoria* modo pro intelligentia. ut *Virgilius*, *Instamus*

---

5. *Facile hic plus mali est, quam illic boni.*] Mysis stans haud procul ab aedibus Glycerii et Simonis, digitum in Glycerii aedes intendens, *hic plus mali est* dicit; mox ad Simonis aedes conversa, *quam illic boni*, q. d. Glycerii labor et dolor facile exsuperat gaudium Simonis. *Facile* autem notat citra controversiam. Cicero, Off. II. 19. *Qui omnes superiores scientia* facile *vicisses.* Duker. ad Flor. III. 14.

8. *Exprompta memoria atque astutia.*] Caecilius, Triumpho: *Nunc meae malitiae* astutia opus est *succenturia.* Cicero, Mil. 18. *Quoniam in meo inimico crudelitatem* expromsisti *tuam, laudare non possum.*

My. Quidnam íncepturu 's? *Da.* A'ccipe a me hunc ócius,
Atque ánte nostram iánuam adpone. *My.* O'bsecro,
Humíne? *Da.* Ex ara hinc súme verbenás tibi,
Atque eás substerne. *My.* Quámobrem id tute nón facis?
Da. Quia, sí forte opus sit ad herum [ius] iurandúm mihi,

V. 12. Bentl. ob numeros meliores scripsit de coniectura. *Quámobrem túte id nón facis?*

V. 13. Bentl. correxit sic: *Quia sí forte opus sit ad herum iurató*

---

tamen immemores. — 11. *Ex ara hinc sume verbenas tibi.*] *Ex ara*, scilicet Apollinis, quem *Δήλιον Menander* vocat, aut quod Apollini comoedia dicata est: in cuius honorem aram constituebant, comoediam celebrantes. Apollini ergo comoedia, Libero patri tragoedia. *Sume verbenas tibi.*] *Verbenae*, quasi *herbenae*, redimicula sunt ararum. *Tibi.*] *Tò tibi* quasi gestum quendam et motum stomachantis habet: ut alibi, *Quid vis tibi?* Et *tibi sume*, dixit: non, *tibi substerne*. *Ex ara sume verbenas.*] *Verbenae* sunt omnes herbae frondesque festae ad aras coronandas: vel omnes herbae frondesque ex aliquo loco puro decerptae. *Verbenae* autem dictae, quasi *herbenae*. Sic *Menander:* * *ΚΟΔΕξΙΑC CΤΜΤΡΡΤΝΑC ΧΧΗCΔΙeΤeΙΝe.* * — 12. *Quamobrem id tute non facis?*] *Tute* tunc dicitur, cum pronomen ad eam revocatur personam, a qua sumitur; ut verbi gratia, cum dicimus, *Tu lege:* ille nobis respondeat, *Cur tute non legis?* — 13. *Quia, si forte opus sit*

---

9. *Accipe a me hunc ocius.*] Ita Plautus, Cistell. I. 2. 20. *Postquam puellam eam a me accepit.*

11. *Ex ara hinc sume verbenas tibi.*] Notat Scaliger ad Plaut. Mostell. V. 1. 45. binas fuisse aras in scena, dextram Baccho in tragoedia, Apollini in comoedia; sinistram ei vel Deo, vel Homini, cui fiebant ludi, aut iusta, aut parentalia. Porro autem in iis *verbenas* impositas Apollini, Baccho hederas. Sed et *verbena* postea dicta omnis herba e loco publico collecta, et sacris adhibita. Cicero, Verr. IV. 50. *Praesto mihi sacerdotes Cereris cum infulis ac* verbenis *fuerunt.* Virgilius, Ecl. VIII. 64. *Effer aquam, et molli cinge haec altaria vitta,* Verbenas*que adole pingues, et mascula thura.* Horatius Carm. I. 19. 13. *Hic vivum mihi cespitem, hic* Verbenas, *pueri, ponite, thuraque.* [*Verbena* est herba e loco sacro sumta, vel frondes arborum Diis sacrarum, ut lauri, olivae, myrti. Myrtum hic intelligi apparet ex Menandri loco apud Donatum, quem Terentius expressit. Vid. Servius ad Virg. Ecl. VIII. 65.]

13. *Ad herum iusiurandum.*] Dixit *ad* pro *apud*, *coram*.

Non ádposuisse, ut líquido possim. *My.* Intélligo.
Nova núnc religio [in] te ístaec incessit, cedo? 15
Da. Move ócius te, ut quíd agam, porro intélligas.
Prô Júppiter! *My.* Quid est? *Da.* Spónsae pater intérvenit.

mihi, etc. Sic alibi *opus est dicto, scito, transcurso, parato, tacito* etc.

V. 15. Turpissimum mendum sustulit Bentleius *in* deleto. Non enim dicitur, *metus, timor, religio in te incessit.*

ad herum iurandum mihi.] Sic locutus est, ut explicari atque intelligi non possit. aut enim deest *ius*, ut sit *iurandum* pro *iusiurandum*: aut (ut vulgo dicitur) *iuramentum*. Et *opus est illum sinu* non *opus est illa re*. — 14. *Ut líquido possim.*] *Liquida*, pura et manifesta. Nam quae sunt pura et defaecata, liquida sunt. — 15. *Nova nunc religio.*] Bene; iusiurandum metuere servum, monstri simile est. *Nova religio*] In servo, et subita. *Nova nunc religio.*] Servum nolle mentiri, nova religio est. *Cedo.*] Porrigentis est manum. — 16. *Porro intélligas.*] *Porro* modo adverbium est ordinis: alias temporis. — *My. Spónsae pater intervenit.*] Mire non dixit, *Chremes*: nè quum dixisset, *quis Chremes?* rursus hic despenderet, *spónsae pater*. Et non temere hoc fecit poëta: nam promiserat se redditurum dominum Chremes, *Domum*

Cato, R. R. cap. 145. *Omnes* iuranto, *aut* ad dominum, *aut ad tutorem*.

14. *Liquido.*] Subaudi, iusiurandum dare. Eun. II. 3. 39. Cicero, Fam. XI. 27. *Alia sunt, quae* liquido *negare soleam.* Idem, Verr. III. 59. *Manifesta res est, quum nemo esset, quin hoc se audisse* liquido *diceret.* Ovidius, Pont. III. 3. 49. *ut* liquido *iuratus dicere possis.* Vide Brisson. de Form. lib. V. p. 480. Turneb. Advers. XVI. 10. [*Liquido iurare* est vere, sine fraude, salva conscientia, ut vulgo loquuntur. Ovid. Epist. ex Pont. III. 3. 49. *ut liquido iuratus dicere possis.* Senec. de Benef. VII. 9. *mulier parum liquido iurabit.* Eun. II. 3. 40. *liquet mihi deierare.* Sic etiam dicitur *liquido confirmare, dicere, negare.*]

15. *Religio* [*in*] *te incessit.*] Est h. l. *religio* δεισιδαιμονία, vulgo scrupulus conscientiae. Ita infra V. 4. 37. Heaut. II. 1. 16. Plautus, Curc. II. 3. 71. *Vocat ad coenam: religio fuit: denegare nolui.* Livius VIII. 3. Religio incessit *ab eis, quorum imminutam imperium esset.* Ita idem IV. 50. *Cura* incesserat *patres.*

16. *Move ocius te.*] Ita Eun. V. 8. 3. Cicero, Att. VII. 16. *Nihil est, quod* te moveat. Est autem *movere*, et *movere se* castrense fere verbum. [Nos similiter: *Rühre dich.*]

Repúdio; quod consílium primum intenderam.
My. Nesció quid narres. *Da.* Ego quoque hinc ab déxtera
Venîre me adsimulábo: tu, ut subsérvias
Orátioni, utcúnque opus sit verbis, vide.
My. Ego, quíd agas, nihil intélligo: sed, sí quid est,
Quod méa opera opus sit vóbis, aut tu plús vides,
Manébo: ne quod vóstrum remorer cómmodum.

V. 21. Bentl. corr. *opust*, ne *opus* in thesi totum occultetur. Idem vers. 23. cum Guieto legit *ut tu pl. v.* Certum erat enim Davum Mysidi longe callidiorem esse.

---

modo ibi: ut apparentur, dicam: atque hoc nenuntio. — 18. *Quod primum intenderam.*] Verbum a venatoribus translatum, qui retia intendunt ad feras captandas. Quia ergo parat Chremeta et Simonem fallere, *intenderam* dixit. Vel a sagittis atque arcu. — 19. *Nescio quid narres.*] Bene *narres*. *Narrare* enim alienum, aut quae nobis non sunt necessaria, dicimus. *Ego quoque.*] Bene ait *quoque*, quia et Chremes veniebat. — 20. *Tu, ut subservias.*] Recte *ut subservias*, dixit; non enim tantum loquitur Mysis, quantum Davus. — 21. *Orationi, utcúnque opus sit verbis.*] Tuis verbis orationi meae plura enim loquetur Davus, inde *orationi* dixit. Illa subsequetur, ideo *verbis*. *Vide.*] Cauta esto, intellige, specta. — 23. *Aut tu plus vides.*] Si sapis, intelligis. — 24. *Remorer commodum.*] *Remorar*, retardem, retineam. *Remorari* a remora, pisce minutissimo, qui naves retinet. nam Graece ἐχενηὶς vocatur.

---

18. *Repudio consilium.*] Ita Adelph. V. 4. 4. Eodem sensu dixit Cicero, Attic. XVI. 7. *Abisci consilium profectionis.* — *Intenderam.*] Subaudi, animo. Cicero, Philipp. X. 4. *Si Antonius, quod* animo intenderat, *perficere potuisset.*

20. *Ut subservias orationi.*] H. e. ut tuam responsionem accommodes meae orationi. Vide Donatum infra ad IV. 4. 4. Sed et sensus esse possit, *ut mihi seu interroganti, seu imperanti, dictis et factis servias.* Plautus, Menaechm. V. 2. 16. *Ita istaec solent, quae viros* subservire *Sibi postulant, dote fretae, feroces.*

23. *Quod mea opera opus sit vobis.*] Plautus, Mil. III. 1. 171. *Mihi opus est opera tua.* Poen. III. 1. 44. *Scitis, rem narravi vobis*, quod vestra opera mihi opus sit.

24. *Ne vostrum remorer commodum.*] Eodem sensu dixit Martialis, V. 21. 1. *Phosphore, redde diem, quid gaudia nostra moraris?*

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUARTA.

CHREMES. MYSIS. DAVUS.

Ch. Revértor, postquam, quae ópus fuere ad núptias
Gnataé, paravi, ut iúbeam arcessi. séd quid hoc?
Puer hércle 'st. mulier, tu [n'] ádposuisti hunc? *My.* U'bi illic est?
Ch. Non míhi respondes? *My.* Núsquam est. vae miserae mihi!
Relíquit me homo, atque ábiit. *Da.* Di vostrám fidem! 5

V. 3. iusto longior vel syllaba vel toto pede. Itaque Bentl. lenissime ex vett. editt. pro *tun'* corrigit *tu*.

Revertor.] *Adest nunc ipse Chremes, cuius causa scena fraudibus instructa est, ne promissas compleat nuptias.* — 2. *Ut iubeam arcessi.*] Recte *iubeam*: quia summa potestas nuptiarum in patre puellae est. *Sed quid hoc?*] Non interrogantis, sed mirantis et non intelligentis est. Et apparet eum non oculis prius, quam corporis offensu puerum sensisse latentem. — 3. *Puer hercle 'st.*] Ornativa particula est *hercle*. *Mulier*] Magis quam *Mysis*. *Ubi illic est?*] Davum quaerit, qui nunc abscessit, ut et ipse de foro venire videatur. — 4. *Non mihi respondes?*] Bene, *non respondes*? Se enim memor est vetitam quidquam dicere, nisi subserviat orationi Davi. — 5. *Reliquit me homo.*] Mire *hominem*, non *Davum* dixit: ut etiamsi audiat Chremes, incertam personam hominis audiat, non Davum. *Di vostram fidem!*] Adverbium ad-

2. *Quid hoc?*] Formula, qua utuntur, quibus mirum visu, vel auditu obiicitur. Supra III. 1. 10. Adelph. IV. 5. 71. *Quid hoc est negoti?*

4. *Vae miserae mihi!*] Comica exclamatio. Adelph. III. 2. 29. Plautus, Amph. V. 1. 5. *vae miserae mihi!*

5. *Di vostram fidem!*] Supra IV. 3. 1.

Quid túrbae [est] apud forum! quíd illic hominum
litigant!
Tum annóna cara 'st. quíd dicam aliud, néscio.
My. Cur tu óbsecro hic me sólam? *Da.* Quae est
haec fábula?
Eho, Mýsis, puer hic únde est? quisve huc áttulit?
My. Satin' sánu's, qui me id rógites? *Da.* Quem
[ego] igitúr rogem, 10

V. 6. Etiam hic versus ultra mensuram excurrit. Itaque ingeniose Bentl. *Quid turbae apud forumst?* in quod etiam Guyetus incidit.

V. 8. Bentl. ex codd. *Dav. Hem, quae haec est fabula?*

V. 10. corr. Bentl. *Satin sánu's, mé qui id rógites? Quém igitur*

---

mirantis cum exclamatione. — 6. *Quid turbae est apud forum!*] Haec verba sunt venientis de foro. *Quid illic hominum litigant!*] Legitur et *litigat.* — 7. *Tum annona cara 'st.*] Comminiscentis est potius, quam alicui referentis. *Quid dicam aliud.*] Hoc post spectatores. — 8. *Cur tu obsecro hic me solam?*] Ἀποσιώπησις tertia. *Fabula?*] Fabulam se dicit audire, qui rei principium rationemque ignorat. — 9. *Eho.*] *Eho* interiectio est, vel principium animadversionem in se poscentis, aut repente

---

6. *Quid turbae est apud forum!*] Videtur loqui de iudiciorum causarumque frequentia, quae in foro tractabantur. Cicero Fam. VIII. 8. *Haec quoque magna nunc contentio forum tenet. Quid* autem iunctum genitivo *αὐξητικὸν* est. Heaut. II. 3. 6. et 13. ubi vid. Muretum. — *Quid illic hominum litigant!*] Ita Plautus, Poen. III. 3. 5. *Sed quid huc tantum hominum incedunt?* Rud. I. 2. 60. *Pro dii immortales, quid illuc est, Sceparnio, Hominum secundum littus!*

7. *Tum annona cara 'st.*] Frequens ea de re querela parasitorum, sed et pauperum, cum in comoedia, tum historia. Plautus, Stich. I. 3. 25. *Per* annonam caram *dixit me natum pater. Propterea, credo, nunc esurio acrius.* Et IV. 2. 52. *ut annona est gravis!* Hinc saepe tumultus orti. Suetonius, Aug. 25. *Si tumultus in graviore annona metueretur.* Theophrastus, Charact. cap. 5. garrulis tribuit, *ὡς χαλεπόν ἐστι τὸ ζῆν! Quam gravis est victus!* — *Quid dicam aliud, néscio.*] Haec Davus vel secum, vel ad spectatores conversus, dixit. Cicero, Att. XVI. 15. *Nihil enim habeo aliud, quod dicam.*

8. *Quae est haec fabula?*] H. e. Quid hoc est negotii? Ita Eun. IV. 4. 22. Adelph. IV. 5. 4. 8. et 73. Hec. I. 2. 22. Plautus, Mostell. V. 2. 28. *Quae haec est fabula?*

10. *Satin' sanus es?*] Formula acerbe reprehendentis. Infra

Qui hic néminem alium vídeam? *Ch.* Miror, únde sit. *Da.* Dictúran' es quod rogo? *My.* Aú. *Da.* Concede ad déxteram.

My. Delíras? non tute ípse? *Da.* Verbum sí mihi Unúm, praeterquam quód te rogo, faxís, cave.

rogem? Quod vel ictuum ratione probari arbitratur. Faërnus putabat *ego* in scansione in unam syllabam contrahendum et per synaloephen abiiciendum esse.

V. 12. Nisi cum Faërno *s* ex *es* elidere volueris, ut secundus pes sit anapaestus, tertius iambus, leges cum Bentl. *Dictura es quod rogo.*

V. 13 Bentleius miratur istud *cave si faxis* pro *cave faxis.* Itaque corrigit: *Dav. Verbum unúm mihi* || *Praetereaquam quod te* etc. Equidem vulgatam recte habere arbitror. Comminatur enim Davus Mysidi, eam poenas daturam, si garrula fuerit. Itaque *cave κατὰ σύνεσιν* dictum.

---

cernentis. — 11. *Hic neminem videam.*] Callide affirmat non sibi visum Chremem, cum et praeviderit venientem, et praesentem videat. *Miror, unde sit.*] *Miror* veteres cum *unde* pro *nescio* ponebant; nam admiratio ab ignorantia descendit. *Plautus*, [Aulular. Prol. v. 1.] *Ne quis miretur qui sim, paucis eloquar.* — 12. *Au.*] Interiectio consternatae mulieris. *Concede ad dexteram.*] Et bene *déxteram*, sinistra enim venit Chremes: et non vult proximum ei Chremetem, sed iuxta: supra enim dixit, *Ego quoque hinc ab dextera venire me adsimulabo.* — 13. *Deliras? non tute ipse?*] Deest, *eum mihi dedisti.* Sed et supra, et nunc interturbat Davus, ne mulier totum dicat. *Non tute ipse?*] Submissa voce. *Verbum si mihi unum.*] Accommodate comminatur Davus: pene enim Mysis universa narrabat. — 14. *Praeterquam quod te rogo.*] Hoc est, sensim, et ut senex sentiat, pronuntiari potest. *Faxis, cave.*] Gestu comminantis est et vultu: ut suspenderet comminationem,

---

V. 4. 9. Eun. III. 5. 11. Heaut. IV. 3. 29. Adelph. III. 2. 28. Phorm. V. 3. 19. Plautus, Amph. II. 1. 57. *Satin' tu sanus es?*

13. *Deliras?*] Proprie *delirat* aratrum, quoties extra liram seu sulcum aberrat. Plinius, Hist. Nat. XVIII. 20. *Crate dentata, vel tabula aratro adnexa, quod vocant* lirare, *operientes semina: unde primum appellata* deliratio *est.* Vide Nonium Marcellum, I. 62. Hinc ad animum transfertur, qui a vero et recto aberrat. Adelph. V. 8. 13. Plautus, Menaech. V. 9. 15. *Delirare mihi videre.* — *Verbum si mihi unum, praeterquam quod te rogo, faxis, cave.*] Ita Plautus, Amph. II. 1. 61. *Cave quidquam, nisi quod rogabo te, mihi respondeas.*

My. Male dícis? *Da.* Unde 'st? díc clare. *My.* A vobis. *Da.* Ha, ha, he. 15
Mirúm vero, impudénter mulier sí facit || meretrix?
Ch. Ab Andria est [ancilla] haec, quantum intélligo.

V. 15. Bentleius corr. *faxis cave.* || *Quin dícis undest clàre. Mys. A nóbis. Dav. Áttate.* Alioquin quum *nobis* ultimam producat, *ha ha he* non trisyllabon sed disyllabon esset.

V. 16. toto pede ultra terminum vagatur. Itaque Bentl. reposuit: *Mirúm vero impudénter mulier si facit* || *Meretrix. Ab Andria èst haec, quantum intélligo.*

---

deinde inferret gestum. Ordo, *Cave faxis.* — 15. *Male dicis.*] Cum contemptu loqueris, convicium facis. Apparet ergo, *male dicis* lentius esse dictum, quum subiungit, *dic clare. Male dicis.*] Nove *male dicis*, pro comminatione posuit, quum pro convicio soleat poni. [Vide Bentl. ad h l.] Nisi forte, quia contumeliae genus est comminatio. Quidam putant esse unam personam, Davi scilicet, dictum superius Mysidis, non satis manifestum Chremi, in maledicti similitudinem derivantis. *Unde 'st? dic clare.*] Hic expressius dixit. *A vobis.*] Parum intelligebatur, hic addidit morem meretricis, ut vel sic intelligat senex. — 16. *Mirum vero.*] Saepe ad εἰρωνείαν refertur. *Impudenter mulier si facit.*] Bono ordine locutus est; primo enim causa impudentiae natura est, deinde conditio. — 17. *Ab Andria 'st ancilla haec*] Effecit quod volebat Davus; nam intellexit Chremes, ex qua sit Pamphilo natus

---

15. *Dic clare.*] Vox *clara* est liquida et quae ab omnibus audiatur. Livius XLII. 25. *Qua voce eum accensum restitisse, atque voce clara denunciasse sibi, ut triduo regni sui decederent finibus.* [*Dic clare* i. e. magna et elata voce. Sueton. Vitell. c. 14. *quod Venetae factioni clare maledixerant.* Barbari dicunt *alta voce* pro clara voce: sed *alta vox* apud Veteres est superba. Burmann. ad Ovid. Trist. IV. 9. 24. et Oudendorp. ad Frontin. IV. 1. 33. Sed hic melius fuerit *clare* accipere pro certe, sine ambagibus. Sic *clara* et *certa* iunguntur Hec. V. 4. 1. et sic accepit Bentleius ὁ κάνν.]

16. *Mulier meretrix*] Ita Plautus, Menaechm. II. 2. 60. *istic* meretricem *credo habitare* mulierem. Vide porro Commentarium maiorem. [*Mulier meretrix:* abundat *mulier.* Similis pleonasmus Phorm. II. 1. 62. *homo servus.* Cic. ad Div. XII. 22. *homo gladiator.* Vid. Bentleius ad h. l. et Cortius ad Sallust. Iug. c. 12. 5.]

17. *Ab Andria 'st ancilla haec.*] H. e. Andriae mulieris ancilla. De constructione vide supra ad I. 1. 129.

Da. Adeón' vidémur vóbis esse idónei,
In quíbus sic illudátis? *Ch.* Veni in témpore.
Da. Propera ádeo puerum tóllere hinc ab iánua.
Mané; cave quoquam ex ístoc excessís loco.
My. Dî te éradicent: íta me miseram térritas.
Da. Tibi egó dico, an non? *My.* Quíd vis? *Da.* An etiám rogas?
Cedo, cúium puerum hic ádposuisti? díc mihi.

V. 23. Bentl. ex vett. editt. *Tibi dico ego, annon?* Idem v. 26. *Cuius nostri.* et v. 27. *Recte ego nempe has fugi nuptias:* qui non *semper* fugerit, qui I, 1, 73. ultro ad Simonem venerit, ut cum summa dote Pamphilo uxorem daret.

---

puer. — 18. *Adeon' videmur vobis esse idonei.*] *Idoneus* est aptus ad omnia, et bona, et mala. *Adeon'*] Adeone, an adeone ad eum? — 19. *In quibus sic illudatis?*] Et *illudo in te*, septimo casu: et *illudo te*, accusativo dicimus; sed in primo supervacuum est: ut sit, quibus illudatis. *Veni in tempore.*] Cum provisus sit, intervenisse putat. *Veni in tempore.*] Opportune. Nos sine praepositione dicimus, *tempore* et *tempori*. — 20. *Propera adeo puerum tollere.*] Hic versus clare dicitur: sequens, ne senex audiat, presse. — 21. *Cave quoquam ex istoc excessis loco.*] Necessario Davus retinet Mysidem. Nondum etiam omnia audivit Chremes, nondum comperit unde sit mulier, et puer de quo susceptus sit. *Excessis*, pro excedas: ut *faxis*, pro facias. — 23. *An etiam rogas?*] Rursum iurgium repetit, et turbulentam orationem. — 24. *Cedo.*] *Cedo* idem significat quod *dic*, et *da mihi*. Ergo

---

18. *Idonei, in quibus dic illudatis?*] Vide supra III. 2. 12. Dixit autem, *in quibus*, uti Sallustius, Catil. 9. *In civibus facinora facere.* ubi vide quae notavit Cortius. Cfr. Cl. Burmannus ad Quinctilianum, Declam. XV. 6. *In te ergo solo venefica.*

19. *Veni in tempore.*] Ita supra III. 2. 51. Infra V. 6. 10. Heaut. II. 3. 123. Florus III. 3. 13. In tempore *aggressus est.*

22. *Di te eradicent.*] Formula male precandi. Metaphora ab herbis translata. Heaut. III. 3. 28. Plautus, Rud. V. 2. 59. *Venus* eradicet *caput atque aetatem tuam.*

23. *Tibi ego dico, an non?*] Formula indignantis, quoties alter res alias agere videtur. Similis locutio supra I. 2. 15. *Hoccine agis, an non?* Sed et increpantis est *tibi dico*. Ovidius, Heroid. II. 153. *Alterius thalamo, tibi nos*, tibi dicimus *exi*. Phaedrus, IV. 19. 28. Tibi dico, *avare*, *gaudium heredis tui.*

[24. *Cuium puerum:* antiquo more pro cuius, a cuius, cuia, cuium. Infra V. 4. 29. *cuiam igitur.* Virg. Ecl. III. 1. *Cuium pecus.*]

My. Tu néscis? *Da.* Mitte id, quód scio: dic quód rogo.
My. Vestri. *Da.* Cuius vestri? *My.* Pámphili. *Da.* Hem! quid? Pámphili?
My. Eho, an nón est? *Ch.* Recte ego sémper fugi has núptias.
Da. O fácinus animadvértendum! *My.* Quid clámitas?
Da. Quemne égo heri vidi ad vós adferri vésperi?
My. O hóminem audacem! *Da.* Vérum. vidi Cántharam

repetitionem significat, non supervacuam orationem. Et est dictum cum quadam fiducia, et contemptu eius, cum quo sermo est, interrogantis aliquid. — 25. *Mitte id, quod scio.*] Hoc lentius et summisse. — 26. *Hem! quid? Pamphili?*] Apparet mulierem *vestri* et *Pamphili* lentius pronuntiasse, quam Davus vellet, et ideo nunc repetisse nomen *nostri* et *Pamphili. Hem! quid? Pamphili?*] Duas res operatur Davus simul, et ut ignarissimum se ostendat, et ut Pamphilus nominetur. Et argute repetit nomen Pamphili, quasi per indignationem, ut soceri auribus adolescentis nomen inculcet; metuit enim, ne non audiat velut senex. — 27. *Recte ego semper fugi has nuptias.*] Et hic efficit quod voluit Davus, ut Pamphili Chremes puerum esse cognoscat, et recuset generum. *Has.*] Id est huiusmodi. — 28. *O facinus animadvertendum.*] Ἀποσιώπησις quarta. *Quid clamitas?*] Clamavit enim Davus, ut puerum audiret Chremes. — 29. *Quemne ego heri vidi ad vos adferri vesperi?*] Vult negando irritare mulierem ad confirmanda quae vult. — 30. *O hominem audacem!*] Exclamatio Mysidis testimonium veritatis est. *Verum vidi Cantharam suffarcinatam.*] Vide infirmum argumentum: prius, *vidi puerum afferri*, dixit; post, non puerum, sed *Cantharam suffarcinatam. Cantharo* nomen est anus. Et hoc dicit, ut leviter redarguat Mysidem, non ut vincatur; hoc enim vidisse se innuit, *Cantharam suffarcinatam*, non puerum portantem.

---

27. *Recte.*] H. e. merito. Adelph. V. 8. 28. Hec IV. 1. 44. V. 4. 22. Infra V. 4. 50. — *Fugi nuptias.*] Ita supra II. 1. 32.

28. *Animadvertendum.*] H. e. puniendum, ut supra I. 1. 129.

29. *Quemne ego heri vidi.*] Interrogatio subdubitantis. Plautus, Mil. I. 1. 13. Quemne *ego servavi in campis Gurgustidonis?* [Oratio sic explenda: tune dicis hunc esse puerum Pamphili, quem ego heri vidi ad vos adferri? Catull. LXIV. 180. *An patris auxilium sperem, quemne ipsa reliqui* i. e. eiusne, quem ipsa reliqui, ubi vid. Muretum.]

Suffárcinatam, *My.* Dis pol habeo grátias,
Cum in páriundo aliquot ádfuerunt líberae.
Da. Nae illa íllum haud novit, cúius causa haec incipit.
Chremés, si positum púerum ante aedes viderit,
Suam gnátam non dabit. tanto hercle mágis dabit.
Ch. Non hércle faciet. *Da.* Núnc adeo, ut tu sis sciens,

V. 31. Bentl. ex duobus codd. *gratiam*, probante Ruhnkenio, qui id ex more Comicorum esse arbitratur.

Suffarcinatam.] Proprium est anibus suffarcinatas esse. ut *Persius*, *Pannucia Baucis*. Et *Plautus*, *Doliarem*, *claudam*, *crassam*. — 32. *Cum in pariundo aliquot adfuerunt liberae.*] Indicium secuta confirmatio est, quam expressit Davi refutatio. Superest etiam ut et concludatur effectus doli, negante Chremete se daturum filiam: quod subinde efficit Davus dolo. *Aliquot liberae.*] Nec paucae, nec multae. *Liberae.*] Testimonia libera contra servum. Et hoc proprium *Terentii* est; nam de Romano more hoc dixit. — 33. *Nae illa illum.*] *Nae*, valde. *Cicero*, *Nae illi vehementer errant*. *Nae illa illum.*] Chremetem scilicet. — 34. *Chremes, si positum puerum.*] *Ἐφ ὑπονοίας.* Et est *μίμησις*; transit enim a mixto ad imitativum characterem. *Chremes, si positum puerum.*] *Μίμησις*, quando aliqua verba sic pronunciamus, ut vana videantur. — 36. *Non hercle faciet.*] Bene enim de se tertiam per-

---

31. *Suffarcinatam.*] H. e. suffertam onere, quod sub axillis gerebat. Plautus, Curc. II. 3. 9. *Tum isti Graeci Palliati, capite operto qui ambulant, Qui incedunt* suffarcinati *cum libris, cum sportulis.* Ut autem a *sarcio* est *sarcino*, ita a *farcio* est *farcino*. Metaphora ab avibus translata, quae dum saginantur, ut pinguescant, *farcinari* dicuntur. Vide Commentarium maiorem, et Donatum.

32. *In pariundo aliquot adfuerunt liberae.*] Hinc duo confici vult Mysis; primum non esse puerum suppositicium, sed e Glycerio natum. Si enim *servo homini testimonii dictio non est*, Phorm. II. 1. 63. homini libero utique erat. Addit autem, *aliquot liberae*, ne unius mulieris testimonio res nixa in dubium vocaretur. Deinde autem tacite agnoscebatur a liberis illis mulieribus, etiam Glycerium esse ingenuam.

34. *Chremes, si puerum positum ante aedes viderit, suam gnatam non dabit.*] Est in his verbis *μίμησις* eorum, quae Glycerium cogitare et sperare videbatur. Ita Eun. I. 2. 75.

36. *Ut tu sis sciens.*] De hac constructione vide supra III. 2. 28.

BODLEIAN LIBRARY OXFORD UNIVERSITY

Nisi púerum tollis, iám ego hunc in mediám viam
Provólvam; teque ibídem pervolvam ín luto.
My. Tu pól homo non es sóbrius. *Da.* Fallácia
Alia áliam trudit. iám susurrari aúdio,
Civem Á'tticam esse hanc. *Ch.* Hém! *Da.* Coactus légibus
Eam uxórem ducet. *My.* Au! óbsecro; an non cívis est?

V. 42. Bentl. ex codd. *Ebo* pro *Au.*

---

sonam fecit, ut supra, *At nunc faciet. Ut tu sis sciens.*] Eloquenter: sic enim veteres pro *scias* dixere. — 37. *In mediam viam provolvam.*] Bene *in mediam viam:* quia ante fores positus iacebat. — 38. *Provolvam.*] Id est, porro volvam. Et dolo quidem miaatur, quod facturus non est: verum sedulo id agit, ut iam puer tollatur e medio: simul eum servat Chremeti, ut ipse recuset generum, non ut à quoquam passus videatur iniuriam. *Teque ibidem pervolvam in luto.*] De proximo παρόμοιον repetit. Et quando nomina sunt, παρονομασία: quando verba, παρόμοιον dicitur. — 39. *Tu pol homo non es sobrius.*] *Sobrius* est sanae mentis, quasi *seobrius*, hoc est, ebrio separatus, secretus, separatus ab iis qui discernuntur. — 40. *Fallacia alia aliam trudit.*] Proverbium, cui subiacet, *memorem mendacem esse oportere.* — 41. *Civem Atticam esse hanc.*] Transit ad imitationem. *Au!*]

---

37. *In mediam viam provolvam.*] Simili interminatione utitur Plautus, Mercat. IV. 4. 57. *Ibo ad forum, atque Demiphonl haec eloquar, Me isthanc capillo* protracturum esse in viam, *Nisi hinc abducit, quo volt, ex hisce aedibus.*

39. *Non es sobrius.*] Formula convicii. Ita Heaut. IV. 3. 29. Eodem sensu dixit Eun. IV. 8. 13. *Temulenta es.* — *Fallacia alia aliam trudit.*] Metaphora vel ab undis maris vel a tempore deducta. Horatius, Carm. II. 18. 15. *Truditur dies die.*

40. *Susurrari.*] H. e. clam dici, sed sine auctore. Martialis, II. 44. 6. *Et secum, sed ut audiam,* susurrat.

41. *Coactus legibus eam uxorem ducet.*] Vide Adelph. IV. 5. 51. Phorm. II. 3. 66. et Meursium, Them. Att. I. 6. [Saepe Veteres *leges* dicunt de lege una vel legis parte. Sic *legibus solvi* dicitur, qui una alterave lege solvitur, ut docet Graevius ad Cic. Philipp. II. 13. Lege vero Atheniensium, qui virgini civi vitium obtulerat, eam uxorem ducere cogebatur. Vid. Adelph. IV. 7. 7.]

Ch. Ioculárium in malum ínsciens pene incídi.
Da. Quis hic lóquitur? o Chremé, per tempus ádvenis.
Auscúlta. *Ch.* Audivi iam ómnia. *Da.* Anne tu ómnia?
Ch. Audívi, inquam, a princípio. *Da.* Audistin' óbsecro?
Hem — Scelera! hánc iam oportet in cruciatum hinc ábripi.
Hic ílle est! non te crédas Davom lúdere.

V. 45. quia *ne* productum nullum habet locum Bentl. corrigit: *Anne haec tu omnia?* Idem v. 47. *Hem* ad versum praecedentem traxit. v. ad III. 3, 23. Certe versus ab *Scelera* ordiendus.
V. 48. Bentl. ex codd. *Hic est ille.*

Interiectio est conturbatae mulieris. — 43. *Iocularium in malum.*] E contrario pro gravi et molesto ac nimio. *Iocularium* igitur κατ' ἀντίφρασιν. — 44. *Quis hic loquitur? o Chreme, per tempus advenis.*] Principium loquendi Davus Chremeti dat, perfecturus quae ipse conatus est. *Per tempus advenis.*] Idem est *per tempus*, quod *in tempore*; aut certe *per tempus*, *tempestive*. *O Chreme per tempus advenis.*] Astute, quasi eum nunc primum viderit. — 45. *Anne tu omnia?*] Aut *ne* pro *non* legitur, aut *ne tu omnia*, ut *ne* producatur, et accipiatur pro *non*. — *Tu omnia.*] *Audisti*, subauditur. — 46. *Audistin' obsecro? hèm.*] Exsultans Davus infert, et inculcat, frequenter repetendo. *Audistin' obsecro? hem.*] Difficile credendo, affirmat se non scivisse praesentem Chremetem, ut hac confirmatione nihil illum de se faciat suspicari. — 47. *In cruciatum.*] Non *in crucem*, sed *cruciatum*. — 48. *Hic ille est.*] Cum ἐμφάσει, quasi vir ma-

---

43. *Iocularium.*] *Iocus* facit *ioculus*; inde *iocularis* et *ioculatius*, quod ludum ac iocum facit. Phorm. I. 2. 87.

44. *Per tempus advenis.*] H. e. in tempore, opportune. Hecyr. IV. 3. 16. Plautus, Menaechm. I. 2. 30. *Non potuisti magis* per tempus *mihi advenire, quam advenis.*

46. *A principio.*] Plautus, Aul. III. 6. 2. *ME. Ain'? Audivisti? EV.* Usque a principio omnia.

47. *Hem scelera!*] Ita Adelph. II. 2. 20. III. 2. 6. — *In cruciatum hinc abripi.*] Qui in vincula coniiciebantur, *abripi* dicebantur. Adelph. II. 1. 27. Vult igitur Davus Mysidem mentitam, atque adeo torquendam, ut verum exsculpatur, de simulato partu.

48. *Hic ille est.*] Haec digitum in Simonem intendens, et

My. Me míseram! nil, pol, fálsi dixi, mí senex.
Ch. Noví rem omnem. ést Simo intus? *Da.* Est.
My. Ne me áttingas, sceléste. si pol Glýcerio non ómnia haec.
Da. Eho, inépta, nescis quíd sit actum? *My.* Quí sciam?
Da. Hic sócer est. alio pácto haud poterat fieri,

V. 50. et 51. malè hic inter senarios dimeter et tetrameter locum occupant. Bentleius locum mutavit sic: *Novi ómnem rem. est Simo intus? D. est.* M. *ne me áttigas,* ‖ *Scaléste, si pol Glycerio non ómnia haec.*

---

gnus. Sed hoc Chremetem ostendens dicit cum εἰρωνείᾳ. *Non te credas Davom ludere.*] *Virgilius: Non Diomedis equos, non currus cernis Achillis?* — 49. *Mi senex,*] Bene *senex*, quia quasi alienior est, et ignotus Mysidi. *Mi.*] Suppalpatio muliebris. — 51. *Ne me attingas.*] Quaedam ostenduntur aperte in comoediis: quaedam ex aliis personis intelliguntur. *Si pol Glycerio non omnia haec.*] Ἀποσιώπησις tertia, quod alienae personae interventu reticeatur. Fiunt autem ἀποσιωπήσεις, id est, reticentiae, tribus modis. Aut enim tacet per se ipsum, et ad alium transit: et est prima; aut tacet, nec ultra aliquid dicit: et est secunda; aut alterius interventu personae silet: et est tertia. — 52. *Nescis quid sit actum?*] *Nescis*, plerumque dicitur ei, non quem volumus redarguere imperitiae aut ignorantiae, sed quem facere volumus, ut velit libenter au-

---

quasi malum Mysidi interminatus dicit. Gr. ὅδε ἐκεῖνος. [*Hic est ille*, nempe Chremes, de quo dixerat supra v. 34. Elegans formula *hic ille est.* Eun. IV. 6. 14. *haec ea est.* Liv. XXVI. 17. *hic is est qui pugnam praecessit*: similiter *hoc illud est* apud Cic. de Senect. c. 20. Vid. Drakenborch. ad Liv. II. 6. 7.]

51. *Ne me attingas, sceleste.*] Scilicet Davus, qui usque adhuc praesente Simone territaverat ancillam, nunc eo remoto subblanditur et palpo percutere vult. Turpilius, Leucadia: Ne me attingas, *atque aufer manum. Eia, quam ferocula est.* Plautus, Amph. III. 2. 22. *Potin' es, ut abstineas manum?* Pers. V. 2. 35. *Cave sis me attingas.* — *Si pol Glycerio non omnia haec.*] Subaudi, *narratura sum.* Vult igitur Mysis Davum invicem laedere, criminatura eum apud Glycerium, atque adeo per Glycerium apud Pamphilum.

53. *Hic socer est.*] Loquitur quasi per πρόληψιν, quia Simo videbatur futurus socer Glycerii. Ita Virgilius, Aen. III. 344. *Et gener auxilium Priamo Phrygibusque ferebat*, de eo, qui Cassandram petebat uxorem. Ita Turnus ad Latinum, quem sibi optabat socerum, Aen. XI. 410. *Nunc ad te, et tua, magne pater, consulta revertor.*

Ut sciret haec, quae vóluimus. *My.* Praedíceres.
Da. Paullum interesse cénses, ex animo ómnia,
Ut fért natura, fácias, an de indústria?

V. 54. Bentl. *quae voluimus.* M. *Praediceres.* Vulg. *volumus.* Alioquin metrum corruit.
V. 55. Bentl. corr. *Hilum interesse.*

dire. — 55. *Paulum interesse.*] Nove, pro multum. Et est κατείρωσις σχῆμα. *Ex animo omnia, ut fert natura, facias.*] Figura ἐπεξήγησις. Nam quid est *ex animo*, nisi, *ut fert natura*? Et haec sententia a *Terentio* ἠρωτηματικῶς prolata est, quam *Menander* ἐπιδεικτικῶς posuit. [v. Bentl. ad h. l.] — 56. *Ut fert natura.*] Hoc est, naturalis et ingenita actio. *An de industria?*] Id est, scientia et providentia. Ea enim quae dicimus et scimus, operatione genita et industria quadam scimus. ut *Virg. Et cui putre solum*, (*namque hoc imitamur arando.*)

[54. *Praediceres* pro praedixisses, imperfectum pro plusquamperfecto, de qua temporum enallage vid. Gronov. ad Liv. XXXIV. 11. 2. Perizon. ad Sanct. Min. I. 13. 5. p. 98.]

55. *Ex animo.*] H. e. non simulato. Eun. I. 2. 95. et 99.

56. *Ut fert natura.*] H. e. ut res ipsa fert, sine arte vel consilio. Ita Cicero, Fam. IV. 12. *Casum* et *naturam* sibi ponit.

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUINTA.

CRITO. MYSIS. DAVUS.

Cr. In hác habítasse plátea dictum 'st Chrysidem:

In hac habitasse platea.] *In hoc loco persona, ad catastrophen machinata, nunc loquitur. Nam hic Crito nihil argumento debet, nisi absolutionem errori eius: simul ex verbis suis, quam gravis, quam modestus, quamque iustus sit, ostendit.* — 1. *In hac habitasse.*]

1. *In hac habitasse platea dictum 'st Chrysidem.*] Ita Plautus, Asin. II. 3. 1. *Ut demonstratae sunt mihi, hasce aedes esse oportet, Demaenetus ubi dicitur habitare.*

Quae se inhoneste optávit parere hic divítias
Potiús, quam in patria honéste pauper vívere.
Eius mórte ea ad me lége redierúnt bona.

V. 2. Bentl. ex cod. *Quae sibi inhoneste* etc. quia sequitur *quam pauper vivere.* Nisi fortasse ex aliis libris *viveret* praeferas, quam structuram Bentl. firmat collatis Adelph. I. 2, 28.

V. 3. Bentl. ex codd. *quam honéste in pátria p. v.*

Non *habitare:* sed quia mortua est, *habitasse* dicit. *Platea.*] Graeci πλατεῖαν dixerunt, quam nos *plateam* dicimus. Secundum formam eiusmodi *Μηδείαν* et *Medeam*, σπονδεῖον et *spondeum* scribimus. — 2. *Quae sese inhoneste optavit.*] *Optare*, est unum de duobus eligere. *Virgilius, Pars optare locum tecto.* — *Parere hic divitias potius.*] Animo heredis dixit, *parere hic divitias.* — 3. *Quam in patria.*] Primum dolet Crito, quod meretrix fuit Chrysis; secundo progressus, queritur quod mortua est. Et nota quod tria dixit Crito contemsisse Chrysidem: patriam, honestatem et paupertatem. *Τὸ πρέπον* etiam servatum est gravi viro, quum illum sobrinae pudet. Simul hic ostenditur eius generis fuisse Chrysidem, ut quae probe vivere potuerit: nisi, ut ait, necessitas cogeret. *Quam in patria honeste.*] *Ἀντίθετον* primum. — *In patria honeste pauper vivere.*] His verbis a poëta iam honestus inducitur Crito, et dignus cui credi oporteat. *Pauper vivere.*] Ad illud reddidit, *Sed inopia et cognatorum negligentia coacta.* — 4. *Ea ad me lege redierunt bona.*] Hic ius tractavit dicendo *redierunt:*

---

2. *Sese optavit parere divitias.*] *Sese*, sic enim vulgo legitur, eleganter πλεονάζει. Eun. Prol. 1. II. 2. 17. Sallustius, Catil. 7. Sese *quisque hostem ferire properabat.* Livius XXII. 50. *Qui se bene mori, quam turpiter vivere maluit.* Eadem locutione dixit Cicero, Catil. I. 2. *Cupio me esse clementem.* Aliter Plautus, Aul. Prol. 11. *Inopemque optavit potius eum relinquere, Quam eum thesaurum commonstraret filio.* [*Optare* est eligere. Liv. XLII. 32. *sine sorte se Macedoniam optaturum.* ubi vid. Drakenborch.]

[3. *In patria pauper viveret.* Sic e mss. optime reposuit Bentleius. Ante edebatur *in patria pauper vivere*, quod per Graecismum dictum putat Perizon. ad Sanctii Min. IV. 12. 9. p. 732. In lectione, quam revocavit Bentleius, talis est syntaxis, qualis Adelph. I. 2. 28. *sinere nunc facere potius quam ubi te exspectatum eiecisset foras, alieniore aetate post faceret tamen.* Caesar B. G. II. 10. *optimum esse domum suam quemque reverti et quorum in fines primum Romani exercitum introduxissent, ad eos defendendos undique convenirent*, pro convenire, ubi vid. Oudendorp. Plura notavimus ad Rutil. Lup. II. p. 96.]

4. *Eius morte ea ad me lege redierunt bona.*] H. e.

Sed quós perconter? vídeo. salvete. *My.* O'beecro,
Quem vídeo? estne hic Critó, sobrinus Chrysidis?
Is ést. *Cr.* O Mysis, sálve. *My.* Salvos sís, Crito.
***Cr.* Itan' Chrysis? hem! *My.* Nos quídem pol miseras pérdidit.**
***Cr.* Quid vós, quo pacto hic? sátine recte? *My.* Nósne? sic.**

V. 8. Bentl. corr. *nos pól quidem*, ut III, 1, 1.
V. 9. ratio poscit, ut cum Faërno et Bentleio *satine* legamus pro *satin.*

---

quia in familiam redeunt, si non est heres de proximo, aut ex testamento. — 5. *Perconter?*] Interrogatio est, cui necessario respondetur, aut *etium*, aut *non*. *Percontatio*, oui nihil horum. Ut si quis dicat, ubi habitabat Chrysis? dicatur, Ecce hic. *Percontatio*, ut si quis dicat, Cur adulterium commisisti? Simul etiam modeste et mature, et de se nihil interrogaturus, coepit a blandimentis. — 6. *Estne hic Crito, sobrinus Chrysidis?*] *Sobrini* sunt consobrinorum filii: nam sic dicit *Menander*; verum ut alii putant, de sororibus nati, ut sint *sobrini*, quasi sororini. — 7. *Salvus sis, Crito.*] *Salvus*, asseveratio salutantis est, non quasi responsio. — 8. *Itane Chrysis? hem!*] Non nunc interrogat, sed commiseratur: et ita sequebatur ut diceret, *periit.* sed magis gemitus significat, quod minus dixerat. *Nos quidem pol miseras perdidit.*] Hic intelligitur; supra subaudiendum *periit.* Nam pro *periit*, haec reposuit, *perdidit.* — 9. *Quid vos, quo*

---

legitimus eius heres ego sum, etiam sine testamento defunctae. Cicero Verr. I. 45. *Minucius quidam mortuus est ante istum praetorem, eius testamentum erat nullum: lege hereditas ad gentem Minuciam veniebat.* Sive autem *ea morte* dixerit, sive *ea bona*, res eodem redit. Hec. I. 2. 96. Proprie autem *redierunt* dicit de bonis, quae non transeant in alienam familiam, sed redeant ad legitimum heredem. Cicero, de Oratore I. 39. *Cum hereditatem ad se* rediisse *dicerent.* Ut enim hereditates testamento dicuntur *venire*, ita legitimae et ab intestato *redire.* [v. Brisson. de Verbor. Signif. s. v.]

5. *Sed quos perconter? video.*] Plautus, Rud. II. 2. 4. *Sed quos perconter? commode eccos video adstare.*

6. *Quem video? estne hic Crito, sobrinus Chrysidis? is est.*] Ita solent, qui primum parum prospexerant. Adelph. I. 1. 53. Phorm. V. I. 8.

8. *Itane Chrysis?*] Ne videatur *δυσφημεῖν*, *mortua*, vel simile, omittit, ex solemni more veterum; quibus ob eandem causam *fuisse*, *abiisse*, *vixisse* dicebantur mortui. Iidem Graecis *κλεινοὶ* et *μακαρίται* dicebantur.

9. *Sasin' recte?*] Subaudi, agitis. Formula de salute alte-

Ut químus, aiunt, quándo ut volumus, nón licet.
Cr. **Quid Glýcerium? iam hic suós parentes répperit?**
My. **Utinam!** ***Cr.*** **A'n nondum etiam? haud aúspicato huc me ádtuli.**
Nam pól, si id scissem, núnquam huc tetulissém pedem:

V. 12. *adpuli* Faërnus. Illud etiam Bentl. probavit.

---

pacto hic?] Progressio loquentis ad interrogandum. Id est, puto, inquit, quod illa periit: vos autem quo modo? *Quo pacto hic?* Significatio est peregrinantis. — 10. *Nosne? sic, ut quimus.*] τὸ *sic* nudum est. Et est significatio languoris cuiusdam et lentitudinis. *Nosne? sic, ut quimus, aiunt, quando ut volumus, non licet.*] Et ad praesentis, et ad praeteritae vitae excusationem pertinet ista responsio, qua purgatur voluntas Chrysidis in quaestu meretricio. *Caecilius* in Plocio: *Vivas ut possis, quando nequis ut velis.* — 11. *Quid Glycerium? iam hic suos.*] Convenit hereditatem petenti, convenit iudici futuro, de pluribus indagare. Ergo recte et ordine quaesivit, *Quid Chrysis? quid vos? quid Glycerium?* — 12. *Utinam!*] Novo genere exoptationem pro negatione intulit. *Haud auspicato huc me adtuli.*] Id est, inauspicatus, quod non esset auspicatus. Et usitatum veteribus sic dicere, si quid aliquando aliter evenisset, quam vellent. — 13. *Nunquam*

---

rius rogitantis. Ita Eun. V. 6. 8. [*Satin recte*; subintelligendum agitis; solennis interrogatio peregre redeuntium vel aliunde advenientium. Quinctil. Inst. VI. 3. *rectene omnia?* scil. se habent. Vid. Brisson. de Form. VIII. p. 724. Dicunt etiam Veteres *satisne salvae* sc. res sunt, ut Eun. V. 5. 8. Sed disputant viri docti, an etiam dixerint *satisne salve*, ut *salve* sit adverbium. Verum rectissime iudicat Gronovius ad Plaut. Stich. I. 1. 10. hanc formam non satis rectis testimoniis niti. Gronovio accedit Dukerus ad Liv. I. 58. 7.] *Sic.*] Haec particula mediocriter laudat. Heaut. III. 1. 49. Phorm. I. 2. 95. ubi vide Donatum.

10. *Ut quimus.*] Menander: Ζῶμεν γὰρ, οὐχ ὡς θέλομεν, ἀλλ' ὡς δυνάμεθα. Horatius, Carm. I. 24. 18. *Durum: sed levius fit patientia, Quidquid corrigere est nefas.* Ubi vetus Scholiastes hunc Terentii locum laudat.

12. *Huc me adtuli.*] Plautus, Amph. III. 4. 6. *Ego sum Iovi dicto audiens: eius iussu nunc huc me adfero.* Virgilius, Aeneid. VIII. 477. *fatis* huc te *poscentibus* adfers. Uti vero *adfert se*, qui venit, ita abscedens *auferre se* dicitur. Plautus, Rud. IV. 3. 93. *te obsecro, hercle*, aufer te *modo.* Eadem ratione *agere, facessere, ducere, penetrare se* dixerunt.

13. *Huc tetulissem pedem.*] Adelph. II. 2. 19. Ennius,

Sempér enim dicta 'st éius haec, atque habita ést soror.
Quae illius fuerunt, póssidet. nunc me hóspitem
Lités sequi, quam hic míhi sit facile atque útile,
Aliórum exémpla cómmonent, simul árbitror,
Iam aliquem ésse amicum et défensorem ei: nám fere

V. 14. Faërnas *eius* in unam syllabam longam contrahit versumque integrum putat. Bentl. corrigit: *Sempér ei dicta est ésse haec atque habita ést soror.*

V. 16. Bentl. ex codd. *quam id mihi sit f.* ut sententia generaliter pronuntietur. Idem v. 18. *Iam esse áliquem*, ex codd. Concianius.

---

huc tetulissem pedem. Virgilius, Mene efferre pedem, genitor, te posse relicto Sperasse? Et, *Ferte, simul Faunique pedem, Dryadesque puellae.* Sed Critici adnotant, alienius esse a charactere comico, *tetulissem pedem.* — 14. *Semper enim eius dicta 'st haec atque habita 'st soror.*] Aut veris credendum est, aut etiam falsis, quae tamen inveteraverint. Hinc *Cicero, Ita habeantur, itaque dicantur. Habita* ergo plus est, quam *credita. Semper eius.*] A possibili et utili. — 15. *Nunc me hospitem lites sequi.*] Mire dicit *me*, cum ἐμφάσει, id est, senem et remotum a litibus. *Hospitem*, id est, peregrinum. *Lites sequi*, id est pauperem. totum per ἔμφασιν. — 16. *Quam hic mihi sit facile*

Iphigenia: *Utinam ne unquam Medea de corde cupido Colchis* pedem extulisses! Plautus, Menaechm. II. 3. 29. *qui* huc *in hanc urbem* pedem, *Nisi hodie, nunquam intro* tetulit. [*Tetulissem pedem* antique pro tulissem. *Ferre, inferre pedem*, et contra *efferre, referre pedem*, poetis inprimis usitata sunt: qua de causa critici quidam, teste Donato, annotarunt, locutionem *tetulissem pedem* alienam esse a charactere comico. Sed et Plautus sic locutus est Menaech. II. 3. 29, *qui huc in hanc urbem pedem, nisi hodie, nunquam intro tetulit;* et noster Adelph. II. 2. 19. *nusquam pedem*, scil. fero.]

14. *Habita.*] H. e. existimata et credita. supra I. 1. 97. Nepos, Con. 2. *Hunc adversus Pharnabazus* habitus est *imperator.*

16. *Lites sequi.*] Ita Adelph. II. 2. 40. Phorm. II. 3. 61. Quod *ire in litem* dixit Ovidius, Fast. VI. 89. Eadem ratione *sequi* otium, *sequi* bellum, est otio et bello deditum esse. — *Quam facile atque utile.*] Id vult, difficile sibi maximeque inutile fore. Ita supra I. 5. 52.

17. *Aliorum exempla.*] Tangit hic iniquitatem iudicum. Ita Phorm. II. 1. 45.

18. *Amicum et defensorem.*] Is Pamphilus erat. Supra I.

Grandiúscula iam profécta 'st illinc. clámitent,
Me sycophantam, heréditates pérsequi, 20
Mendícum: tum ipsam déspoliaré nón libet.
***My.* O óptume hospes, pól, Crito, antiquum óbtines.**
***Cr.* Duc me ád eam, quando huc véni, ut videam.**
***My.* Máxume.**

V. 20. Bentl. ex codd. *hereditatem.* Praestat pluralis numerus.

---

atque utile.] Id est, difficile et inutile. et est comicum. — 19. *Grandiuscula iam.*] Ad partem aetatis refertur grandis, id est, grandis natu est. Maior autem, generaliter, et ad summam aetatis refertur, et ad comparationem aetatis pariter positum est. — 20. *Sycophantam.*] Hoc est, quum in me conveniunt lites. *Sycophantam.*] Bene, *sycophantam:* quia bonam causam habet, et nihil aliud timet quam convicia. Et *sycophantam* subdistingue: et sic infer sequentia. — 21. *Tum ipsam despoliare non libet.*] Ab honesto. Et bene, quia nihil suum habet, nisi Chrysidis. — 22. *Antiquum obtines.*] *Antiquum* absolute dixit: ut *aequum* aut *bonum*, quod antiqui solebant: aut certe per ἔλλειψιν, id est, morem et ingenium. — 23. *Duc me ad eam, quando huc veni,*

---

5. 60. Uti Hegio Sostratae et Pamphilae, Adelph. III. 5. 10. Phormio Phanio, Phorm. II. 1. 77. Est autem *defensor* proprie rei, uti h. l. et Eun. IV. 6. 32. uti advocatus vel patronus est actoris.

19. *Grandiuscula.*] H. e. paullo grandior, uti *meliuscula* paullo melior, Hec. III. 2. 19. — *Illinc.*] H. e. ex Andro insula Athenas.

20. *Sycophantam.*] In conviciis Atticis fuit vel maxime συκοφάντης et συκοφάντρια; cuius ἔτυμον explicat Scholiastes Aristophanis ad Plut. V. 31. et Eugraphius ad h. l. Scilicet Athenis ita dicti, qui ficus ex Attica clam exportantes publice indicarent, Hinc *sycophanta* pro delatore et calumniatore usurpatur. Sed et *bonorum extortor et legum contortor* ita dictus, Phorm. II. 3. 27. Ita Menander apud Stobaeum, Serm. LXXXV. ὁ τοὺς νόμους λίαν ἀκριβῶς ὁρῶν συκοφάντης φαίνεται. h. e. *Si quis nimis sollicite spectat legem*, sycophanta *videtur.* Quod hic in Critone poterat videri locum habere. — *Hereditates persequi.*] H. e. sequi donec adipiscar. Adelph. II. 1. 9. et 2. 27.

22. *Antiquum obtines.*] H. e. antiquum morem vel ingenium, ut Hec. V. 4. 20. Plautus, Mostell. III. 2. 102. Antiquum *hoc* obtines *tuum*, *tardus ut sis.* [*Obtinere* pertinaciter tenere, perseverare in tenendo. Adelph. V. 3. 28. *gloriam tu istam obtine.* Cic. ad. Quint. Fr. I. 1. *ut nos eam necessitudinem obtinere et conservare patiantur.* Vid. Gronov. ad Liv. III. 36. 9.]

Da. Sequar hós: nolo me in témpore hoc vidéat senex.

ut videam.] Vel hoc inquit, *ut videam.* cur autem *ut videam*? quia timet. Et est ordo, *Duc me ad eam, ut videam, quando huc veni.* — 24. *Videat senex.*] Bene *senex.* Simo enim cum Chremete est. Propter hoc videri non vult, ne eius tractatur apud socerum testimonio, rem esse Pamphilo adversus Glycerium: et rursus nuptiae confirmentur.

[24. *In tempore hoc,* pro tempore hoc. Saepe nominibus temporis in ablativo positis praepositio *in* additur. Cic. pro Quint. c. 1. *Quae res in civitate duae plurimum possunt, hae contra nos faciunt in hoc tempore.* Vid. Drakenborch. ad Liv. I. 57. 1.]

ACTUS QUINTUS.

SCENA PRIMA.

CHREMES. SIMO.

Ch. Sátis iam, satis, Simó, spectata ergá te amicitiá 'st mea:
Sátis pericli coépi adire: orándi iam finém face.

V. 2. *incepi* Bentl. ex codd. et vett. editt. Idem v. 3. ex Eugraphio et Donato *nunc cum maxume.*

Satis iam, satis, Simo.] *Haec scena officiorum disceptationem continet, patrum inter se de officio amicorum, et paterna pietate tractantium.* — 1. *Satis iam, satis.*] Haec veluti quaedam controversia est: namque iniuriarum reus fit Simo. contradicitur per coniecturam, falsum esse quod intendit: cum Pamphilus neque amet, neque ex eo natus sit filius: et adhibetur derivatio causae, qua dicitur meretricem ista omnia esse molitam, ad disturbandas nuptias. *Satis iam, satis.*] Bene, negaturus filiam, purgat prius officium suum de fide promissi: et ultro accusat ipsum. *Spectata.*] Probata. ut *Vir-*

1. *Satis iam, satis.*] Cicero, Mil. 26. Satis *iudicatum est a Pompeio,* satis. *Spectata.*] Supra I. 1. 64.

Dum studeo obsequi tibi, pene illúsi vitam filiae.
Si. Immo enim nunc quam máxime abs te póstulo, atque oró, Chreme,
Ut beneficium vérbis initum dúdum, nunc re cómprobes.
Ch. Víde, quam iniquus sís prae studio: dum efficias id quód cupis,
Néque modum benignitatis, néque, quid me ores, cógitas.
Nám si cogités, remittas jám me onerare iniúriis.

V. 6. Bentl. ex Donato et codd. dedit *dum id efficias.*

---

gilius ait, *Rebus spectata iuventus.* — 4. *Immo enim nunc quam maxime abs te postulo.*] Renuntiare affinitati Chremetem, aut parum adhuc intelligit Simo, aut subtiliter dissimulat, ut ad fidem promissi hominem compellat. *Immo enim.*] *Enim* παρέλκον est figura. (cfr. Eun. II. 3. 64.) — 5. *Initum.*] Coeptum, ab *ineundo*: unde et *initia* quoque dicta. — 6. *Quod cupis.*] Quod velis. Legitur et, *quod iubes.* — *Neque modum benignitatis, neque, quid me ores, cogitas.*] Id est, non cogitas, aut quantum de benignitate amoris exigendum, aut praesumendum sit: aut quam sit impossibile, quod petis. — 8. *Remittas iam.*] *Remittas*, pro

---

3. *Illusi vitam filiae.*] *Illudere alicui, aliquem, in aliquem, in aliquo* rècte dici, auctor est Servius ad Virg. Aen. II. 64. Videtur autem *illusi vitam* ita dictum, quasi *lusi in vitam*, atque adeo, *ludendo pene perdidi.* Quemodo *tanquam in summa abundantia pecuniae illudere* dixit Tacitus, Hist. II. 24. [*Illusi vitam filiae* i. e. feci, ut fama et existimatio filiae ludibrio esset aliis.]

4. *Abs te postulo atque oro.*] Forte ad utrumque referendum *abs te.* Virgilius, Aen. XI. 358. *Ipsum obtestemur, veniamque oremus* ab ipso.

5. *Re comprobes.*] Elegans est oppositio inter *verba* et *res.* Eun. IV. 6. 3. Ovidius, Heroid. XIX. 1. *Quam mihi misisti* verbis, *Leandre, salutem, Ut possim missam* rebus *habere, veni.* Dicitur autem *beneficium initum* eadem ratione, qua *gratia iniri.*

6. *Vide.*] Ἀνθιστικὸν est in admiratione. Adelph. V. I. 5. Phorm. II. 3. 10. Cicero, Fam. VII. 5. Eundem usum habet *illud vide*, Eun. IV. 4. 8. Plautus, Truc. II. 3. 16. — *Prae studio.*] Causalis particula est *prae.* Gr. ὑπὸ σπουδῆς. Eun. I. 2. 18. Heaut. I. 1. 71. II. 3. 67. V. I. 47.

7. *Modum.*] Quidquid inter nimium et parum finitur, *modus* dicitur. Heaut. IV. 5. 7. Horat. Sat. I. 1. 106. *Est* modus *in rebus.*

8. *Remittas.*] H. e. omittas. De hac voce vide Cortium ad

Si. Quibus? *Ch.* Ah! rogitas? pérpulisti me, út homini adolescéntulo,
I'n alio occupáto amore, abhórrenti ab re uxória,
Fíliam ut darem ín seditionem, átque incertas núptias:
Eíus labore, atque éius dolore, gnáto ut medicarér tuo.
I'mpetrasti: incépi; dum res tétulit. nunc non férl. feras:

V. 9. Bentl. *hómini ut*, et ex codd. *At rogitas?* Idem v. 11. *Filiam darem*, ne scilicet *ut* moleste iteretur. Erunt tamen qui librorum lectioni patrocinentur.

---

mittas. — 9. *Perpulisti me, ut homini adolescentulo.*] Haec est tota accusatio. *Homini adolescentulo.*] Sic *Sallustius, Occultans se tugurio mulieris ancillae.* — 11. *Filiam ut darém.*] Invidiose; non, promitterem, inquit, sed *darem*, quantum in te est. — 13. *Dum res tetulit.*] Compositum pro simplici est *tetulit.* Et

---

Sallust. Fragm. Lib. III. p. 976. — *Me onerare iniuriis.*] Plautus, Pseud. I. 3. 123. *Onera hunc maledictis.* Cicero, Fam. V. 8. *Hominis importunissimi contumeliae, quibus crebris concionibus me onerat.* [Sic etiam dicitur *onerare aliquem maledictis, mendaciis, contumeliis*; aliquando in bonam partem *onerare laudibus, honoribus.* Vid. Drakenborch. ad Liv. IV. 18. 13. *Iniuriae* h. l. dicuntur preces iniquae et iniustae. Sic apud Plaut. Poen. III. 6. 14. *iniuria est* res iniusta.]

10. *In alio occupato amore.*] Cicero, Coel. 19. *Amores autem, et hae deliciae, quae vocantur, nunquam hunc* occupatum *impeditumque tenuerunt.* — *Abhorrenti ab re uxoria.*] Hec. IV. 4. 91. Dicitur autem *res uxoria* simpliciter pro uxore. Ita *res frumentaria* est frumentum. Caesar B. C. III. 16.

11. *Seditionem.*] Intelligit *discessionem*, de qua supra III. 3. 36. vel rixas et iurgia. Plautus, Amph. I. 2. 16. *Eam* seditionem *illi in tranquillum conferet.* Dicitur porro *seditio* ab antiquo *sedire*, cuius contrarium est *coire.* Unde et *seditio* dicta, quoties plebs a patribus secessit. [*In seditionem* i. e. in discordiam et rixas. *Seditio* saepe est tumultus domesticus inter coniuges; sic *mulier seditiosa* apud Cic. ad Attic. II. 1. ubi vid. Graevius.]

12. *Labore, atque eius dolore.*] Solent haec iungi ad exprimendum summum laborem, summum dolorem. Plautus, Pseud. II. 3. 19. *Hoc evenit In* labore *atque in* dolore, *ut mors obrepat interim.* — *Medicarer.*] Verbum adpositum ad animum aegrotum Pamphili. Supra I. 2. 22.

13. *Res tetulit.*] Supra I. 2. 17. Cicero, Mur. 5. *Quod na-*

Illam hinc civem esse aiunt: puer est nátus. nos missós face.

Si. Pér ego te Deos óro, ut ne illis ánimum inducas crédere,

Quíbus id maxime útile 'st, illam ésse quam deterrimum.

Núptiarum grátia haec sunt ficta, atque incepta ómnia. Ubi ea causa, quámobrem haec faciunt, érit ademta his, désinent.

Ch. Erras: cum Davo égomet vidi iúrgantem ancillám. *Si.* Scio.

Ch. At véro voltu; cum ibi me adesse neúter tum praesénserat.

V. 17. ex cod. Bentl. *facta.*

V. 19. Bentl. corr. *vidi ancillam iurgantem*, numeri gratia.

V. 20. delet *At.* Quod si a Terentio est profectum, in scansione ad praecedentem versum trahi oportet.

---

altius quam decet Comicum characterem, dictum videtur. — 15. *Per ego te Deos oro.*] Defensio per coniecturam. Et est ordo, *Per Deos te oro ego.* — 16. *Quibus id maxime utile 'st.*] Argumentum a persona. *Quibus id maxime utile 'st.* A causa ratiocinativa. — 18. *Ubi ea causa, quamobrem haec faciunt.*] Ἀνακόλουθον: nam non intulit, *ob quam causam:* cum supra dixerit *ea causa.* sed quasi dixerit, *Ubi ea res:* intulit, *quamobrem haec faciunt. Ubi ea causa, quamobrem haec faciunt.*] Aut *rem* abundat, aut *causa.* — 20. *Vero voltu.*] Quasi dixerit

---

tura fert. Sallustius, Catil. 21. *Alia omnia, quae bellum atque libido victorum* fert.

14. *Hinc civem.*] Vide Eun. V. 5. 10. — *Nos missos face.*] Supra IV. 1. 57.

15. *Per ego te Deos oro.*] Vide supra III. 3. 6. — *Animum inducas.*] H. e. tibi persuadeas. Ita supra III. 3. 4. et passim alibi. Cicero, Fam. IV. 8. *Ut, quod ego facio, tu quoque* animum inducas.

18. *Causa, quamobrem.*] Ita Eun. I. 2. 65. Heaut. II. 3. 95. Hec. III. 3. 22. III. 5. 2. IV. 4. 73. Vide Donatum.

19. *Iurgantem ancillam.*] Vide id iurgium supra IV. 4. — *Scio.*] Εἰρωνικῶς dicitur in responsionibus; atque ita cepit Simo. Vide supra IV. 1. 34.

20. *Vero voltu.*] H. e. non simulato, non ficto. Sic *color*

Si. Crédo; et id factúras, Davos dúdum praedixit mihi,
Et nescio quid tibi sum oblitus hódie, ac volui, dícere.

V. 21. Bentl. corrigit *id futurum*, et v. 22. *qui* (quomodo) *tibi fuerim oblitus — hodie, ut volui, dicere.*

Simo, *simulabat ancilla. Cum ibi me adesse, neuter eum praesenserat.*] Credit. aut etsi visus a Myside erat, tamen ignorabatur esse Chremes; donec diceret Davus, *Hic ille est. non te credas Davom ludere. Cum, ibi me adesse.*] *Tum* deest, ut sit integrum, *Tum cum.* — 21. *Davos dudum praedixit mihi.*] Hic ostenditur quod vidit callidus Davus, ut praediceret futurum seni id, quod ipse erat facturus. — *Nescio quid.*] Deest *propter*: ut sit, *propter nescio quid.* aut, nescio pro qua re: ut sit adverbiale. *Ac volùi.*] Ac, pro *contra quam.*

---

verus dicitur Eun. II. 3. 26. h. e. non fucatus vel fictus. Iuvenalis, Sat. XIII. 134. *Ploratur* lacrumis *amissa pecunia* veris. Adde Burm. ad Valer. Flacc. Argon. I. 39.

21. *Dudum praedixit.*] Factum id supra III. 2. 27. seqq.

22. *Nescio quid tibi sum oblitus hodie ac volui dicere.*] Formula est, qua uti licet, quoties, quod dicendum erat, memoria excidit. Eun. III. 2. 51. Plautus, Trin. V. 2. 13. *Oblitus intus dudum tibi sum dicere.* Ovidius, Heroid. XIII. 8. *Et sunt, quae volui dicere plura tibi.* Male explicat Donatus.

ACTUS QUINTUS.

SCENA SECUNDA.

DAVUS. CHREMES. SIMO. DROMO.

Da. Animo nunc iam ótioso esse ímpero. ***Ch.*** Hem Davóm tibi.

Animo iam nunc otioso esse impero.] *Haec scena principium indicii et iracundiam senis continet, atque in ea vehementer*

---

1. *Otioso.*] H. e. securo, tranquillo. Quod Phorm. II. 2. 26. vo-

Si. Unde egreditur? *Da.* Meó praesidio atque hóspitis. *Si.* Quid illúd mali 'st?
Da. Ego commodiorem hóminem, adventum, témpus, non vidi. *Si.* Scelus.
Quémnam hic laudat? *Da.* Omnis res est iam ín vado. *Si.* Cesso ádloqui?
Da. Hérus est. quid agam? *Si.* O sálve bone vir. *Da.* Ehem Simo! o nostér Chreme! 5

exprimitur consuetudo patris ac domini offensi, et indignantis. — 1. *Animo iam nunc otioso.*] Exsultans egreditur Davus, nuntians prona esse omnia ad securitatem. Et *otioso*, securo: quia negotium, sollicitudo est. *Impero.*] Pro *volo.* An ut statim fiat, tanquam illud quod imperatur? Et *impero*, superbe dixit; summum enim indicium securitatis est superbia. — 2. *Unde egreditur?*] Hic non interrogat: sed cum indignatione dicit. *Meo praesidio atque hospitis.*] Id est, *animo jam nunc otioso esse impero. Atque hospitis.*] Scilicet Critonis. — 3. *Ego commodiorem hominem.*] Hic Davus admiratur, quod in ipso articulo periculi supervenerit Crito. — *Ego commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.*] Potest enim et *commodus* esse quis, et alieno tempore supervenire potest. Nam *commodum* in homine est: *adventus* in facto eius: *tempus* in opportunitate facti. *Commodiorem hominem, adventum, tempus*, σύλληψις. — 4. *Scelus, quemnam hic laudat?*] Non est *hic* soloecismus. ad sensum enim, non ad verba respexit. etenim propter sensus verba sunt: non propter verba sensus. *Omnis res est iam in vado.*] *In vado*, in securitate. Nam ut in profundo periculum est: ita *in vado* securitas est. Proverbiale, *In vado*, in tuto. — 5. *Quid agam?*] Plus

---

cat *otiosum ab animo.* Cicero, Fam. IX. 25. *Non me hercle tam perscribere possum, quam mihi gratum feceris, si* otiosum *Fabium reddideris.* [Vid. Schulting. ad Senec. Controv. I. 4.]

2. *Unde egreditur?*] Haec cum stomacho dicit Simo, videns Davum e Glycerii domo egredientem.

3. *Commodiorem hominem, adventum, tempus non vidi.*] Cicero, Fam. X. 16. *Nihil post hominum memoriam gloriosius, nihil gratius, ne tempore quidem ipso opportunius accidere vidi.* Est vero homo *commodus*, qui se novit accommodare aliis. Heaut. III. 2. 10.

4. *Omnis res est iam in vado.*] Proverbialis sententia, indicans summam securitatem, qualem nautibus praestat *vadum.* Unde Plautus, Rud. I. 2. 81. ait: *At* in vado 'st: *Iam facile enabit.* Idem improprie Aul. IV. 10. 73. *Haec propemodum iam esse* in vado *salutis res videtur.*

5. *O salve, bone vir.*] Acerba ironia est. Plautus, Pers. V.

O'mnia apparáta iam sunt íntus. *Si.* Curastí probe.
Da. U'bi voles, arcésse. *Si.* Bene sane: íd enimvero
hinc núnc abest.
E'tiam tu hoc respóndes? quid istic tíbi negoti 'st?
Da. Míhin'? *Si.* Ita.

V. 8. Bentl. *responde*, ex codd.

---

est dicere, *quid agam?* quam cogitare de fuga. *Salve, bone vir.*] *Εὐφωνία* maior est quam increpatio. Quum enim omne genus criminis aliquis superaverit: tunc exclusi *εὐφωνίᾳ* laudamus. *Hem.*] Interiectio perturbati est. *O noster Chreme.*] *Noster* dicendo latenter significat Glycerium filiam Chremetis esse inventam. — 6. *Omnia apparata iam sunt intus.*] Quia infecta sunt de paratis. *Curasti probe.*] *Probe*, memoriter, ut solet. supra enim dixerat senex, *Immo abi intro; ibi me operire: et quod parato opus est, para.* — 7. *Ubi voles, arcesse.*] *Ubi* pro *quando*; non est enim loci, sed temporis adverbium. *Bene sane.*] Valide: quia qui sanus est, idem et validus. *Abest.*] Pro *deest.* — 8. *Etiam tu hoc respondes?*] Deest, *an non. Etiam tu hoc respondes?*] *Etiam* aut hortatio est, aut coniunctio. Et vide quanta dixerit, et *quid* et *istuc* et *tibi. Mihine?*] Apparet ita turbari Davum modo consilio poëtae, ut omnes amittat fallacias, et oppressus prodat Pamphilum, dum malum cominus perhorrescit: totumque hoc ex argumento est; vult enim iam poëta catastrophen fieri.

---

2. 11. *O bone vir, salveto.* — *O noster Chreme.*] *Noster* dicitur quocunque vinculo nobiscum iunctus; veluti civis et domesticus. Sed et nobis favens. Infra V. 6. 12. Denique laudandi formula est, *Eu noster*, et, *noster esto.* Eun. I. 2. 74. Plautus, Bacchid. III. 3. 37. Errat Donatus.

6. *Curasti probe.*] Citra ironiam usus est Cicero, Att. VI. *De Annio Saturnino* curasti probe.

7. *Id enimvero hic nunc abest.*] Vel *id* valet *propter id;* et sermo est de Pamphilo absente; vel *abest* dixit pro *deest*, ut sensus sit: *Ita omnia apparata sunt, ut nihil desit, nisi ut Philumena arcessatur;* uti post Donatum cepit Eugraphius. Plautus, Stich. V. 4. 28. *Modo nostra huc amica accedat; id* abest, *aliud nihil* abest. Requirit autem Simonis affectus, ut ironice haec dixerit. [*Id enim vero hic nunc abest.* Per ironiam dicit, hoc solum nunc deesse perficiendis nuptiis. Plaut. Stich. V. 4. 29. *id abest, aliud nihil abest.* Idem Epid. I. 1. 25. *at unum a praetura tua abest.* Vid. Bentleius ad h. l. et Burmannus ad Virg. Aen. VIII. 147.]

8. *Etiam tu hoc respondes?*] Sensus est, Tace, et ad hoc, quod te rogo, responde. Eun. IV. 7. 22. Ita Heaut. II. 2. 6. *Etiam*

Da. Míhine? *Si.* Tibi ergo. *Da.* Modo introii. *Si.* Quási ego, quam dudúm, rogem.
Da. Cúm tuo gnato una. *Si.* Ánne 'st intus Pámphilus? crucíor miser.
E'ho, non tu dixti ésse inter eos ínimicitias, cárnufex?
Da. Sunt. *Si.* Cur igitur híc est? *Ch.* Quid illum cénses? cum illa lítigat.
Da. I'mmo vero indignúm, Chremes, iam fácinus faxo ex me aúdias.

V. 9. sic refinxit: *Mihi?* S. *Tibi ergo.* D. *Módo ego introivi.* S. *Quási ego quam dudúm rogem.* Observat *introire* semper in medio synaloephen facere, tanquam bina verba fuerint *intro ire.*
V. 13. Bentl. ex uno cod. *Chreme* et ex quatuor libris *audies*, ut *faxo insultabis*, *faxo scies*, al.

— 9. *Modo introii.*] Hoc signum, perturbatum induci ob conscientiam Davum. — 10. *Cum tuo gnato una.*] Servi excusatio, filii accusatio est. Et hoc quasi a peturbato dicitur servo: sed consilio poëtae ad exitum festinantis et resolutionem fabulae. *Anne 'st intus Pamphilus?*] Causa irae vehementior inventa est. — 12. *Sunt.*] Nulla ratione dicit *sunt:* sed ne nihil respondeat. nam turbatus est, utpote oppressus. *Quid illum censes?*] Deest, *propter:* ut sit, *propter quid illum esse censes? cum illa litigat.*] Chremeti convenit hic sermo: hic enim irridet: qui et supra dixit, *Amantium irae, amoris integratio est.* Et sic hoc dicit, ut alibi, *Credo, ut fit, miserá prae amore exclusti hunc foras. Cum illa litigat.*] Irridet Simonem Chremes, quia dixerat: *Irae sunt inter Glycerium et gnatum.* — 13. *Immo vero indignum, Chreme.*] Bene ad eum loquitur, qui est a nuptiis deterrendus: vel qui non interturbet orationem suam: vel quem etiam sibi precatorem destinet. Ita loqui-

caves? id est, *cave.* Et Adelph. IV. 2. 11. *Etiam taces?* id est, *tace.* [Vid. Bentl. ad h. l.] — *Quid istic tibi negotii 'est.*] Plautus, Epid. III. 4. 63. *Quid tibi negotii est meae domi?*

10. *Crucior.*] Ita Heaut. IV. 2. 6. Quod infra V. 3. 15. dixit: *Cur me excrucio?* Vide Heaut. III. r. q.

11. *Dixti.*] Supra III. 2. 38. Davus Simoni, III. 3. 20. seqq. Simo rursus Chremeti dixit. — *Carnufex.*] Supra I. 2. 12.

12. *Quid illum censes?*] Subaudi, facere in aedibus Glycerii. Ita Adelph. IV. 5. 22. Plaut. Curcul. I. 1. 59. ibique Gron.

13. *Indignum fącinus.*] H. e. turpe et pessimum. Supra I. 1. 118. Eun. I. 1. 25. Adelph. II. 1. 19. III. 4. 1. IV. 5. 35. Hec.

Néscio quis senéx modo venit, éllum, confidéns, catus.
Quúm faciem videás, videtur ésse quantivís preti. 15
Trístis severitás inest in vóltu, atque in verbís fides.

V. 15. *pretii* ante Bentl. erat. Idem v. 14. ex codd. *Nescio qui.*
V. 16. Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 167. iambicum esse vult, sic legendum: *Tristis severitás inest in vóltu atque in verbis fides.*

---

tur, quasi haec sit causa, cur sit Pamphilus ingressus: quod quasi ei lis intendatur a Critone hospite ducendae uxoris, quam civem Atticam vitiaverit. — 14. *Nescio quis senex modo venit.*] Bene, *nescio quis.* etenim si notus esset, videretur gratificari, id est, gratiosus esse testis et minus verus. *Ellum.*] Veteres quod nos *illum* dicimus, vel *ellum*, vel *ollum* dicebant. quamvis *ellum* quidam *ecce illum* velint intelligi: tanquam pro ipso domum Glycerii ostendat Davus, dicens, *Ellum*, quasi *en illum*; est enim, ut alii volunt, pronomen; ut alii, adverbium demonstrantis: nam pronomen huiusmodi veteres sic proferebant, *ille*, *ellus*, *ollus*, sed, (ut diximus) adverbium compositum ex pronomine videri potest: ut sit, *en*, vel *ecce illum.* *Confidens.*] *Confidentem* hic pro constanti non mala significatione posuit. *Catus.*] Callidus, doctus, ardens, παρὰ τὸ καίειν. unde *Cato* dictus: ingeniorum etenim igneus vigor esse videtur. — 15. *Quantivis pretii.*] Ad magnitudinem refertur *quantivis*, non ad parvitatem pretii. Et totum oratorie: scite enim locutus est. Sed interest inter *quamvis* et *quantivis.* nam alterum contemtionis, alterum laudis. — 16. *Tristis.*] Ad laudem interdum sumitur, non

---

III. 3. 16. Phorm. III. 2. 26. IV. 3. 8. V. 8. 19. Et Plautus passim. — *Ex me audies.*] Plautus, Mil. II. 3. 18. *Quod ego, Sceledre, scelus* ex te audio?

14. *Nescio qui senex modo venit.*] Plautus, Fragm. Vidul. *Nescio qui servus e myrteto prosiluit.* — *Catus.*] Cicero, Tusc. I. 4. et de Orat. I. 45. *Egregie cordatus homo*, catus *Aelius Sextus.* Hexameter veteris poëtae. [*Catus* i. e. prudens, expertus. *Cate* et *sapienter* iungit Plautus Poen. I. 1. 3.]

15. *Quum faciem videas.*] Plautus, Pseud. I. 2. 9. *At* faciem quum adspicias *eorum, haud mali videntur, opera fallunt.* Attius, Telepho: *Quem ego ubi adspexi virum Memorabilem intui videre.* — *Quantivis pretii.*] Plautus, Epid. III. 3. 29. *Nae tu habes servum graphicum, et* quantivis pretii. Contra, Trin. IV. 2. 80. *vir minimi pretii.*

16. *Tristis severitas inest in voltu.*] Lucilius apud Non. v. Tristis: *Adde etiam* tristes *ac* severos *Philosophos.* Cicero, Lael. 18. Tristitia *autem et in omni re* severitas *habet illa quidem gravitatem.*

Si. Quídnam adportas? *Da.* Níl equidem, nisi quód illum audivi dícere.
Si. Quíd ait tandem? *Da.* Glýcerium se scíre civem esse Átticam.
Si. Hem — Dromó, Dromo. *Da.* Quid ést? *Si.* Dromo. *Da.* Audi. *Si.* Vérbum si addideris. Dromo.
Da. Audi, óbsecro. *Da.* Quid vis? *Si.* Sublimem hunc intro rape, quantúm potes. 20

V. 19. Bentl. *Hem* ad praecedentem retulit versum.

---

ad amaritudinem, *tristis. Cicero, Iudex tristis et integer.* — 18. *Glycerium se scire civem esse Atticam.*] Bene: constanter ad ea, quae locutus est, *scire* se dixit. — 19. *Dromo, Dromo.*] Commotus ira et dolore nihil dixit: nisi quod lorarium repetendo saepius vocat. — *Verbum si addideris.*] Bene, qui omnia praesente socero contra nuptias loquitur. — 20. *Audi, obsecro.*] Plerumque a verberandis, vel indulgentia loquitur, vel mora. *Sublimem.*] Id est, in sublime, per altum. *Quantum potes.*] Hoc est, celerrime: quia segniores se ostendunt servi ad puniendos collibertos.

Idem de Orat. II. 71. Vultus *quidem quo* severior *est et* tristior, *ut in te, Crasse, hoc illa, quae dicuntur, falsiora videri solent.* Phaedrus IV. 6. 4. Severitatem frontis *dum placo tuae.* Petronius, cap. 85. *Severa tristitia.* Tacitus, Hist. I. 14. distinxit: *Aestimatione recta* severus, *deterius interpretantibus* tristior *videbatur.* [Saepe graves et severi *tristes* dicuntur, quoniam a iocis et hilaritate alieni sunt. Cic. in Verr. I. 10. *tristis iudex;* pro Quint. c. 18. *natura tristi ac recondita fuit.* Nep. Epam. c. 2. *tristem et severum senem.*] — *In verbis fides.*] Ita Cicero, Bruto 62. *Erat in verbis gravitas.* Est autem *fides* h. l. ἀξιοπιστία.

18. *Quid ait tandem?*] Fastidiose dixit *tandem.* Sed et indignantis signum est in interrogationibus.

19. *Verbum si addideris.*] Haec interminatus cum ἀποσιωπήσει dicit. Plautus, Trin. II. 4. 63. *Oculum ego effodiam tibi,* Si verbum addideris.

20. *Sublimem hunc intro rape.*] Qui tanta cum violentia abripiebantur, ut terram non contingerent, *sublimes* rapi dicebantur. Adelph. III. 2. 18. Plautus, Mil. V. 1. *Ducite istum: si non sequitur,* rapite sublimem *foras.* Virgilius, Aen. V. 254. de Ganymede valde proprie: Sublimem *pedibus* rapuit *Iovis armiger uncis.* — *Quantum potes.*] H. e. quam celerrime. Ita Eun. II. 3. 85. V. 1. 20. Adelph. III. 2. 52. IV. 5. 66. V. 7. 11. Phorm. IV. 3. 69. V. 7. 3.

Dr. Quem? *Si.* Dávom. *Da.* Quamobrem? *Si.* Quía lubet. rape, inquam. *Da.* Quid feci? *Si.* Rape.

Da. Si quídquam invenies mé mentitum, occídito. *Si.* Nihil aúdio.

Ego iam te commótum reddam. *Da.* Támen etsi hoc verum ést? *Si.* Tamen.

Cura ádservandum vínctum. atque audin'? quádrupedem constríngito.

scilicet mora veniam captantes indignantium dominorum. — 21. *Quia lubet.*] Hoc sensu et supra dictum est: *Aut si lubitum fuerit, causam ceperit, quo iure, quaque iniuria.* — *Quia lubet.*] Hoc Davo dicit. *Rape, inquam.*] Hoc Dromoni. — 22. *Si quidquam mentitum invenies, occidito.*] Hic plus dixit. ubi enim *verbera* supra dixit, nunc *occidito.* — 23. *Commotum.*] Citum, celerem. — 24. *Quadrupedem.*] Utrum ligaturae genus sic dicitur,

---

Plautus supplevit ellipsin, Aul. I. 2. 41. *Me rursum* quantum potero, tantum *recipiam.*

21. *Quia lubet.*] Hoc illud est, quod Davo praesagierat animus supra I. 3. 8. — *Rape inquam.*] *Inquam* inservit vel integrandae orationi interruptae, vel voci repetitae, *ἐμφατικῶς* exprimendae. Ita h. l. et Cicero, Att. I. 20. *Per mihi, per* inquam, *gratum feceris.* Vulgo utuntur in correctionibus, quando veteres *volui dicere* dicebant. Ita Plautus, Mil. III. 2. 7. Pseud. II. 4. 21. [Vulgo contra antiquorum rationem verbo *inquam* utuntur ad lapsum linguae corrigendum. Veteres enim hoc verbo vel coeptam et nonnihil interruptam orationem redintegrabant, vel illud post vocem aliquam repetitam emphasis causa ponebant. Cic. ad Attic. I. 20. *per mihi, per inquam, gratum feceris.* In Verr. V. 10. *crux, crux inquam, misero comparabitur.* Linguae lapsum corrigentes dicebant *illud volui dicere*, ut Plaut. Pseud. II. 4. 21. *attuli hunc. P. quid attulisti? C. adduxi volui dicere.*]

23. *Ego iam te commotum reddam.*] Videtur referendum ad ea, quae Davus dixerat initio huius scenae, *Animo nunc iam otioso esse impero.* Ita infra V. 4. 34. et Phorm. I. 4. 6. Tum *commotus* reddebatur Davus, noctu quidem quadrupes constrictus et adservatus, sed interdiu molam versans. — *Tamen etsi hoc verum est?*] Lucilius, Sat. Lib. IV. *Quo me habeam pacto*, tamen etsi *haud quaeris, docebo.* Catullus, Carm. LXIV. *Quae* tamen etsi *uno est contenta Catullo.* Cicero, Orat. I. 52. De particulis *tamen etsi* sequente *tamen* consule Dukerum ad Flor. Prooem. p. 6. et Cortium ad Sallust. Catil. 21. n. 1.

24. *Quadrupedem constringito.*] H. e. manibus et pedi-

Age núnc iam, ego pol hódie, si vivó, tibi
Osténdam, herum quid sít pericli fállere, et
Illí, patrem. *Ch.* Ah, ne saévi tantopere. *Si.* O
Chreme,
Pietátem gnati! nónne te miserét mei?
Tantúm laborem cápere ob talem fílium?

V. 26. Bentl. hunc putat esse commodiorem ordinem: *Ostendam, quid erum sit pericli fallere.* Sed libri non addicunt.

---

quadrupes? an *quadrupedem*, id est, cum pedibus et manibus? an *quadrupedem*, pro servo ac fugitivo posuit? Sic *Virgilius, Saucius at quadrupes nota intra tecta refugit.* — *Constringito.*] Mire. Ne quid fiat tragicum in comoedia, usque ad vincula ira progreditur: nec quicquam tentat ulterius. — 25. *Si vivo.*] Qui certa minari volunt, incertam faciunt vitam suam. — 26. *Herum quid sit pericli fallere.*] *Herum* et *patrem* cum ingenti pronunciatione dixit. Et alibi, *Nam qui mentiri, aut fallere insuerit patrem, aut audebit, tanto magis audebit caeteros.* — 27. *Ne saevi tantopere.*] *Ne* imperativo magis quam coniunctivo adiungitur. ut *Virgilius, Ne saevi, magna sacerdos.* — 28. *Pietatem gnati.*] Ἔλλειψις. deest enim *vides*, aut quid tale. Et est ἀμφιβολία, pro impietate. Et vide invidiam, quasi parricidam accusantis. non enim *pudorem* dixit, sed *pietatem.* — 29. *Tantum laborem capere.*]

---

bus, ut quasi quadrupes sit, ne vincula rumpat, aufugiatque. Suetonius, Ner. 48. *Atque ita* quadrupes *per angustias effossae cavernae receptus in proximam villam.* Calig. 27. *Bestiarum more* quadrupedes *cavea coërcuit.* Ita in Evang. Matth. XXII. 13. *Δήσαντες αὐτοῦ πόδας καὶ χεῖρας.* h. e. *vincientes manus et pedes eius.*

25. *Si vivo.*] Formula comminantis. Eun. V. 6. 19. Plautus, Mostell. V. 2. 46. *Interimam hercle ego*, si vivo. — *Tibi ostendam, herum quid sit pericli fallere.*] Plautus, Asin. V. 2. 48. *faxo ut scias, Quid pericli sit, dotatae uxori convicium dicere.*

27. *Ne saevi tantopere.*] Qui praeter modum irascitur, *saevire* dicitur. Plautus, Bacchid. III. 3. 4. *Leviter qui* saeviunt, *sapiunt magis.* Unde *saevus* pro iracundo. Adelph. V. 4. 12. Phorm. V. 1. 7.

28. *Pietatem gnati!*] Exclamatio abrupta, apta patri commoto ira et dolore. Subauditur autem *specta*, vel simile. — *Nonne te miseret mei?*] Plautus, Pseud. I. 3. 74. *Nihilne te mei miseret?*

29. *Tantum laborem capere.*] Ita supra IV. 3. 5. Heaut. III. 4. 19. Hec. III. 2. 9. Est autem locutio apta perturbato animo. Vide supra I. 5. 10. — *Talem.*] Solet haec vox in laude poni. Vide supra I. 1. 71. Eun. II. 1. 81. Adelph. III. 1. 10. Sed h. l. contumeliose usurpatur. Ita Heaut. V. 3. 20.

Age, Pámphile, exi, Pámphile. ecquid té pudet? 30

Σύλληψις. assumendum est enim extrinsecus *me*. *Labor*, pro molestia.

30. *Age, Pamphile.*] Hunc versum Simo iracundus ad aedes Glycerii adcurrens et ostium pulsans clamat de via.

ACTUS QUINTUS.

SCENA TERTIA.

PAMPHILUS. SIMO. CHREMES.

Pa. Quis mé volt? perii. páter est. *Si.* Quid ais, ómnium? *Chr.* Ah,
Rem pótius ipsam díc, ac mitte mále loqui.
Si. Quasi quídquam in hunc iam grávius dici póssiet.
Ain' tándem? civis Glýcerium 'st? *Pa.* Ita praédicant.

Quis me volt? perii.] *Hic accusatio est: quae solvitur defensione, in eo quod ad amorem pertinet, per concessionem; in eo quod ad Critonis personam, per coniecturam.* — 1. *Quid ais, omnium?*] Ἀποσιώπησις tertia: et est ad deformationem personae. Et est irato familiaris ἀποσιώπησις, quum pro dignitate peccati non inveniat convicium. *Quid ais.*] Non interrogantis, sed invehentis; et est ἔλλειψις, multa significans, in eo quod ait, *omnium*. — 3. *Quasi quidquam in hunc iam gravius dici possit.*] Quam quod fecit, quam quod peccavit. — 4. *Ain' tandem?*] Quaerit Probus, *ain'* quae pars orationis sit: et an una sit. Est autem

1. *Quis me volt?*] Ita And. II. 2. 8. Heaut. IV. 4. 21. Plautus, Cistell. I. 1. 121. *Numquid me vis?* [*Omnium* scil. nequissimus: est aposiopesis.]

2. *Mitte male loqui.*] Plautus, Menaechm. I. 2. 16. *Illic homo se uxori simulat* male loqui, *loquitur mihi.* Pers. II. 2. 25. *Mitte male loqui.*

3. *In hunc gravius dici.*] Vide Adelph. I. 2. 60.

4. *Ain' tandem?*] Abrupta interrogatio, apta irascenti et sto-

Si. Ita praédicant? o ingéntem confidéntiam! 5
Num cógitat, quid dícat? num factí piget?
Num eiús color pudóris signum usquam índicat?
Adeo [n'] ímpotenti esse ánimo, ut praeter cívium

V. 7. Bentl. *Numnam eius color* etc. Codd. *Vide num eius color.* Donatus *Vide* non legit.

V. 8. Faërnus per synizesin legi iubet *Adon.* Bentleius corr. *Adeo impotenti.*

---

ain' quasi *aisne.* Et mire, quasi ipse dicat, quod Davus dixerit. Ergo *ain'* percontativum verbum est. *Tandem.*] Pro *tamen.* — *Praedicant.*] Artificiose pro *dicunt* posuit; adeo in hac re vehementer commotus senex hoc ipsum repetit, *Ita praedicant*, per iracundiam. Et *ita* est *ἐν ἤθει*, ut repetantur verba, in quibus arguitur impudentia. — 5. *O ingentem confidentiam!*] Et *confidentiam* modo pro audacia est cum improbitate, ut in Phormione, *homo confidens.* Aliter hic supra *confidens*, pro constanti et gravi. Ergo *confidentia* interdum in bona significatione, interdum in mala ponitur: sed *fiducia* in bona. — 6. *Num cogitat, quid dicat? num facti piget?*] Amens est qui nesciat quid dicat: amentior, quem non poeniteat facti sui. *Num cogitat, quid dicat?*] Quia iniuriarum se alligat. *Num facti piget?*] Quia dicit *praedicant:* non *dicunt.* Et ut solent irascentes, avertit orationem a secunda ad tertiam personam: ab ea cum qua loquebatur, ad aliam. — 7. *Num eius color pudoris signum usquam indicat?*] *Signum* est parva quaedam significatio, indicans totius rei qualitatem. *Num eius color pudoris signum usquam indicat?*] Paterno animo dicit. Namque patribus velle erubescere filios, pudentesque esse, familiare est: cui contrarium est, *Erubuit, salva res est.* Hoc ergo dicit: Nec timet, inquit, nec enim poenitet, nec pudet. — 8. *Impotenti.*] Nimis potenti, vel certe debili et devicto. —

---

machanti, cui et *tandem* inservit. Supra III. 2. 12. mox va. 18. Phorm. II. 3. 26. — *Civis Glycerium 'st?*] Eodem impetu Simo adoritur Critonem infra V. 4. 5. Nimirum metuebat, ne hinc origo peteretur disturbandarum Pamphili cum Philumena nuptiarum, si Glycerium inveniretur civis esse Attica.

6. *Num facti piget?*] Ita Plautus, Trin. I. 2. 90. *Me. Dedisti argentum? Ca. Factum: neque* facti piget.

7. *Color pudoris signum usquam indicat?*] Plautus, Mil. II. 2. 30. *Paret artem et disciplinam: obtineat* colorem. Ovidius, Trist. II. 30. *Non adeo nostro fugit ab ore pudor.*

8. *Impotenti animo.*] *Impotens* homo seu animus est, qui affectibus suis moderari nequit. Heaut. II. 3. 180. Curtius, VIII. 1.

Morem átque legem, et suí voluntatém patris,
Tamen hánc habere stúdeat cum summó probro? 10
Pa. **Me míserum! *Si.* Hem modone id démum sensti, Pámphile?**
Olim ístuc, olim, cum íta animum induxtí tuum,
Quod cúperes, aliquo pácto efficiundúm tibi;
Eodém die istuc vérbum vere in te áccidit.

9. *Civium morem atque legem, et sui voluntatem patris.*] Tria contemta sunt, mos, lex, imperium patris. *Praeter civium morem.*] *Praeter, contra* nunc significat. — 10. *Tamen.*] Quum non dixerit *quamvis*, subiecit *tamen*: et figura est *ἀνακόλουθον*. — 11. *Me miserum!*] Initium defensionis, et deploratio calamitatis et miseriae: quia in amorem culpam removet a voluntate sua, quum pater, quod amat filius, vitium mentis dicat esse, non impulsum dei. *Modone id demum sensti, Pamphile?*] Comprobatione ostendit eum esse miserum. *Demum* autem signum est tarditatis. Et *sentire* dicitur, qui vix colligit se, vixque animadvertit: ut alibi, *Vix tandem sensi stolidus.* — 12. *Olim istuc, olim.*] Obiurgatio, quod dictum est *olim*. Confirmationem autem per repetitionem ostendit. Ut *Virgilius: ---- divûm inclementia, divûm. Has evertis opes.* — 13. *Aliquo pacto.*] Quoquo modo. — 14. *Accidit.*]

---

9. do Alexandro Magno: *Itaque* impotens animi *percurrit in regiae vestibulum.* — *Praeter civium morem atque legem.*] Id vult, neminem civium Atheniensium servam vel peregrinam, qualem ipse credebat Glycerium esse, licet a se vitiatam, ducere; neque id legibus cautum esse. Quem morem Atticum imitati Romani. Instit. de Nupt. §. 12.

10. *Cum summo probro.*] Generatim *probrum* est omne id, quod honesti hominis dignitatem imminuit. Speciatim vero infamia ex libidine orta, uti h. l. et Phorm. V. 4. 6. Livius XXV. 2. *Matronas apud populum probri accusarunt.* Suet. Dom. c. 8. *probrosae feminae.*

11. *Demum.*] Eleganter *demum* ad iudicii tarditatem notandam adhibetur. Heaut. II. 3. 12. Phaedrus I. 13. 10. *Tum* demum *ingemuit corvi deceptus stupor.*

12. *Animum induxti tuum.*] Supra V. 1. 15. Plautus, Trin. III. 2. 78. *Id me commissurum, ut patiar fieri, ne* animum induxeris. [Prosae orationis scriptores in hac locutione omittunt *meum, tuum, suum.* Vid. Vorstium de Latinit. merit. susp. c. 10.]

13. *Cuperes.*] *Cupere* est vehementer desiderare. Hec. IV. 3. 9. et passim alibi.

Sed quíd ego? cur me excrúcio? cur me mácero? 15
Cur meám senectutem huíus sollicito améntia?
An ut pro huíus peccatis égo supplicium súfferam?
Immo hábeat: valeat: vívat cum illa. *Pa.* Mí pater.
Si. Quid, mí pater? quasi tú huúis indigeás patris.
Domus, úxor, liberi ínventi invitó patre. 20

V. 15. Bentl. corr. *Sed quid ego me autem excrucio?* coll. Virg. Aen. II. 101. Nimirum in uno codice reperit: *Sed quid ego me autem? cur excrucio?*

V. 17. Vulgo *Ut pro huius.* Mutavit Bentl.

Evenit, fuit. — 15. *Sed quid ego?*] Proprium est parentibus, indignatione velut abiicere curam filiorum, quum destomachati fuerint. *Sed quid ego?*] Ἔλλειψις per ἀποσιώπησιν, scilicet *promoveo.* — 16. *Sollicito.*] Sollicitam reddo, id est, contristo et perturbo. *Cur meam senectutem.*] Non *me*, sed *meam senectutem*: quod plus est et miserabilius, dicit. — 18. *Immo habeat, valeat.*] Non irascitur ut pater, sed dissimulat ut alienus: quia vehementer dolet. Et *habeat*, subauditur *illam. Mi pater.*] *Mi*, meus. et principium factum conciliatione personae. — 19. *Quasi tu huius indigeas patris.*] *Huius*, ostendens se dixit, ut *Virgilius, Est hic, est animus lucis contemptor.* — 20. *Domus, uxor, liberi*

---

15. *Sed quid ego?*] Formula frustra operam impudentium. Ennius, Fragm. Lib. VI. Sed quid ego *heic animo lamentor?* Virgilius, Aen. II. 101. Sed quid ego *haec autem nequidquam ingrata revolvo!* [Bentleius legit *sed quid ego me autem excrucio.* Sic Virgil. Aen. II. 101. *sed quid ego haec autem nequidquam ingrata revolvo.* Est frequens transitionis formula. Livius XXXVIII. 48. *sed quid ego haec ita argumentor.* Vid. Oudendorp. ad Apul. Met. II. p. 106.]

16. *Meam senectutem.*] H. e. me senem. Pacuvius, Duloreste: *Primum hoc abs te oro, ne te nimis inexorabilem Faxis, neu turpassis vanitudine* aetatem tuam. Cicero, Deiot. 1. Adolescentiaeque *suae tortorem intulerit, cuius* senectutem *tueri ac tegere debebat.* — *Sollicito.*] Supra IV. 2. 6.

18. *Habeat, valeat, vivat cum illa.*] Formula invito animo concedentis. Supra IV. 1. 25. Adelph. IV. 4. 12. Catullus, Carm. XI. 17. *Cum suis* vivat, valeatque *moechis.* Dixit autem *habeat* proprie de matrimonio. Adelph. I. 1. 19. Nepos, Cim. I. Habebat *in matrimonio sororem.*

20. *Domus.*] Huius primo loco meminit, quia eius vel praecipua in matrimonio habebatur ratio. Unde *domum ducere* natum. Et inde ἄοικος dicitur coelebs. Horatius, Carm. II. 14. 21. *Linquenda tellus, et* domus, *et placens* Uxor. Idem ordo in Decalogi praecepto

Addúcti, qui illam cívem hinc dicant víceris.
Pa. Patér, licetne paúca? *Si.* Quid dicés mihi?
Ch. Tamén, Simo, audi. *Si.* Ego aúdiam? quid aúdiam,
Chreme? *Ch.* Át tandem dicát sine. *Si.* Age dicát, sino.
Pa. Ego me amare hanc, fáteor, si id peccáre est, fateor íd quoque.

V. 23. Bentl. *S. Egon aúdiam? quid ego aúdiam?* ne ante dactylum finalem trochaeus sit. Frustra.

V. 24. corr. *At tamen dicat*, ex codd., quia *át tandém* duplici ictu sit plane invenustum.

---

inventi.] Mira gravitate sensus elatus est. nec de *Menandro*, sed proprium *Terentii*. Et *liberi inventi* dicit, quum unus esset: sed invidiosius *liberi*. Et *inventi*, non *geniti*; secundum illud, *Hoc ego scio, neminem peperisse hic. Domus* addidit, non lupanar. Et oratorie de uno pluraliter loquimur. — 21. *Viceris.*] Verbum est eius, qui vix sibi extorquet, ut abiiciat curam. Et proprium patribus, ac familiare iratis. — 22. *Pater, licetne pauca?*] Titubans et balbutiens oratio pudore et conscientia. — 24. *Age dicat: sino.*] Hoc totum non ex animo permittentis, sed cum stomacho patientis est. — 25. *Ego me amare hanc, fateor.*] Ἀμφιβολία τῆς ἐρωμένης. *Hanc fateor.*] Et bene *hanc Glycerium*, cuius nomine offenditur senex: nec *peregrinam*, ignominiam scilicet vitans. *Si id peccare 'st, fateor id quoque.*] Noli, inquit, me accusare, quia amo; amantem enim nemo accusat, ut febricitantem nemo accusare

---

X. observatus. *Liberi.*] Ita de uno puero dicit. Vide Hec. II. 1. 15. Plura Duker. ad Flor. IV. 8. — *Inventi.*] Phrasis propria in hac re. Supra III. 3. 39. Tacitus, Germ. 19. *Non forma, non aetate, non opibus* maritum invenerit. Suetonius, Calig. 25. Matrimonium *sibi* repertum *exemplo Romuli et Augusti.*

21. *Adducti.*] Invidiose dictum. Eun. IV. 1. 9. Heaut. V. 4. 18. Idem Pamphilus mox Vs. 28. *adlegatum* dicit. — *Viceris.*] Formula cum stomacho concedentis. Caesar, B. G. V. 30. Vincite, *si ita vultis.* Suetonius, Caes. 1. Vincerent, *ac sibi haberent.*

23. *Tamen.*] Vide Schefferum ad Phaed. III. 7. 17. [Quamvis vox *tamen* plerumque alteri voci subiungatur, saepe tamen initio ponunt; quibus locis aliquid mente supplendum est: quamvis Pamphilus nihil dicere possit, tamen audi. Liv. XL. 56. *Tamen admoneri potuisset Antigonus.* et ibi Drakenborchius.]

25. *Si id peccare 'st.*] Cicero, Fam. VI. 14. *Si hoc vitium*

Tíbi, pater, me dédo; quidvis óneris impone, ímpera.
Vís me uxorem dúcere? hanc vis [a]míttere? ut poteró, feram.
Hóc modo te obsecro, út ne credas, á me allegatum húnc senem.
Síne me expurgem, atque illum huc coram addúcam.
Si. Adducas? *Pa.* Síne, pater.

V. 27. Bentl. de Faërni conjectura *mittere*. *Amittitur* enim uxor, iam domum ducta: *mittitur*, quae nondum ducta est. Accedit metri ratio, quae certe postulabat, ut alterum *vis* deleretur.

---

potest, cur febricitet. Sed amare, inquit, si putas esse peccatum, fateor etiam me hoc peccasse. Mire igitur et subdefendit culpam et assensus irato est. *Si id peccare 'st.*] *Peccare* dicit: quia amor deus est, non voluntas. *Fateor quoque.*] Peccare me scilicet. — 26. *Tibi, pater, me dedo.*] Bene *dedo*, quasi hostilia et contraria volenti; nam deditio in hoste fieri solet. — *Quidvis oneris impone: impera.*] Executus est translationem oneris, dicendo, *impone, ut potero, feram.* — 27. *Vis me uxorem ducere? hanc vis amittere?*] Et quod unum est, duo fecit: ut ostendat se non posse ferre. *Ut potero feram.*] Obsequium sine voluntate ostendit: et multum valet sub Chremetis praesentia haec confessio, ad recusandas nuptias. — 28. *Ut ne.*] Pro, *ut non.* *Allegatum.*] Adhibitum. — *Hunc senem.*] Critonem scilicet. Et non *Critonem*, sed *senem* dicit: ut de hac appellatione pondus adiiceret testimonio.

---

est, eo me non carere confiteor. Ovidius, Metam. X. 200. *Quae mea culpa tamen? nisi si lusisse vocari Culpa potest; nisi culpa potest et amasse vocari.* Proprie *peccare* dixerunt de amoribus. Adelph. IV. 7. 7. Horatius, Carm. I. 27. 16. *Ingenuoque semper Amore* peccas.

26. *Tibi, pater, me dedo.*] Ita Heaut. IV. 33. Locutio ab hostibus victis desumta, qui se *dedunt* victori. Eun. V. 8. 2.

27. *Ut potero, feram.*] Cicero, Catil. I. 7. *Superiora illa, quanquam ferenda non fuerunt, tamen* ut potui, tuli. Att. V. 15. *Sed feram*, ut potero.

28. *Allegatum.*] H. e. subornatum; submissum. Plautus, Poen. III. 5. 28. *Eum* allegaverunt, *suum qui servum diceret Cum auro esse apud me.* Trin. V. 2. 18. *meo* allegatu *venit.* Sed et in bonam partem sumitur pro mittere proxenetas, qui mulierem in matrimonium postulent. Liv. XXXVI. 11. ubi v. Gronov.

29. *Sine me expurgem.*] Hec. V. 1. 15. Plautus, Capt. III. 4. 87. *Hoc primum me* expurgare *tibi volo.*

Ch. Aéquum postulát. da veniam. *Pa.* Síne te hoc exorém. *Si.* Sino.
Quídvis cupio, dúm ne ab hoc me fálli comperiár, Chremes.
Ch. Pró peccato mágno paullum súpplici satis ést patri.

V. 31. Bentl. *Chremes.*
V. 32. ante Bentl. erat *supplicii.*

— 30. *Aequum postulat. da veniam.*] Artificiose interponit loquentem Chremetem: quem volens usque ad cognitionem filiae suae retinere, non facit frasci Pamphilo ob contemtum filiae suae, et post hoc abire de medio. — *Da veniam.*] Concede, indulge. *Sine te hoc exorem.*] Id est, *ut me purgem*, non, *adducam.* — 31. *Ab hoc me falli comperiar.*] O paternae pietas! ipse accusator est, et redargui se cupit. — 32. *Paulum supplicii.*] *Supplicium* dicit ipsam accusationem.

30. *Aequum postulat.*] *Venia* proprie est facultas veniendi in patriam, aut in publicum, qualem noxii aut damnati non habent. Cicero, Fam. VI. 12. *Diploma statim non est datum, quod mirifica est improbitas in quibusdam, qui tulissent acerbius*, veniam tibi dari, *quam illi appellant tubam belli civilis.* Hinc ponitur pro remissione damnationis aut poenae, quam continuo sequitur venia. Suetonius, Caes. 1. *Veniam impetravit.* Denique pro omni concessione rei desideratae ponitur, uti h. l. et Nep. Pausan. 4. *Quod si eam* veniam *sibi dedisset.* — *Sine te exorem.*] Eun. I. 2. 105. Heaut. V. 5. 6. Adelph. V. 8. 13. Plautus, Bacchid. V. 2. 82. *Hanc veniam illic sine te exorem.* Vult autem Pamphilus exoratum patrem, ut adducat Critonem; quod non cepit Donatus.

32. *Paullum supplicii.*] Omnis emphasis est in voce *patri.* q. d. si publice excusationem veniamque invenit apud Aediles confessio peccati, idque satis poenarum adversus impudicos credebatur, teste Tacito, Annal. II. 85., quanto magis apud patrem? Plautus, Mostell. V. 2. 43. *Si hoc pudet, fecisse sumtum*, supplicii habeo satis. *Tr. Dispudet.* Adde Plinium, Lib. IX. Epist. 21. et Senecam, de Clem. I. 15.

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUARTA.

CRITO. CHREMES. SIMO. PAMPHILUS.

Cr. MÍTTE orare: una hárum quaevis caúsa me, ut faciám, monet:
Vél tu, vel quod vérum est, vel quod ípsi cupio Glýcerio.
Ch. Andriam ego Critónem video? cérte [is] est. *Cr.* Salvos sís, Chreme.

Vers. 3. Bentl. corr. *is certe est.* Nisi forte *is* delendum.

Mitte orare.] *Hic in scenam progreditur Crito: in cuius verbis non modo quod ipse promittit, sed etiam quid et Pamphilus dixerit, demonstratur. Et hic omnis error aperietur fabulae.* — 1. *Mitte orare: una harum quaevis causa.*] Pamphilo dicit. Et dicendo, *una harum*, ostendit multas esse causas: etiam pares magnitudine esse, dicendo, *quaevis.* — 3. *Andriam ego Critonem video?*] Bonum initium agnituri filiam. Itaque compendii causa, non laborat de agnitione personae Critonis, ut ab eo facile doceri possit. *Salvos sis Chreme.*] Ne laboret ad persuadendam, miro compen-

1. *Mitte orare.*] Pamphilum, a quo arcessitus et ut rem omnem de Glycerio cive apud patrem ediserere vellet oratus erat, in via alloquitur Crito. — *Una harum quaevis.*] Tmesis est, qualis illa Plauti, Pers. II. 2. 28. *Cui pol cumque occasio est.* — 2. *Vel tu, vel quod verum est, vel.*] Cicero, Ligar. 3. *Cuius ego industriae gloriaeque faveo, vel propter propinquam cognationem, vel quod eius ingenio studiisque delector, vel quod laudem adolescentis propinqui existimo etiam ad meum aliquem fructum redundare.* Fam. X. 4. *In quo tuendo habeo causas plurimas, vel paternae necessitudinis, vel meae a pueritia observantiae, vel tui erga me mutui amoris.* — *Cupio.*] Faveo. Cicero, Fam. II. 15. *Faveo Curioni, Caesari honestissime* cupio, *pro Pompeio emori possum.* Caes. B. G. 1. 18. ibiq. intqq.

3. *Salvos sis, Chreme.*] Aliam lectionem vide in Comment. maiore.

Ch. Quid tu Athenas, insolens? *Cr.* Evénit. sed hiccin ést Simo?
Ch. Hic. *Si.* Men' quaeris? eho tu Glycerium hínc civem ésse ais?
Cr. Tú negas? *Si.* Itane húc paratus ádvenis? *Cr.* Qua [de] ré? *Si.* Rogas?
Túne impune haec fácias? tune hic hómines adolescéntulos,
Imperitos rérum, eductos líbere, in fraudem íllicis?

V. 5. item a metro laborat. Duo codd. Bentleii *Hi. Sim. Simo men' quaeris?* Unde vir acutissimus egregie: *Ch. Hic. Cr. Simo, men quaéris? S. Eho, tu Glycerium hinc civem esse ais?*
V. 6. Bentl. *de* ex codd. delet metro flagitante.
V. 8. post *illicis* Bentl. interrogationem sustulit et post *sollicitando* commate distinxit, probante Ruhnkenio. Idem v. 9. *sanun es?*

---

die poetae, iam Crito notus est Chremi. — 4. *Quid tu Athenas, insolens?*] *Insolens*, insolitus, insuetus. *Cicero*, *Moveor etiam loci insolentia. Sallustius*, *insolens vera accipiendi. Insolens* et arrogans intelligitur. Qui praeter legem agit humanam et naturalem, *insolens* dicitur. *Cicero*, *In victoria, quae natura insolens et superba est. Evenit.*] Pudet fateri propter hereditatem venisse. Et vide ipsum esse, qui dixerit supra, *Clamitent me sycophantam, haereditates persequi.* — 6. *Paratus advenis?*] Hoc est, subornatus, et compositus dolo. — 7. *Tune impune haec facias?*] Mire. acriter Critonem aggressus dilatavit incusationem, et generale fecit virtute oratoria, quae δεινότης dicitur. *Tune hic.*] Id est, Athenis, ubi delicta vindicantur. — 8. *In fraudem illicis?*] Illigas. unde *Virgilius*, *Terna tibi haec primum triplici circumdata filo Licia cir-*

---

4. *Insolens.*] Insolitus, insuetus. infra Vs. 14. Sallustius, Catil. 4. Insolens *malarum artium.* ubi vide, quae notavit Cortius.

6. *Qua de re?*] Vide supra I. 2. 13. [*Paratus advenis* i. e. dolis et mendaciis instructus. Phorm. II. 3. 80. *itane es paratus facere me advorsum omnia.* Rutil. Lup. II. p. 86. *sed ut paratus venisse videbatur, iam se negabit accepisse.* ubi vid. quae annotavimus. Add. Drakenborchius ad Liv. III. 10. 9.]

7. *Homines adolescentulos.*] Plautus, Bacchid. I. 1. 32. *Homo adolescentulus.*

8. *Imperitos rerum.*] Plautus, Stich. I. 2. 47. Imperitus rerum, *ac morum mulierum.* — *In fraudem inlicis?*] H. e. in damnum et malum. Heaut. III. 1. 33. Plautus, Mil. V. 42. *Is me*

Sóllicitándo et póllicitándó eorum ánimos lactas? *Cr.* Sánus ne es?
Si. **Ac meretricios amores núptiis conglútinas?**
Pa. **Périi! metuo, ut súbstet hospes.** ***Ch.*** **Sí, Simo, hunc noris satis,**
Nón ita arbitrére. bonus est hic vir. ***Si.*** **Hic vir sít bonus?**

cumdo. Licia enim dicta sunt quasi ligia. — 9. *Eorum animos lactas?*] Quasi teneros animos. *Lactare*, est dulcedine aliqua tenere, ad persuasionem inducere: unde et *delectare* et *oblectare* dicimus. — 10. *Ac meretricios amores nuptiis conglutinas?*] Vide oratorie agi. ut gravius Critonem accuset Simo, nunc defendit filium, quem dudum increpaverat. — *Ac meretricios amores.*] Peius lenocinio crimen ingessit: non amicam facere de meretrice, sed coniugem. — *Nuptiis conglutinas?*] Hoc gravius est lenocinio. — 11. *Metuo, ut substet hospes.*] *Ut*, ne non. *Lucil. Tuam ut memoriam retineas.* Et bene *hospes* ait, non *homo*, vel *Crito*; est enim ipso nomine causa diffidentiae. — 12. *Non ita arbitrere.*] Id est, non arbitreris. — *Bonus est hic vir.*] Cum pondere et distinctione inferendum. *Hic vir sit bonus?*] *Hic*, per εἰρωνείαν, nec virum nec bonum esse dixit. *Hic vir sit bonus?*] Mire poëta, cum oportuerit Critonem inimiciorem Chremi esse quam Simoni, sic rem inducit, ut notior ei sit contra quem maxime venerat, atque ab eo

---

in hanc iulexit fraudem. Plancus ad Cic. Fam. X. 23. *Qui quidem quum* in fraudem se deductum *videret.* Aves autem ab aucupe *inlici* esca proprie dicuntur. Unde metaphora translata est.

9. *Sollicitando ac pollicitando.*] Sallustius, Catil. 38. *Largiendo atque pollicitando.* Suetonius, Ner. 13. *Armeniae regem magnis* pollicitationibus sollicitatum. — *Animos lactas?*] Vide supra IV. 1. 24.

10. *Meretricios amores nuptiis conglutinas?*] H. e. Facis, amores rati fiant legitimis nuptiis Pamphili et Glycerii. *Conglutinandi* verbum multum in arcta amicitia usurpatur. Metaphora a *glutine* desumta. Cicero, Att. VII. 8. *Soles* conglutinare *amicitias testimoniis tuis.* Ad Div. XI. 27. *voluntates nostras consuetudine conglutinari.*

11. *Substet,*] Subsistat, sufferat. Plautus, Epid. I. 1. 77. *Tantae in te impendent ruinae; nisi suffulcis firmiter, Non potes* subsistere: *itaque in te irrunt montes mali.*

'Itane' adtemperate venit hódie in ipsis núptiis,
'Ut veniret ántehac nunquam? est véro huic credendúm, Chremes.
Pu. Ní metuam patrem, hábeo pro illa re íllum quod moneám probe.
Si. Sycophanta. *Cr.* Hem! *Ch.* Sic, Crito, est hic: mítte. *Cr.* Videat quí siet.
Sí mihi pergit, quaé volt, dicere: éa, quae non volt, aúdiet.
Ego istaec moveo, aut cúro? non tu tuúm malum aequo animó feres?

V. 13. Bentl. corr. *Itane adtemperate evenit, hodie in ipsis nuptiis* etc. Et *evenit* codd. complures.
V. 17. Bentl. ex codd. *perget*, coll. Eunuch. Prol. 18.

defendatur, magis ut res progredi ad catastrophen possit. — 13. *In ipsis nuptiis.*] In ipso articulo nuptiarum. — 14. *Ut veniret antehac nunquam?*] Plerumque casus imitatur industriam: et hoc saepe fit, ut etiam sedulo facta, sint suspecta. — 16. *Sycophanta.*] Hoc est, quod minime voluit sibi dici Crito. nam ita loquutus est supra, *Clamitent me sycophantam, hereditates persequi. Hem.*] Principium iracundiae. audivit enim quod maxime vitabat: nam ut supra, *Clamitent me sycophantam. Sic, Crito, est hic: mitte.*] Hic Chremes traducit illum ab iracundia, dicendo *sic esse* eum. *Menander:* οὕτως αὐτός ἐστιν. Et recte: quia naturae ignoscitur, voluntati non item. — 17. *Si mihi pergit, quae volt dicere.*] Graviter, et mature. — 18. *Ego istaec moveo, aut curo?*] Est enim

15. *Pro illa re.*] H. e. quod convenire huic rei queat. Virgilius, Aen. IV. 337. Pro re *pauca loquar.*

16. *Sycophanta.*] Vide supra IV. 5. 20. — *Sic, Crito, est hic.*] H. e. ea indole et ingenio. Eun. III. 1. 18. Heaut. III. 1. 27. Phorm. III. 2. 42. Plautus, Amph. II. 1. 57. sic sum, *ut vides.* Vid. Scheffer. et Burm. ad Petron. 38. [*Videat qui sit* h. e. ipse sciat qui sit, ad me non pertinet, nec curo qui sit. Hanc formulam explicant viri docti, quos laudat Drakenb. ad Liv. XLII. 13. 11.]

17. *Si mihi pergit, quae volt, dicere, ea, quae non volt, audiet.*] Plautus, Asin. II, 4. 82. *Tu contumeliam alteri facias, tibi non dicatur?* Pseud. IV. 7. 77. *Contumeliam si dices, audies.* Caecilius apud Gell. VII. 17. *Audebis male, si male dixis mihi.* Sallustius, invectiva in Ciceronem: *Respondebo tibi, ut, si quam male dicendo voluptatem cepisti, eam male audiendo amittas.*

18. *Ego istaec moveo, aut curo?*] Omnis emphasis est

Nam, égo quae dico, véra an falsa audíeris, iam scirí potest.
Átticus quidam ólim navi frácta, apud Andrum eiéctus est,
Et istaec una párva virgo. tum ílle egens, forte ádplicat

V. 19. Bentl. ex cod. Bemb. *audierim*, sc. ex Phania.
V. 20. idem ex cod. Bemb. *ad Andrum*.

---

sycophantae perturbare rem bonam, et curare malam. Hoc igitur dicit cum ὑπεκρίσει. Ego haec turbo, aut cogito, quemadmodum tu dicis Simo? *Non tu tuum malum aequo animo feres?*] Non filium, sed amorem in filium significat. An quia iratus est? Et quaeritur, an conveniant haec verba Pamphilo veniente? Immo enim conveniunt: nam quanto magis dissimulat favorem, tanto plus acquirit fidei ad ea quae loquitur. — 19. *Iam sciri potest.*] Addidit et temporis celeritatem, et magna maturitate dixit. — 20. *Atticus quidam olim.*] Haec pars argumenti est: quae et supra iam dicta. — 21. *Forte adplicat.*] *Adplicat*, proprie de naufrago in littus

---

in pronomine *ego*; scilicet, quia Simo toties illud *tu* ingeminaverat cum stomacho. Dicitur autem quis *movere*, qui primus dicit facitve quid. Ovidius, Heroid. XV. 8. *An, nisi legisses auctoris nomina Sapphus, Hoc breve nescires unde* movetur *opus?* — *Non tu tuum malum aequo animo feres?*] Tam bona, quam mala *ferre* et pati dicimur. Phaedrus I. 2. 29. *Quia noluistis vestrum* ferre, *inquit*, bonum, Malum *perferte*. Dicitur autem quis *aequo animo ferre* quid, qui fert humaniter quod corrigere nequit. Hec. IV. 4. 63. Pherm. I. 2. 88. Plautus, Mil. IV. 8. 33. *Fer aequo animo.*

20. *Navi fracta.*] Supra I. 3. 17. Plautus, Rud. II. 6. 21. *Pol minume miror*, navis si fracta 'st *tibi*. Inde *naufragium* dictum; et ipse *naufragus*, qui *navem fregit*. — *Eiectus est.*] Proprie de naufragis. Vide supra I. 3. 18. Plautus, Rud. I. 5. 14. Eiectae *e mari sumus ambae.*

21. *Egens.*] Amplius quid dicit quam *pauper*. Ita Dido de Aenea, apud Virg. Aen. IV. 373. *eiectum litore*, egentem *Excepi. Adplicat primum ad Chryseidis patrem se.*] *Adplicant* se, qui adhaerent alteri. Heaut. II. 4. 18. Plautus, Menaechm. II. 2. 67. *Post illae extemplo se* adplicant, *adglutinant.* Neque vero soli amantes ad amicas, et hae rursus ad amatores sese adplicant, sed et pauperes adplicare se ad patronos, eorumque auxilium et fidem implorare dicuntur. Ennius in Fragm. *Quo accedam? quo me* adplicem? Cicero, Orat. I. 39. *Si se ad aliquem quasi patronum* adplicavisset. Dixit autem *primum*, non sequente *secundum* vel *tertium*, aut simili. Ita Heaut. II.

Primum ad Chrysidis patrem se. Si. Fábulam incepi-
tát. *Ch.* Sine.
Cr. Itane vero obtúrbat? *Ch.* Perge. *Cr.* Tum is
mihi cognatús fuit,
Qui eúm recepit. ibi ego audivi ex íllo, sese esse
Atticum.
Is ibi mortuus est. *Ch.* Eius nomen? *Cr.* Nómen
tam cito tibi? Phania.
Ch. Hem! — Perii! *Cr.* Verum hercle opínor fuísse
Phániam: hoc certó scio,
Rhamnúsium aiebat se esse. *Ch.* O lúppiter! *Cr.*
Eadem haéc, Chreme,

V. 23. Bentl. corr. *Ch. Perge tu. Cr. Is mihi cogn. f.* Nam inepte dictum esse *Tum cognatus fuit.*

V. 25. Bentl. corr. *Ch. Eius nomen? Cr. Nómen tam cito? P. Phá-nia. Ch. Hem.* Idem V. 27. scripsit: *Rhamnúsium sese atbat esse. Ch. O lúppiter. Ch. Eadem haéc, Chreme.* Fortasse nil aliud quam *sese* scribendum.

---

electo atque egenti. — 22. *Primum ad Chrysidis patrem.*] Quid est *primum*? an quia postea mortuus est? *Fabulam incepstat.*] Aut ad comoediam retulit *fabulam*, quia *fabula* comoedia, et quia argumentum quasi fabulae narratur; aut certe ad irrisionem narrationis dicit. etenim *olim* fabulae proprium: ut *Horatius* › ---- *olim Rusticus urbanum murem mus paupere fertur Accepisse cavo, veterem vetus hospes amicum.* — 23. *Itane vero obturbat?*] Si subdistinguit, *interstrepit* accipe: si non distinguit, *evertit* intelliges. *Itane vero obturbat?*] Potest, *itane vero*, subdistingui: et sic cum comminatione inferri, *obturbas.* — 24. *Ibi ego audivi ex illo.*] Magna confirmatio veritatis est. — 25. *Nomen tam cito sibi?*] Non negantis est, sed difficile se dicturum ostendit. *Phania.*] Hoc ita dicit Crito, ut nemo audiret: scilicet adhuc dubitans, an ipse sit. — 26. *Hem.*] Sunt qui putant, Simonem dicere: irascentem filio, Critonem submonenti. *Perii.*] Hoc Pamphilus post iracundiam patris. An Chremis est dolentis, vel ad eius mentionem, vel quod in filiam pene peccarat? — *Verum hercle opinor.*] Hoc adhuc cunctanter est dictum, et ideo indiget confirmatione. — 27. *Rhamnusium se.*] Pirasceus et Rhamnus,

---

3. 23. Plautus, Mostell. V. 2. 32. *Omnium* primum *sodalem me esse scis gnato tuo.*

23. *Obturbat.*] Vide Donatum. Plautus, Poen. I. 2. 49. *Ne* obturba, *ac tace.*

Multi álii in Andro tum aúdivere. *Ch.* **Ufinam id sít, quod spero. eho, díc mihi,**
Quid eám tum? suamne esse aíebat? *Cr.* **Non.** *Ch.* **Cuiam ígitur?** *Cr.* **Fratris fíliam.**
Ch. **Certé mea 'st.** *Cr.* **Quid ais?** *Si.* **Quid tu ais?**
Pa. **'Arrige aures, Pámphile.**
Si. **Quî crédis?** *Ch.* **Phania íllic frater meús fuit.**
Si. **Noram, ét scio.**
Ch. **Is hinc, béllum fugiens, méque in Asiam pérsequens, proficíscitur.**

V. 28. Faërnus *audivere* trisyllabum putat. Bentleius corrig. *Multi álii in Andro audivere*, ejecto *tum* cum uno codice.

---

et caetera huiuscemodi, maritima Atticae oppida intelligenda sunt. *Rhamnus*, pagus Atticae est. — 28. *Multi alii in Andro.*] Hoc *testimonium caecum* dicitur. Testimoniorum enim modus duplex est: *manifestus* et *caecus*. *Manifestus* est, qui certos testes, et praesentes habet. *Caecus*, in quo multitudinem, aut civitatem dicimus scire, ut *Cicero*, *Testis est tota Sicilia*, quod tamen audientem consternat. Est etiam in *caeco* iusiurandum, tabulae, absentesque personae. — 29. *Cuiam igitur?*] Vetuste, *cuiam*. quod omnibus generibus et casibus servit. — 30. *Arrige aures, Pamphile.*] Translatio a pecudibus; quibus verbis intendit, accipiendam esse vocem. — *Arrige aures, Pamphile.*] Hoc Simo videtur dicere. Ut alii putant, ipse sibi Pamphilus. — 31. *Noram, et scio.*] *Noram* Phaniam, *scio* fratrem fuisse. Ergo et ad personam et ad rem retulit. — 32. *Meque in Asiam persequens, proficiscitur.*] Bene *in Asiam*, ubi bellum non erat, sed in Graecia. Et *persequens* dicit, perseverationem sequentis ostendens. *Persequitur* enim qui non desinit sequi. *Virgilius*, *Quae te sola, puer, multis e matribus, ausa*

---

28. *Dic mihi.*] Vide supra IV. 1. 44.

30. *Arrige aures, Pamphile.*] Uti bestiae subito strepitum audientes *arriguns aures*, in metu *demittunt*; ita homo ad inexspectatae rei nuncium itidem *arrigere aures*, ubi excidit spe, vel subito metu corripitur, *demittere* dicitur. Virgilius, Aen. II. 303. *arrectis auribus* adsto. Contra Horatius, Carm. II. 13. 35. Demittit *atras bellua Cerberus* Aures.

32. *Meque in Asiam persequens.*] Recte explicat Donatus. Cicero, Fam. III. 8. *Qui me in castra, et qui trans mare* persequi *non possent*. Suetonius, Caes. 35. Liv. V. 40. ibique Drakenb.

Tum illam relinquere hic est veritus; postilla nunc primum audio,
Quid illo sit factum. *Pa.* Vix sum apud me, ita animus commotust metu,
Spe, gaudio, mirando hoc tanto, tam repentino bono. 35
Si. Nae istam multimodis tuam inveniri gaudeo. *Pa.* Credo, pater.

V. 33. Faërnus, ut versus sibi constet, ex *Postilla* dactylum facit, quod tamen tribus longis constat. Itaque Bentl. corr. *Tum illam hic relinquere veritus est: postilla nunc primum audio.*

V. 36. Bentl. corr. *Si. Nae istam multimodis civem inventam gaudeo. P. Credo, pater.*

Persequitur. — 34. *Vix sum apud me.*] Hoc est argumentum, sapientibus laetitiam vehementem in bonis moderandam: cum unusquisque gaudens ita perturbetur, ut apud se ipsum iam non sit. *Vix sum apud me.*] *Non sum apud me*, magis consuetudine quam ratione dicitur. Aut forte sic dicit: quasi abierit animus, et rursus redierit. *Ita animus commotus est metu.*] Duo carnifices futurarum rerum sunt, spes et metus. Dolor enim et gaudium praesentium rerum sunt. *Virgil. Hinc metuunt, cupiuntque: dolent, gaudentque: nec auras Respiciunt.* Sed dolorem hic in laetitia non posuit. Et mire ordinem servavit; sic enim se haec invicem sequuntur. Et ἀναδίπλωσις distinguendum est, *spe, gaudio*: ut separatim inferantur. — 35. *Mirando.*] *Mirando*, dum miror. Et est participium. — 36. *Nae istam multis modis tuam.*] Non, *multis modis inveniri gaudeo*: sed, *tuam inveniri gaudeo.* Alii, *multis modis tuam inveniri gaudeo. Inveniri gaudeo.*] Hic iam redit in gratiam Simo cum filio: nisi forte patrem socerum appellat. ut Turnus apud *Virgilium*, *Et nos tela, pater, ferrumque haud debile dextra Spargimus.* Sed quomodo infra dicit, *Quid restat, pater?* an *restat* quia haec iam maior pars reconciliationis est? *Nae istam.*] *Nae*, nimis. *Cicero*, *Nae isti vehementer errant. Sallustius*, *Nae ista no-*

---

33. *Postilla.*] Iti functim *postilla* dixerunt, uti *posteà*. Eun. I. 2. 47. Heaut. II. 1. 38. Phorm. II. 2. 33. IV. 4. 25. V. 8. 29. Plautus, Curc. IV. 2. 43. *Sed eum, qui mihi illam vendidit, nunquam* postilla *vidi.* Vide Schottum, Obs. I. 9.

34. *Quid illo sit factum.*] H. e. Quid illi acciderit. Phorm. I. 2. 87. Plautus, Epid. I. 2. 48. Quid de tua fiet *fidicina igitur?* Cicero, Cluent. 66. Quid istis hominibus factum est, *Stratone et Nicostrato?* — *Vix sum apud me.*] *Apud se esse* dicitur, qui praesenti et sedato est animo. Supra II. 4. 5. Plautus, Mil. IV. 8. 36. *Perii! somne ego apud me?*

Ch. At mi unus scrupulus etiam restat, qui me male habet. *Pa.* Dignus es
Cum tua religione, odio, nodum in scirpo quaeris. *Cr.* Quid istuc est?

V. 38. Bentl. *odium* ex optimis libris, Bembin. et Vatic.

---

bis mansuetudo et misericordia. Gaudeo.] *Gaudemus* nostris: *gratulamur* alienis. Ut *Sallustius, Et ei voce magna vehementer gratulabantur. Credo, pater.*] Incertum, utrum, cui gratulatur, Simo sit, quamvis Pamphilus respondeat: potest enim Chremes et pater videri. *Credo, pater.*] Sic responderi solet dicenti, *gaudeo.* — 37. *At mihi unus scrupulus etiam restat.*] *At* discretivum est superiorum dictorum. *Scrupulus* a *scrupo* lapide dictus, lapillus minimus; nam nimis molestae sunt pedibus scrupulosae viae, ut *Virgilius, Scrupea tuta lacu nigro, nemorumque tenebris.* — *Etiam.*] Pro adhuc. — 38. *Dignus es cum tua religione odium.*] Aut accusativus pro ablativo casu est positus, pro odio; aut separatim *odium* legendum est, ut sit, dignus qui male habearis. *Nodum in scirpo quaeris.*] *Scirpus*, palustris res, et levissima. *Lucilius* in primo, *Nodum in scirpo insane facere vulgus.* Est autem *scirpus* sine nodo, et levis iunci species. Alibi ipse, *Reddunt curatura iuncosa*

---

37. *Scrupulus.*] Explicat Donatus. Cicero, Att. I. 18. *Domesticarum quidem sollicitudinum oculos omnes, et* scrupulos *occultabo.* Plinius, Lib. III. Epist. 17. *Eximе hunc mihi* scrupulum, *cui par esse non possum.* — *Qui me male habet.*] Vide supra II. 6. 5.

38. *Religione.*] Vide supra IV. 3. 15. Dixit autem, *cum tua religione*, stilo comico, pro, ob tuam religionem. Eun. I. 2. 73. Heaut. IV. 6. 7. Cicero, Philipp. XIII. 18. *Conservandus civis* cum *tam pio iustoque foedere.* [*Cum tua religione* i. e. qui talem religionem sive nimiam sollicitudinem habeas. Sic indignantes adhibent praepositionem *cum*. Eun. I. 2. 78. *egon quicquam cum istis factis tibi respondeam.* Phorm. III. 1. 1. *multimodis cum istoc animo es vituperandus.* Hec. I. 2. 59. *Di te perdant cum istoc odio* i. e. cum tam odiosus sis. — *Odium* legitur in membranis optimis, non *odio*, ut editiones quaedam habent. Vossius de Construct. c. 13. p. 386. aliique *odium* cum *dignus* iungunt, ut *dignus odium* elliptice dicatur pro *dignus ad odium*. Sed melius est post vocem *religione* interpungere, et *odium* accipere pro homine odioso, ut *scelus* pro homine scelesto. In verbis vero *dignus es cum tua religione* est aposiopesis, Comicis valde usitata. Vid. Donat. ad h. l.] — *Nodum in scirpo quaeris.*] H. e. Difficultatem moves, ubi nulla est. Plautus, Menaechm. II. 1. 22. *In scirpo nodum quaeris.* Ennii fertur: *Quaerunt in scirpo, soliti quod dicere nodum.*

Ch. Nomén non convenít. *Cr.* Fuit hercle huic álind parvae. *Ch.* Quíd, Crito?
Numquíd méministi? *Cr.* Id quaéro. *Pa.* Egone huius mémoriam patiár meae
Voluptáti obstare, cum égomet possim in hác re medicarí mihi?
Non pátiar. heus Chremé, quod quaeris, Pásibula [st.] *Cr.* Ipsá 'st. *Ch.* Ea 'st.
Pa. Ex ípsa milliés audívi. *Si.* Omnéis nos gaudere hóc, Chreme,
Te crédo credere. *Ch.* Ita me Dî ament, crédo. *Pa.* Quíd restát, pater?
Si. Iam dúdum res redúxit me ipsa in grátiam. *Pa.* O lepidúm patrem!
De uxóre, ita ut possédi, nihil mutát Chremes. *Ch.* Causa óptuma 'st,

V. 39. Bentl. *Quod, Crito?*
V. 42. Bentl. correxit: *Pásibula. Cr. Ipsast.*
V. 45. Bentl. *redduxit.*

Plautus, Scirpea induitur ratis. — 40. *Id quaero.*] Rursus Crito obliviosus est, utpote alienarum rerum. — 41. *Voluptati obstare.*] Nunc laetitiae et gaudio. — 42. *Heus Chreme.*] *Heus* dicendum erat, quia Chremes Critonem intuebatur. — 43. *Ex ipsa millies audivi.*] Duas res ostendit Pamphilus, et quod verum sit quod ex ipsa saepe audierit, et quod sit Glycerium. *Omnes nos gaudere hoc, Chreme.*] Aut *hoc* correpte, aut *hoc* producte: ut sit, hac re gaudere. Et *gaudere* nostris est, ut supra adnotavimus: alienis vero, *gratulari. Sallustius, Et ei voce magna vehementer gratulabantur.* Plus est ergo *gaudere*, quam *laetari.* — 44. *Quid restat, pater?*] Hoc est, ne irascaris. — 45. *O lepidum patrem!*] In quo leporis est plurimum, *lepidus* dicitur. Nam *lepos*

---

43. *Audivi.*] Eun. III. 1. 32. Phorm. III. 2. 2.

[44. *Credo credere.* Talis geminatio est infra V. 5. 1. *me putet non putare.* Vid. Duker. de Lat. Vet. ICt. p. 330.]

46. *De uxore, ita ut possedi, nihil mutat Chremes.*] Subaudi, *Quin porro possideam.* Videtur autem respicere verba edicti Praetorii, *ut possidetis, ita possideatis.* [*De uxore* i. e. quod ad uxorem attinet. Adelph. II. 1. 50. *de argento, somnium.* Cic. ad Div. I. 1. *Luculli sententia cedit religioni de exercitu.* Sueton. Tiber. c. 17. *de cognomnie intercessit Augustus.*] — *Causa optuma*

Nisi quíd patér ait áliud. *Pa.* Nempe. *Si.* Id scílicet. *Ch.* Dos, Pámphile, est
Decém talenta. *Pa.* Accípio. *Ch.* Propero ad fíliam. eho mecúm, Crito:
Nam illám me credo haud nósse. *Si.* Cur non íllam huc transferrí iubes?
Pa. Recte ádmones. Davo égo istuc dedam iám negoti. *Si.* Nón potest.
Pa. Qui [nón potest]? *Si.* Quiá habet aliud mágis ex sese, et maiús. *Pa.* Quidnam? *Si.* Vínctus est.
Pa. Patér, non recte vínctust. *Si.* Haud ita iússi. *Pa.* Iube solvi, óbsecro.

V. 47. Bentl. corr. *Nisi si quid páter ait aliud. P. Nempe id. S. Scilicet. Ch. Dos Pamphile, est* || *Decem talenta* etc.
V. 51. verba *non potest* post *Qui* Faërnus et Bentleius omiserunt.
V. 52. Bentl. ex uno cod. *At ita iussi.* Locatur senex ex ambiguo verbi *Recte.* Vide Donatum.

---

est venustas. — 47. *Nempe, scilicet.*] *Nempe* et *scilicet* dicentes, manu vel vultu dotem significant, quod mox intelligit Chremes. Alii ἀπὸ τοῦ *scilicet* Chremetis personam faciunt. *Dos Pamphile est.*] Id est, Pamphilo pro uxore dabuntur decem talenta. — 48. *Accipio.*] Ille nisi dixisset, *accipio*, dos non esset; datio enim ab acceptione confirmatur: nec potest videri datum id, quod non sit acceptum. *Eho.*] *Eho* hic admiratio est intentionis ad id quod dicturi sumus. — 50. *Dedam iam.*] Addidit et temporis celeritatem. — 51. *Qui?*] Quamobrem? — 52. *Non recte vinctus est.*] Id

---

'st.] Εὐφημισμός, quo utebantur, quoties *nullum* vel *nihil* dicere nolent. Plautus, Aul. II. 2. 83. *Sed nuptias Hodie quin faciamus, num quae* causa est? *Eu. Immo aedepol* optuma. Respondendum erat, *nulla.*

47. *Nisi quid pater ait aliud.*] Cicero, Att. XVI. 11. *Nisi quid tu aliud.* Tusc. III. 4. *Nisi quid aliud tibi videtur.* — *Dos, Pamphile, est decem talenta.*] Plautus, Merc. IV. 3. 4. *Hem, quoi* decem talenta dotis *detuli.* — Dicit autem, *decem talenta est dos,* uti supra, III. 3. 23. *Irae amantium est integratio amoris.* Et quum talentum contineret sexaginta minas, seu argenti libras, quarum singulae erant sex mille drachmarum, videtur haec dos de *dote summa* intelligenda, de qua supra I. 1. 74.

49. *Huc transferri.*] Ita Adelph. IV. 7. 13. V. 7. 11.

50. *Davo ego istuc dedam negoti.*] Supra Prol. 2. III. 2. 41. Eun. III. 4. 6.

Si. Age fiat. *Pa.* At matúra. *Si.* Eo intro. *Pa.* O faústum et felícem húnc diem!

V. 53. Bentl. *hunc* post *felicem* delevit cum cod. Bembino et aliis.

est, *non iuste*. Sed hic ad causam retulit, *non recte*: senex vero, ad rem retulit. *Haud ita iussi.*] Quia quadrupedem constringi iusserat, quasi recte ac diligenter. Et hoc ipsum non vacat; nam iam ioculariter loqui, et minus irascentis est, et placabilis animi. *Haud ita iussi.*] Eleganter lusit ad ἀμφιβολίαν, et simul ostendit, quam propitius sit Pamphilo pater, et quam facile veniam Davo impetrare possit ab eo: quippe qui iam etiam iocetur. Pamphilus autem dixerat *non iuste*: ille sic respondit, quasi dixerit, *non diligenter vinctus est*. Et *haud ita iussi*: sic enim praeceperat, *Quadrupedem constringito*.

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUINTA.

CHARINUS. PAMPHILUS.

Ch. Proviso quid agat Pámphilus: atque eccum.
Pa. 'Aliquis forsan mé putet
Nón putare hoc vérum: at mihi nunc síc esse hoc verúm lubet.

V. 2. Bentl. *liquet* pro *lubet* ex uno cod. Idem v. 3. *propterea* mutavit in *eapropter*. Aliter hos versus constituit Hermann. Element. Doctr. Metr. p. 176.

Proviso quid agat Pamphilus.] *Haec scena alterum genus Chremeti comparat, ne aut Charinus tristis recedat, aut non provisum videretur Philumenae.* — 1. *Proviso quid agat.*] Hoc colloquium post compendium fabulae inducitur, ut una narratione etiam negotium Charini transigi possit. *Proviso quid agat.*] Dupliciter res ab oculis spectatorum moventur: aut enim futura promittuntur, aut facta narrantur. *Proviso*, duo significat: et provideo et procedo. — 2. *At*

1. *Proviso, quid agat Pamphilus.*] Visum exire ex ae-

'Ego Deorum vítam propterea sémpiternam esse árbitrór,
Quód voluptates eórum propriae sunt: nam mi immortálitas
Párta 'st, si nulla aégritudo huic gaúdio intercésserit.
Séd quem ego mihi potíssimum optem, cuí nunc haec narrém, dari?

V. 6. ante Bentl. erat: *núnc cui haec.* Emendavit ex duobus codicibus. Nam *cui* quia extra ictum est, non potest non elidi.

---

mihi nunc sic esse hoc vérum lubet.] *Sic* delicate pronuntiandum est, et separatim distinguendum. — *At mihi nunc sic esse hoc verum lubet.*] Sensus hic est: alii putent, ut volent; ego autem verum esse confirmo, quod mihi lubet verum credere. — 3. *Ego Deorum vitam propterea sempiternam esse arbitror.*] Omne quod habemus, aut mutuum est, aut proprium. *Mutuum* est quicquid ad tempus habemus, nec postmodum nostrum futurum est, ut uxor, domus, villa, servi, et caetera in hunc modum: *proprium*, ut virtus animi, et bonum sempiternum, quod proprie de Diis dicitur; non enim aliunde venerunt, sed apud se ipsos sunt semper. Et Epicurum secutus hoc dixit. Propriè ergo de Diis *sempiternum* dicitur. Nam inter *sempiternum* et *perpetuum* hoc interest: quod *sempiternum* ad Deos, *perpetuum* proprie ad homines pertinet. *Ego Deorum vitam propterea.*] Hanc sententiam totam *Menandri* de Eunucho transtulit. Et hoc est quod dicitur, *Contaminari non decere fabulas. Ego Deorum vitam.*] Non dixit, quod scit: sed quod verum putet. Et est δόγμα Ἐπικούρειον, quod a caeteris Philosophis repudiatur, de otio Deorum ac perenni voluptate. — 4. *Propriae sunt.*] Perpetuae, sempiternae, quae non sunt accommodatae ad tempus, ac mutuae; sic et supra, *Nihilne esse proprium cuiquam.* — 5. *Si nulla aegritudo huic gaudio intercesserit.*] Scilicet secundum supradictam sententiam, Si propria, inquit, haec fuerit voluptas,

---

dibus *provisere* dicitur. Eun. III. 1. 4. Adelph. V. 6. 1. Plautus, Menaechm. V. 1. 4. Provisam, *quam mox vir meus redeat domum.*

4. *Voluptates propriae.*] Videtur ἐπικουρίζειν. Vide supra IV. 3. 1. et V. 5. 2. — *Nam.*] Transitioni inservit haec particula. Ita Heaut. Prol. 16. Cicero, Fam. XIV. 1. Nam *quid ego de Cicerone dicam?* — *Mihi immortalitas parta 'st.*] Expressio summae felicitatis. Plautus, Merc. III. 4. 18. *Salvos sum*: immortalitatis Mihi data est. Propertius, II. 14. 9. *Quanta ego praeterita collegi gaudia nocte!* Immortalis ero, *si altera talis erit*, ibique intpp.

5. *Aegritudo.*] Dolor animi. Heaut. III. 1. 19. V. 3. 1. Adelph. III. 2. 14. et passim alibi. Cicero, Tusc. III. 10. Ut aegrota-

Ch. Quíd illud gaudi est? *Pa.* Dávom video. némo 'st, quem mallem, ómnium:
Nam húnc scio mea sólide solum gávisurum gaúdia.

Deus sum. — 7. *Quid illud gaudii est?*] In aliis Davi persona infertur. — 8. *Nam hunc scio mea solide solum gavisurum gaudia.*] Ἀγραϊσμός. *Solide solum.*] Figura παρόμοιον.

tio *in corpore*, sic aegritudo *in animo nomen habet*, *non seiunctum a dolore.*

8. *Solide gavisurum gaudia.*] Supra IV. 1. 13. Cicero, Lael. 6. *Quis esset tantus fructus in prosperis rebus, nisi haberes, qui illis aeque ac tu ipse, gauderes?*

ACTUS QUINTUS.

SCENA SEXTA.

DAVUS. PAMPHILUS. CHARINUS.

Da. PÁMPHILUS ubinam hic est? *Pa.* Dave. *Da.* Quís homo 'st? *Pa.* Ego sum. *Da.* O Pámphile.

Vers. 1. Bentl. *Pámphilus ubinamst? P. Hic est, Dave. D. Quis homost? P. Ego sum Pámphilus: Néscis quid mi obtigerit. D. Certe.* partim auctoritate codicum.

Pamphilus ubinam hic est?] *In hoc actu mira arte ea quae restant de comoedia breviter explicantur, et designantur duorum sociorum binae nuptiae.* — 1. *Pamphilus ubinam hic est? P. Dave. D. Quisnam homo est?*] In affectu gaudentis Pamphili, et Davi gratulatione, cognitionem rerum Charino praebuit: cuius per-

Pa. Néscis quid mihi obtigerit. *Da.* Certe: sed quid mi obtigerit, scio.
Pa. Et quidem ego. *Da.* More hóminum evenit, ut quod sim nactus mali,
Prius resciscerés tu, quam ego illud, quód tibi evenit boni.
Pa. Méa Glycerium suós parentes répperit. *Da.* [O] factum bene! *Ch.* Hem! 5
Pa. Páter amicus súmmus nobis. *Da.* Quis? *Pa.* Chremes. *Da.* Narrás probe.

V. 4. Faërnus trochaicum stare putabat abiecto uno *i* ex *illud*. Sed Bentl. correxit: *Prius resciscerés tu, quam ego tibi quod evenit boni*. Cod. Palat. Fabricii *illud* non habet. Idem antea corr. *ut quod sim égo nactus mali*: ut accentus commodius cadant.

V. 5. *O* cum Bemb. aliis delendum.

---

sona parce utitur post compendium. — 2. *Sed quid mihi contigerit, scio.*] *Scio*, id est, persensi. — 3. *More hominum.*] *Hominum* abundat. *More hominum evenit, ut id quod sim nactus mali.*] Quia fama mali celerior, quam boni: id est, ut facilius mala, quam bona nuntientur. Ad hoc ergo dixit, quod ille prior scierit quod esset vinctus, quam ipse cognitam Glycerium cognosceret. — 5. *Mea Glycerium suos parentes repperit.*] Haec ita narrantur Davo, ut eadem opera etiam Charinus audiat. — 6. *Pater amicus summus.*] Haec omnia ut diximus, propter Charinum dicuntur, ut audiat. *Amicus summus.*] Deest

---

3. *More hominum evenit.*] H. e. ita ut fit, vel fieri adsolet. Plautus, Aul. II. 2. 68. *Quia videt, me suam amicitiam velle*; more hominum *facit.* — *Quod sim nactus mali.*] Phorm. III. 3. 10. Nepos, Att. 21. Nactus est morbum, *quem initio et ipse et medici contemserunt.*

5. *O factum bene.*] Formula approbantis et gratulantis; sic mox Vs. 11. Eun. V. 9. 7. Plautus, Pseud. IV. 6. 37. *Bene hercle factum.* Martialis VII. 15. 8. O bene, *quod silva colitur Thynthius ista.*

6. *Narras probe.*] Formula laetantis, et laudantis rem auditam. Eun. V. 3. 7. Hec. IV. 4. 20.

Pa. Nóc mora nlla 'st, quín eam uxorem dúcam. *Ch.* Num ille sómniat
'Ea, quae vigilans vóluit? *Pa.* Tum de púero, *Dave*? *Da.* Ah, désine.
Sólus est, quem díligunt Dí. *Ch.* Sálvos sum, si haec véra sunt.
Cónloquar. *Pa.* Quis homó 'st? [o] Charine, in témpore ipso mi ádvenis.
Ch. Béne factum. *Pa.* Audísti[n']? *Ch.* 'Omnia. age, me in tuis secundis réspice.

V. 7. Bentl. *quín iam uxórem*, ex duobus codd. Idem v. 9. ex suis codd. et vett. editt. *Solus es:* quia hoc non tam infanti convenit, quam patri, cui omnia bona tam repentino contigérunt. Assensus est Ruhnkenius.

V. 10. Bentl. *o* ante *Charine* versus gratia extrusit.

V. 11. Faërnus et Bentl. *Audisti?* metri gratia.

---

sius. — 7. *Num ille somniat ea, quae vigilans voluit?*] Hinc *Virgilius*, *Credimus? an, qui amant, ipsi sibi somnia fingunt.* — 8. *Desine.*] Compendium attulit. — 11. *Bene factum.*] A gratulatione coepit. *Omnia.*] Compendium. *Age, me in tuis secundis respice.*] Haec sunt quae absolute dicuntur: et est commonitio. Sunt enim qui felicitate elati ne respicere quidem velint

---

7. *Num ille somniat ea, quae vigilans voluit?*] Ennius: *Quae in vita usurpant homines, cogitant, curant, vident, Quaeque agunt* vigilantes, *agitantque*, ea *si cui* in somnio *accidunt, Minus mirum est.* Vide Comment. maiorem.

9. *Solus est, quem diligunt Dí.*] Formula praedicandi alterum felicem. Plautus, Bacchid. IV. 7. 8. Quem Dí diligunt, *Adolescens moritur, dum valet, sentit, sapit.*

10. *In tempore ipso.*] H. e. opportune et optato. Supra IV. 4. 44. *per tempus.* Et III. 2. 52. IV. 4. 19. Heaut. II. 3. 123. Hec. IV. 4. 5. Plautus, Poen. V. 3. 19. *Cum huc advenisti hodie* in ipso tempore.

11. *Me in tuis secundis respice.*] Supra IV. 1. 18. Plau-

Túus est nunc Chremés: facturum quaé voles, scio esse ómnia.

Pa. Mémini. atque adeo lóngum 'st nos illum éxpectare, dum éxeat.

Séquere hac me intus ád Glycerium núnc: tu Dave, abí domum:

V. 14. Bentl. *intus apud Glycerium nunc est, tu, Dave, abi domum*, puncto post *me* posito.

---

amicos. *Et respicere* est proprie retro aspicere. Id est, quem praecedis felicitate, non obliviscaris. — 12. *Tuus est nunc Chremes.*] *Lucilius* in secundo, *Nunc praetor tuus est, meu' si discesserit horno Gentilis.* — 13. *Atque adeo longum est nos illum expectare.*] Quia et audacter et artificiose binos amores duorum adolescentium, et binas nuptias in una fabula machinatus est: et id extra praescriptum *Menandri*, cuius comoediam transferebat: idcirco aliud in proscenio, aliud post scenam retulit: ne vel iusto longior fieret, vel in eandem propter rerum similitudinem cogerentur. — 14. *Sequere hac me intus ad Glycerium.*] Iam post scenam itur: quia ulte-

---

tus, Bacchid. III. 6. 14. *Nullus est, quoi non invideant* rem secundam *obtingere.*

12. *Tuus est nunc Chremes.*] H. e. *tibi* faventissimus. Eun. II. 2. 39. V. 9. 10. Phorm. IV. 1. 21. Plautus, Poen. V. 39. *Mi patrue, salve: nam nunc es plane* meus. Cicero, Fam. II. 13. *Iam me Pompeii totum esse scis.* Idem, Mil. 1. *Reliqua vero multitudo, quae quidem civium est, tota nostra est.* Suetonius, Galb. 20. *Quid agitis, commilitones? Ego* vester sum, *et vos mei.* [*Tuus est* i. e. tibi favet. Cic. ad Quint. Fr. II. 1. *Plancius totus noster est.* Ovid. Epist. III. 80. *Haec quoque nostra fuit.* Eun. II. 2. 39. *arbitrantur suam Thaidem esse.* Vid. Burmann. ad Ovid. Trist. IV. 4. 23.]

13. [*Longum est* i. e. nimium temporis elaberetur. Saepe etiam haec formula usurpatur, cum brevitatis causa quaedam praetermittuntur. Ovid. Fast. III. 719. *Sithonas et Scythicos longum enumerare triumphos:* ubi vid. Heinsius. Sic *infinitum est* apud Cic. ad Div. I. 9. Veteres autem fere semper dicunt *longum est*, non *longum foret* vel *esset*, ut hodie loquuntur.]

14. *Sequere hac me intus.*] Varie usurpatur *intus*; no-

Própere arcesse, hinc qui aúferant eam. quíd stas? quid cessás? *Da.* Eo.
Ne éxpectetis, dum éxeant huc: íntus despondébitur;
Intus transigétur, si quid ést, quod restet. Ω Plaúdite.

rius in proscenio nihil agitur. *Tu Dave, abi domum.*] Hi versus, usque ad illum, *Gnatam sibi meam Philumenam uxorem*, negantur *Terentii* esse: adeo ut in pluribus exemplaribus bonis non inferantur. — 16. *Ne expectetis.*] Mire dicit, latenter se laudans: quo verbo avidum adhuc audiendi populum, adeoque cupidum et intentum ostendit, ut finem comoediae evenisse non senserit. — 17. *Intus transigetur, si quid est, quod restet.*] Artificiose poëta hereditatis iustam petitionem ex Critonis persona praetermisit, quae ei Glycerio cognita iure tribuebatur: ne vel parvo rei Critonis tractatu, aut defraudatione Glycerii infuscaretur finis fabulae, ad laetum exitum spectans. *Si quid est, quod restet.*] Quia narratione dignum non est, quod Charinus rogat. — *Aelii Donati* V. C. *Oratoris Urbis Romae, Comment. in Terenti Andriam explicit.*

---

tans non tantum in loco, uti mox Vs. 16. et 17. sed et motum de loco. Plautus, Pseud. II. 2. 10. *Ostium pulsabo, atque* intus *evocabo aliquem foras.* et ad locum, notans *intro.* uti h. l. et Lucretius VI. 22. *Omnia cernebat, quaecumque receperat* intus. Quanquam aliter cepit et praecepit Lucilius, apud Charis. Lib. I. *Nam velut* intro *aliud longe esse atque* intus *videmus, Sic et* apud te *longe aliud est, neque idem valet* ad te. Intro *nos vocat* ad sese, *tenet* intus apud se.

15. *Quid stas?*] Formula increpandi hominem lentum. Eun. III. 2. 6. Heaut. II. 3. 9. IV. 7. 3.

17. Ω.] De hac nota vide Comment. nostrum maiorem, et quae Bentleius ad h. l. notavit. — *Plaudite.*] Hac voce spectatores dimittebantur. Pronunciabantur autem vel a grege histrionum, vel ab ea persona, quae prodibat in scenam. Plaudebant autem spectatores complosis manibus, significaturi, fabulam placuisse. Vide Brisson. Form. Lib. VIII. Quandoque *Valete et Plaudite*, quandoque *Plausum clarum date*, quandoque aliter dictum, uti e Plautinis comoediis patet. [Bentleius ex Horat. Art. Poët. v. 154. sq. colligit, cantoris fuisse, quum actores omnes ex scena abirent, exclamare *Plaudite.* Itaque illud Ω ex male intellecta cantoris nota CA. ortum suspicatur.]

ASHMOLEAN
OXFORD

P. TERENTII
AFRI
COMOEDIAE
SEX,
CUM INTERPRETATIONE
DONATI ET CALPHURNII,
ET
COMMENTARIO PERPETUO.
IN USUM STUDIOSAE IUVENTUTIS
EDIDIT
ARN. HENR. WESTERHOVIUS.

ACCESSERUNT VARIAE LECTIONES EXEMPLI BENTLEIANI, NOTATIO METRICA, SELECTA RUHNKENII ANNOTATIO.

EDI CURAVIT
GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. II.
EUNUCHUS.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

ASHMOLEAN
OXFORD
MUSEUM

P. TERENTII EUNUCHUS.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS, L. POSTUMIO ALBINO, L. CORNELIO MERULA AEDILIBUS CURULIBUS. EGERE L. AMBIVIUS TURPIO, L. ATILIUS PRAENESTINUS TIBIIS DUABUS DEXTRIS. GRAECA MENANDRU. ACTA II. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDI M. VALERIO, C. FANNIO COSS.

PERSONAE.

Prologus.

Phaedria, adolescens, amator Thaidis.
Parmeno, servus Phaedriae.
Thais, meretrix.
Gnatho, parasitus Thrasonis.
Chaerea, adolescens, amator Pamphilae.
Thraso, miles, rivalis Phaedriae.
Pythias, ancilla Thaidis.
Chremes, adolescens, frater Pamphilae.
Antipho, adolescens.
Dorias, ancilla Thaidis.
Dorus, eunuchus.
Sanga, Centurio.
Sophrona, nutrix Pamphilae.
Laches, senex, pater Phaedriae et Chaereae.

Personae mutae:

Strato, Elephantis Indicis praefectus.
Simalio, *Donax*, } Ordinum ductores.
Syriscus, Ordinum ductor.
Sannio, servus atriensis.
Pamphila, adolescentula.

C. SULPITII APOLLINARIS

PERIOCHA

IN TERENTII EUNUCHUM.

Sororem falso dictitatam Thaidis,
Id ipsum ignorans, miles advexit Thraso,
Ipsique donat; erat haec civis Attica.
Eidem Eunuchum, quem emerat, tradi iubet
Thaidis amator Phaedria, ac rus ipse abit,
Thrasoni oratus biduum concederet.
Ephebus frater Phaedriae puellulam
Cum deperiret, domo missam Thaidi,
Ornatu Eunuchi induitur: suadet Parmeno:
Introiit: vitiat virginem: sed Atticus
Civis repertus frater eius, conlocat
Vitiatam ephebo, Phaedriam exorat Thraso.

AELII DONATI,

V. C. ORATORIS URBIS ROMAE,

PRAEFATIO IN EUNUCHUM TERENTII.

Haec masculini generis nomine nuncupata Fabula est, *Eunuchus:* et est Palliata Menandri vetus: quam ille auctor de facto adolescentis, qui se pro Eunucho deduci ad meretricem passus est, nominavit. Itaque ex magna parte motoria est. Atque in hac comoedia, qui personam Parmenonis actor sustinet, primas habet partes. Secundae sunt Chaereae. Tertiae Phaedriam spectant. Huius Prologus sane est concitatior. Nam et obiecit crimina adversantibus: et comminatur in posterum: et accusatorie narrat iniuriam Terentio factam: et ad ultimum tumultuose, et cum magna invidia defendit Poëtam. Haec et *πρόταϭιν* et *ἐπίταϭιν* et *καταϭτροφὴν* ita aequales habet, ut nusquam dicas longitudine operis Terentium delassatum dormitasse. Actus sane implicatiores sunt in ea, et qui non facile a parum doctis distingui possint: ideo quia tenendi spectatoris causa vult Poëta noster omnes quinque Actus velut unum fieri, ne respiret quodammodo: atque distincta alicubi continuatione suc-

cedentium rerum, ante aulea sublata fastidiosus spectator exsurgat. Acta plane est ludis Megalensibus, L. Posthumio, L. Cornelio Aedilibus curulibus: etiam tunc personatis L. Numidio Posthumio, L. Ambivio Turpione: item modulante Flacco Claudio tibiis dextra et sinistra ob iocularia, multa permixta gravitate. Et acta est tanto successu ac plausu atque suffragio, ut rursus esset vendita, et ageretur iterum pro nova: proque ea pretium, quod nulli ante ipsam fabulam contigit, octo millibus sestertium numerarent Poëtae. Proverbia multa saepe pronuntiata, et cantica saepe mutatis modis exhibita sunt. *Προσατικὸν πρόσωπον* nusquam habet: sed suis tantum personis utitur. In hac Terentius delectat facetiis, prodest exemplis: et vitia hominum paulo mordacius, quam in caeteris carpit. Exempla autem morum hic tria praecipua proponuntur, urbani scilicet, parasiti, et militaris. Haec edita tertium est, et pronunciata: *Terentii Eunuchus:* quippe iam adulta commendatione Poëtae, ac meritis ingenii notioribus populo. Facta autem ex duabus Graecis una est Latina. Nam ex *Eunucho* et *Colace*, Menandri fabulis, haec *Eunuchus* Terentiana scripta est, non sine crimine, quod multa in hanc translata sint ex multis Poëtis Latinis; quod totum per Prologum purgat atque defendit.

M. ANTONII MURETI

ARGUMENTUM.

Civis quidam Atheniensium filiam, cui Pamphilae, et filium, cui Chremeti nomen erat, habuit; ex iis Pamphilam adhuc infantulam praedones rapuere e Sunio, et mercatori cuidam Rhodio vendidere: qui Rhodum advectam meretrici, quam amabat, dono dedit. Haec acceptam puellam pari cura ac studio, cum Thaide filia coepit educere: nemo ut esset, qui non utramque ex ipsa genitam esse arbitraretur. Thais, quae grandiuscula erat, quum ad eam aetatem pervenisset, ut viris placere posset, maternam, ut fit, vivendi rationem insecuta, cum hospite quodam Athenas venit, qui eam postea moriens haeredem reliquit. Interea miles, Thraso nomine, ad eam adiecit animum: quumque cum ea per aliquod tempus consuevisset, in Cariam profectus est. Thaidis mater per eos dies vitam morte commutaverat, fraterque ipsius Pamphilam venalem proposuerat, sperans eam, quod et formosa esset, et fidibus sciret, praeclare a se venditum

iri. Forte accidit, ut eo ipso tempore Thaidis amator miles esset Rhodi: qui, harum omnium rerum inscius, Pamphilam emit, ut esset, quod amicae, Athenas reversus, dono daret. Thais, profecto milite, aliam conditionem quaesierat, adiunxeratque sibi Phaedriam, adolescentem Atheniensem, Lachetis filium. Inaudiverat interim etiam aliquid de Pamphila; iamque cum fratre ipsius Chremete aliquoties collocuta, eo pervenerat, ut non dubiis indiciis intelligeret, sororem illius esse, quae secum in maternis aedibus educata foret. Summopere cupiebat igitur occasionem sibi aliquam dari, qua Pamphilam suis restitueret, eodemque facto et puellam summo afficeret beneficio, et propinquorum illius amicitia fortunas constabiliret suas. Redit miles: sed quum cognosset de amore Phaedriae, puellam se, nisi eo repulso, daturum negat. Thais, quid ageret, nescire: nam et Phaedriam amabat ex animo, et Pamphilae recipiendae gratia quidvis sibi faciendum putabat: tandem, quum speraret, se postea facile consilium suum ei ipsi, cuius animum offenderat, probaturam; Phaedriam, ut militi gratificaretur, excludit. Postridie arcessito ei, atque aegre ferenti, tandem se purgat, multisque precibus ab eo impetrat, ut, per biduum, priores partes habere Thrasonem sineret: ubi primum eripuisset puellam, nihil sibi cum illo amplius fore. Phaedria, ut huius bidui molestiam aequiore animo ferret, rus sibi abeundum esse statuit: itaque abiens mandat Parmenoni, ut eunuchum et Aethiopissam ad Thaidem, cui eos emerat, duceret. Pamphilam, quum ex aedibus Thrasonis ad Thaidem deduceretur, conspicatus in via Phaedriae frater natu minor Chaerea, ita eius amore flagrare coepit, nihil ut pensi haberet, dum ea potiretur: neque prius conquievit, quam, eius rei causa, ad Thaidem pro eunucho deductus est. Quid plura? Thaide ad coenam cum milite profecta, virgini a Chaerea per vim vitium offertur. Turbae undique mirabiles, donec, tota re patefacta, Thais a Lachete in fidem et clientelam recipitur. Chaerea agnitam Pamphilam ducit uxorem. Thraso diu illusus, tandem in amoris meretricii partem, Gnathonis parasiti opera, admittitur.

PUBLII TERENTII

CARTHAGINIENSIS

EUNUCHUS.

PROLOGUS.

Si quisquam est, qui placére se studeát bonis
Quam plúrimis, et minime multos laédere,

Vers. 1. Bentl. ex Priscian. *studeant*, quia alioquin *in his* inepte subsequatur. Quasi vero non sexcenties post *si quis* et *si ullus* pluralis numerus pronominum inferatur.

DONATUS.

Si quisquam est, qui placere.] Attendenda Poëtae copia, quod in tot Prologis de eadem causa, ibidem fere sententiis, variis verbis utitur. *Bonis quam plurimis.*] Commendat personam. —

COMMENTARIUS.

1. *Placere se.*] Πλεονάζει τὸ *se*. Vide And. IV. 5. 2. [Rationem constructionis nuper plures explicare conati sunt. v. Kritz. ad Sallust Catil. I. in. Nobis ita videtur de hac causa statuendum: accusativus cum infinitivo sicubi post huiusmodi verba inferatur, sententiam a verbo primario suspensam paullo gravius enuntiari; ubi altera illa et vulgaris locum obtineat constructio, actionis obiectum cum persona ipsa arctius copulari ideoque minus graviter notari. St.]

2. *Minime multos laedere.*] Vult igitur Poëta ita placere bonis, ut tamen malos minime laedat. Per *multos* enim *malos* intelligit. Accius: Bonis *probatum potius*, *quam* multis *fore*. Cicero,

In his Poëta hic nómen profitetúr suum.
Tum sí quis est, qui díctum in se incleméntius
Exístimabit ésse, sic exístimet:
Respónsum, non dictum ésse, quia laesít prior,
Qui béne vertendo, et eás describendó male,

V. 5. Bentl. corr. *existimarit.* Non opus. Idem v. 7. cum codd. nonnullis, in quibus est Bembinus, *et eadem scribendo male ex.* Nam *bene vertere*, inquit, est fideliter vertere. ex Graeco: id ipsum *bene vertere* est *male Latine scribere.* Bene. Idem *Ex* ad hunc versum retulit, quia id elisa E pronuntiari non potuerit X.

---

2. *Et minime multos laedere.*] Ἀστεῖστον πρῶτον. — 3. *In his Poëta hic nomen profitetur suum.*] Cum dixisset, *quisquam*, intulit, *in his*; et alibi, *Cuius mos maxime est consimilis vestrum, hi se ad vos applicant.* — 4. *Tum si quis.*] Bene, *si quis:* cum *L. Lavinium* significet, ne vel ipsum a se laesum esse fateretur. Et *Tum*, praeterea: ut, *Tum canit Hesperidum. Inclementius.*] Pro *inclementer*, ut, *Iam senior, sed cruda Deo viridisque senectus.* — 5. *Existimet.*] Pro *existimavit.* — 6. *Responsum, non dictum esse.*] Deest *si*, ut in Phormione, *Si quis quid reddit, magna habenda est gratia.* — *Non dictum esse.*] Superius *dictum*, participium est: inferius, nomen. A quo etiam *dicaces* dicuntur, qui iocosis salibus maledicunt. *Responsum, non dictum esse.*] Figura κλοιή; nam *dictum*, modo bis numero positum, supra nomen significat, infra participium, ut in Heautont. *In quem quidvis harum rerum convenit, quae sunt dicta in stultum.* — 7. *Qui bene vertendo.*] *Bene*, pro valde. Et *vertendo*, in linguam Latinam transferendo. *Plautus, Vertit barbare.* Aut *vertendo.*] corrum-

---

de Rep. VI. *Et vero in dissensione civili, quum boni plus quam multi valent.* Vide Comment. maiorem.

3. *Nomen profitetur.*] Locutio vel a militibus vel a candidatis translata. Cicero, Fam. X. 31. *Et me* profiteor *inimicum.* Suetonius, Aug. 4. Ner. 31. Gellius, V. 9.

4. *Dictum in se inclementius.*] H. e. gravius. Plautus, Amph. II. 2. 110. *Iterum iam hic* in me inclementer dicit. Rud. I. 2. 26. *Qui* inclementer dicat homini *libero.* Liv. IX. 34.

6. *Responsum, non dictum.*] Phorm. Prol. 14. — *Laesit prior.*] Quinctilianus, Instit. VI. 3. *Salse dicant in eum, quicquid aliquid* dixerit prior.

7. *Bene vertendo, et eas describendo male.*] Sensus est: ita bene vertit is, qui bene se vertisse iactat, ut interim male descripserit, i. e. actoribus personas non ex lege Comica dederit, atque

Ex Graecis bonis Latinas fecit non bonas.
Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.

V. 9. Bentl. *Item ut Men.* etc. colo post *bonas* posito, hoc sensu: *similiter ac Phasma dedit, ex bona Graeca Latinam non bonam.* Vulgatum defendit Hermannus Diputat. *de Bentl. edit. Terentii* p. 9.

---

pendo. — 9. *Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.*] Τὸ αὐτὸ apparet pronuntiatum, quasi hoc ipso admonuerit spectatorem, quam turpiter et imperite haec Fabula scripta sit. Et bene, *nunc nuper:* ut ex vicinitate facti ostendat, nihil esse dicendum, quam displicuerit haec Comoedia *L. Lavinii*: propterea quod res recens sit, et omnes meminerint. *Phasma* autem, nomen est Fabulae *Menandri:* in qua noverca superducta adolescenti, virginem, quam ex vicino quodam conceperat, furtim eductam, cum haberet in latebris apud vicinum proximum, hoc modo secum habebat assidue, nullo conscio. Parietem, qui medius inter domum mariti ac vicini fuerat, ita perfodit, ut in ipso transitu sacrum locum esse simularet. Cumque transitum intenderet sertis ac fronde felici, rem divinam saepe faciens, evocabat ad se virginem. Quod cum animadvertisset adolescens, primum aspectu pulchrae virginis velut numinis visu perculsus exhorruit: unde *Phasma* est nomen Fabulae. Deinde paulatim re cognita, exarsit in amorem puellae: ita ut remedium tantae cupiditatis, nisi ex nuptiis, non reperiretur. Ita ex commodo matris ac virginis, et ex voto amatoris, consensuque patris, nuptiarum celebratione finem accipit Fabula. Utrum ergo hoc dicat, quod totam Fabulam transferendo, laeserit *L. Lavinius:* an hoc tantum, de quo reprehendat, sed his signis velit ostendere, quem dicat vitiosa *Thesaurum* composuisse; ut in *Thesauro* sit culpa, non in *Phasmate? Nunc nuper dedit.*] *Nuper* ex illis verbis est, quae veteres propter ambiguitatem cum adiectione proferebant; nam nisi adderet *nunc*, hoc *nuper*, olim, pridem, et iam significasset. *Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.*] Hanc Fabulam totam damnat, ut apparet, silentio: *The-*

---

adeo ex Graecis bonis Latinas fecerit non bonas. *Describere* enim distribuere est. Cicero, Catil. I. 4. Descripsisti *urbis partes ad incendia.* Eadem fere sensu scribit Suetonius, Ner. 39. *Quod Nauplii mala* bene cantaret, *sua bona* male disponeret. [Bentleius ex antiquis libris edidit *Qui bene vertendo et easdem scribendo male.* Sensus hic est: Lavinius Luscus bene nimis et fideliter verbum e verbo vertendo easdem male scripsit i. e. malus scriptor Latinus fuit servili illa industria. Bentleianam rationem probat Gesnerus in Thes. L. L. v. *describo.*]

9. *Idem Menandri Phasma nunc nuper dedit.*] Id pro exemplo adfert, q. d. Inde apparet, quam bene solitus sit vertere vetus Poëta. Vide Donatum.

Atque in Thesauro scripsit, causam dicere
Prius, unde petitur, aurum quare sit suum,
Quam ille qui petit, unde is sit thesaurus sibi;
Aut unde in patrium monumentum pervenerit.

V. 12. Bentl. metri causa corr. *Quam illic qui petit, unde is sit thesaurus sibi.*

---

saurum vero non totum, sed ex uno loco. — 10. *Atque in Thesauro scripsit, causam dicere.*] *Thesaurum* Latini veteres secundum Graecos sine *n* litera proferebant. *Atque in Thensauro scripsit, causam dicere.*] Arguit *Terentius* quod *Luscius* contra consuetudinem litigantium, defensionem ante accusationem induxerit. Huiusmodi enim est *Luscii* argumentum: Adolescens, qui rem familiarem ad nequitiam prodegerat, servum mittit ad patris monumentum, quod senex sibi vivus magnis opibus apparaverat, ut id aperiret, illaturus epulas, quas pater post annum decimum caverat sibi inferri. Sed eum agrum, in quo monumentum erat, senex quidam avarus ab adolescente emerat. Servus ad aperiendum monumentum auxilio usus senis, Thesaurum cum epistola ibidem reperit. Senex Thesaurum tanquam a se per tumultum hostilem illic defossum retinet, et sibi vindicat. Adolescens iudicem capit: apud quem prior senex, qui aurum retinet, causam suam sic agit: *Athenienses; bellum cum Rhodiensibus Quod fuerit, quid ego hic praedicem?* et caetera. Quae contra naturam iurisque consuetudinem posita argumenta notat *Terentius:* quod ille ordo potior erat, ut adolescens prior proponeret causam, qui petitor inducitur. — 11. *Prius, unde petitur aurum.*] *Unde*, a quo. *Virgilius, Genus unde Latinum.* Nam possessorem fecit priorem agere, quam petitorem: quod abhorret a consuetudine et iuris et litium. — 12. *Quam ille qui petit.*] Deest *dicat. Qui petit.*] Id est, petitor. *Quam ille qui petit.*] Esset recta locutio, si diceret, *quam petitorem*: aut, *quam illum qui petit.* Sed *quam ille* maluit: ut subaudiamus, *causam dicat,*

---

10. *In Thesauro scripsit.*] Hoc alterum exemplum fabulae male descriptae. Rem explicat Donatus. Huius fabulae meminit Plautus, Trin. Prol. 18. *Huic nomen Graece est THESAURO fabulae. Philemo scripsit, Plautus vertit barbare. Nomen TRINUMMO fecit. Causam dicere prius.*] Vide Ciceronem, Orat. pro P. Quinct. c. 2.

11. *Unde petitur.*] Uti Ictis actor est, *qui petit*, ita reus, *unde petitur.* Cicero, Mur. 12. *Quid huic tam loquaciter litigioso responderet ille*, unde petebatur, *non habebat.* Livius, I. 33. *Unde res repetuntur.* Valet autem *unde*, a quo. Gronov. Observ. IV. 12. et mox ad Vs. 26. [Ridetur in poëta ignorantia ordinis iudiciorum. Nam actor prius causam dicebat: tum reus, qui respondebat.]

12. *Patrium monumentum.*] Mos prisci seculi, thesauros

Dehinc, né frustretur ípsè se, aut sic cógitet,
Défúnctus iam sum, níhil est quod dicát mihi. 15
Is ne érret moneo, et désinat lacéssere.
Habeo ália multa, quaé nunc condonábitur;

V. 17. Bentl. ex codd. *núnc quae cond.* Recte. Nam *nunc*, quia opponitur *post*, ictu notandum fuit.

---

per ἐυθύγραμμα a superiore figuratum. — 14. *Dehinc.*] Si loquatur. *Ne frustretur ipse se.*] Παρὰ προσδοκίαν dicitur: sed post addit, *Aut sic cogitet.*] Si tacuerit. — 15. *Defunctus iam sum.*] Σχῆμα διανοίας, ἀφορμὴ. id est, omni labore liberatus sum, auctoritate iam confirmata et inviolabili. *Defunctus iam sum.*] Id est, iam egi fabulas meas: aut iam destiti periclitari in edendis Comoediis: aut certe, iam edidi quam tu reprehendis fabulam. *Defunctus iam sum: nihil est quod dicat mihi.*] Non sit, inquit, de suis vitiis securus propter vetustatem, nihilominus enim a me reprehendetur. — 16. *Is ne erret moneo.*] Σχῆμα, ἐπιτίμησις. — 17. *Quae nunc condonabitur.*] Sic in Phormione, *Argentum quod habes, condonamus te.* Nam et *dono* ablativo casui iungebant

---

in monumentis sepelire. Vide Lindenbrochium ad h. l. et Kirchmannum de Funer. Rom. III. 24. Ad hunc morem respexit Plautus, Pseud. I. 4. 19. ubi Pseudolus de sene divite ait: *Ex hoc sepulcro vetere viginti minas Effodiam ego hodie, quas dem herili filio.*

15. *Defunctus iam sum.*] H. e. iam hoc negotio liberatus sum, nihil amplius mihi ab illo metuendum est. Qui rem peregit, quique proinde ea est liberatus, *defunctus* et *perfunctus* dicitur. Adelph. III. 4. 62. Phorm. V. 8. 82. Cicero, Fam. VIII. 1. *Hoc mendacio, si qua pericula tibi impenderent, ut* defungeremur. Iustinus, I. 5. *Defunctus somnio.* h. e. liberatus illis malis, quae somnio portendi videbantur. Suetonius, Ner. 40. Defunctus *fatalibus malis.* Unde qui omnes aerumnas sibi divinitus destinatas est perpessus, simpliciter *defunctus* dicitur. [Plura Drakenb. ad Liv. II. 35. R.]

17. *Quae nunc condonabitur.*] Optume constat sensus horum verborum, si ita ordinentur, ut illa, *nunc condonabitur, de παρεσπάσει* dicta sint. Scilicet dicturus erat, *Habeo alia multa, quae proferentur post*, sed ubi iam dixisset, *Habeo alia multa, quae* — post exiguam moram interlicit, *nunc condonabitur*, atque ita repetito pronomine *quae*, mox addit, *Quae proferentur post, si perges laedere.* Similis intermissio est And. Prol. 22. et 23. [Fallitur. *Quae nunc condonabitur* recte dictum. *Condonatur hanc rem* etiam C. Fronto notavit. Sed audi Ruhnkenium. *Quae nunc condonabitur* i. e. quorum venia nunc illi dabitur. Notanda est rarissima constructio, quam bene tuetur Rivius ad h. l. *Condonare* construitur cum duplici accusativo perso-

Quae próferentur póst, si perget laédere
Ita, ut fácere instituit. Quám nunc acturi sumus
Menándri Eunuchum, póstquam Aediles émerunt,
Perfécit, sibi ut inspíciundi esset cópia.
Magistrátus cum ibi adésset, occeptá 'st agi.
Exelámat, Furem, nón Poëtam, fábulam
Dedísse, et nihil dedísse verborúm tamen:

V. 22. Bentl. ex tribus codd. *adessent*, quia aediles intelligantur. Non opus. Et praestantiores libri habent *adesset*.

---

veteres, *condono* vero accusativo. — 19. *Quam nunc acturi sumus.*] Obliqua narratio facti est, secundum casum accusativum. — 20. *Postquam Aediles emerunt.*] Mire, cum ordo melior videretur, si sic diceret: *Postquam Aediles emerunt, quam nunc acturi sumus, perfecit, sibi ut inspiciundi esset copia.* *Emerunt* autem, mediam corripe. ut *Matri longa decem tulerunt fastidia menses.* — 21. *Perfecit.*] Mire, quasi difficile et illicitum. — 23. *Exclamat, furem, non Poëtam.*] Mire reprehendit ante vitium, quam de causa maledicti dicat. *Exclamat furem, non Poëtam.*] Adhuc nulla reprehensio est: siquidem licet transferre de Graeco in Latinum. — 24. *Et nihil dedisse ver-*

---

nae et rei. Phorm. V. 8. 54. *argentum, quod habes, condonamus te.* Iam ut recte dicimus *docere aliquem philosophiam*, sic etiam recte dicitur *condono illos argentum* et *condonatur argentum.*]

19. *Instituit.*] H. e. incepit. Phorm. IV. 2. 14. Vide omnino Burmannum Quinct. ad Instit. Orat. I. 5. — *Quam nunc acturi sumus.*] Plautus, Mil. II. 1. 6. *Comoediai*, quam modo acturi sumus, *Et argumentum, et nomen vobis eloquar.*

20. *Aediles.*] Scilicet hi etiam ludis scenicis praefecti erant. Unde coram iis privatim Comoediae agebantur, prius quam agerentur publice. Vide Comment. maiorem.

21. *Inspiciundi.*] H. e. accuratius cognoscendi et examinandi. Martialis, VI. 82. *Quidam me modo, Rufe, diligenter* Inspectum, *velut emtor, aut lanista, Cum vultu digitoque subnotasset.* [Cic. pro Caecin. c. 21. *si arma militis inspicienda sint, ita probet armatum.* Iustin. II. 15. *legatos mittunt ad inspiciendam rem.*]

22. *Magistratus.*] Veteres promiscue et de singulis viris, qui praesunt reip., et de integro eorum collegio, *Magistratus* sing. num. dicebant. Vide Gronov. ad Liv. XXXIV. 61. Graev. ad Iust. II. 10. 13. Bynkersh. Observ. I. 18. Interpp. ad Liv. XXXIV. 61.

23. *Fabulam dedisse.*] Proprie de poëta. Heaut. Prol. 33. Sed et *dare* est publice exhibere. Hec. Alt. Prol. 32.

24. *Nihil dedisse verborum tamen.*] Id velle videtur

Colacem ésse Naevî et Plaúti veterem fábulam:
Parasíti personam inde ablatam et militis.
Si id ést peccatum, péccatum imprudéntia 'st
Poëtae: non qui fúrtum facere stúduerit.
Id ita ésse, vos iam iúdicare péteritis.
Colax Menandri est: ín ea est parasítus Colax;
Et Miles gloriósus: eas se nón negat.

V. 25. Bentl. coni. *Colacem ésse nempe, Plauti veterem fábulam.* Infelicem coniecturam appellat Hermannus l. c., qui tuetur librorum lectionem.

V. 28. Bentl. *nón quo f.* ex codd. Idem vera. 31. legit: *eas se hic non negat.* Sed vide ad Prolog. Andriae v. 13.

---

borum tamen.] Aut neminem fefellisse: aut nihil apposuisse de suo. *Et nihil dedisse verborum tamen.*] Aut neminem fefellisse: *dare* enim *verba*, decipere est. Quia qui rem exspectat, et nihil praeter verba invenit, deceptus est, unde alibi, *Verba istaec sunt.* Et e contrario, *Rem cum videas, censeas.* Aut aliter: nihil addidisse de stilo suo *Terentium.* — 26. *Parasiti personam inde ablatam.*] Et hoc mire. non versus obiicit, sed personam esse translatam. Quid stultius aut calumniosius dici potest? — 27. *Peccatum imprudentia 'st.*] Id est ignorantia: ut, *imprudens harum rerum;* non enim stultitia. *Si id est peccatum, peccatum imprudentia 'st Poëtae.*] Primo negat peccatum, deinde concedit et purgat. *Imprudentia.*] Ignorantia, non imperitia. *Si id est peccatum.*] *Illevi.* Nam *peccatum* superius, nomen est: et sequens, participium. Et primo negat peccatum, deinde, si peccatum est, purgat id ipsum veniali qualitate ab imprudentiae partibus. —

---

vetus malevolus poëta, Terentium ita plagium commisisse, ut in manifesto furto deprehensus sit, nec sibi verba dare potuerit.

25. *Plauti.*] Ex Colace Plautina unum illud fertur: *Basiolam auream octo pondo habebat; accipere noluit.*

26. *Parasiti.*] Vox origine prava, sed posteriore usu infamis. Παράσιτοι olim dicti, qui epulis sacris adhibebantur, quorum peculiaris erat magistratus, teste Athenaeo, V. 5. De recentiorum tribus generibus vide infra II. 2. 13. — *Inde.*] e Colace scilicet: adverbia loci eleganter pro relativis pronominibus usurpantur. Infra II. 3. 30. III. 5. 36. Phorm. II. 2. 19.

28. *Furtum facere.*] Plautus, Bacchid. I. 2. 60. *Aedepol feciste furtum in aetatem malum.*

Persónas transtulísse in Eunuchúm suam
Ex Graéca; sed eas fábulas factás prius
Latínas, scisse sése, id vero pérnegat.
Quod sí personis iísdem uti aliis nón licet:
Quî mágis licet, currántes Servos scríbere,
Bonás Matronas fácere, Meretrícis malas,
Parasítum edacem, Glóriosum Mílitem,
Puerúm supponi, fálli per Servúm Senem,
Amáre, odisse, súspicari? dénique

V. 35. Hermannus l. c. ex codd. corrigit: *Quodsi personis iisdem huic uti non licet, Qui magis licet currentem servum scribere?*

---

32. *In Eunuchum suam.*] Ad fabulam, non ad hominem retulit, ut *Virgilius, Centauro invehitur magna.* — 37. *Bonas matronas.*] Ut Natisistratam. *Meretrices malas.*] Ut Thaidem atque Bacchidem. Sic est in Heautont. *Scortari crebro nolunt, noluns crebro convivarier.* Et artificiose ostendit omnem materiam Comicorum. — 38. *Parasitum.*] Ut Gnathonem. *Gloriosum militem.*] Ut Thrasonem. *Gloriosum militem.*] *Facere* subauditur. — 39. *Falli per servum senem.*] Ut Demeam et Simonem. — 40. *Amare, odisse, suspicari?*] Mire a personis ad gesta cum varietate transitum fecit. Omne enim quod in orationem venit, vel persona, vel factum est. *Odisse.*] Quia *odere* non est Latinum. —

---

32. *Transtulisse.*] And. Prol. 14. — *In Eunuchum suam.*] Poterat et *suum* dixisse, neque ad fabulam retulisse. Iuvenalis, I. 6. *Scriptus et in tergo necdum finitus Orestes.*

23. *Eas fabulas.*] Mire, quum de *Colace* tantum sermo fuerit, nisi aliam *Naevi et Plauti*, aliam *Menandri Colacem* intellexit; et de Menandri illa prius Latine facta ignorare se negavit. Consule Comment. maiorem. [Imo intelligit Terentius Menandri Colacem et Eunuchum. St.]

35. *Currentes servos.*] De eiusmodi servis vide Heautont. Prol. 31. Adelph. III. 2. 56. Phorm. I. 3. 25. Plaut. Poen. III. 1. 20. Ferme autem easdem fabularum personas iunxit Ovidius, Amor. I. 15. 17. *Dum fallax servus, durus pater, improba lena, Vivent, dum meretrix blanda, Menandros erit.*

37. *Facere.*] H. e. repraesentare, fingere, inducere. Plautus, Bacchid. Grex. 3. *Neque adeo haec* faceremus, *ni antehac vidissimus* fieri, *Ut apud lenones rivales filiis* fierent *patres.*

40. *Amare, odisse, suspicari.*] Haec maxime referuntur ad iuvenes, quorum hae in fabulis partes sunt. Vide infra I. 1. 15.

Nullum ést iam dictum, quód non dictum sít prius.
Quare aéquum est vos cognóscere, atque ignóscere,
Quae véteres factitárunt, si faciúnt novi.
Date óperam, [et] cum siléntio animadvértite,
Ut pérnoscatis, quíd sibi Eunuchús velit. 45

V. 41. Bentl. corrigit: *dictum quod non sit prius*, collato v. 27. Idem vers. 44. dedit *animum attendite* pro *animadvertite*. Sic complures codd. mss. Praeterea Hermannus ex codd. *ét* deleri iubet, ut dictum sit ἀσυνδέτως pro: *date operam, ut attendatis animum*. Contulit ille hanc in rem Phorm. Prol. 30. Eunuch. II, 2, 50. ibid. II, 3, 71.

---

41. *Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.*] *Σχῆμα λόγου, πλοκή.* Nam *dictum*, bis positum, ut superius *peccatum*, diversa significat. — 42. *Quare aequum est vos cognoscere, atque ignoscere.*] *Σχῆμα λόγου, παρόμοιον.* — 43. *Quae veteres factitarunt, si faciunt novi.*] Et varie dixit, *factitarunt* et *faciunt*, et cum magna defensione *Terentii*, semel facientis id quod saepe veteres. — 44. *Animadvertite.*] Nos ἐλλειπτικῶς dicimus *advertite*, quod veteres plene, *animum advertite*. — 45. *Quid sibi Eunuchus velit.*] Ἀρχαϊσμός, *velit sibi*, ut alibi, *Nam proh Deum atque hominum fidem, quid vis tibi, aut quid quaeris?*

---

41. *Nullum est iam dictum, quod non dictum sit prius.*] Laudat hunc versum Hieronymus in Commentario ad Ecclesiasten, cap. 1. Illa vero *iam* et *prius* emphasi non carent, idemque valent, quod *nunc* et *olim*. Infra II. 2. 15. Horatius, Carm. II. 4. 2. Prius *insolentem Serva Briseïs niveo colore Movit Achillem*. Unde et *priores* dicti maiores. Phaed. IV. 19. 16.

44. *Date operam.*] Locutio a foro Romano petita. Iudices enim causam attentius considerantes proprie *operam dare* dicebantur. Cicero, Verr. II. 29. *M. Petilium, equitem Romanum, quem habebas in consilio, iubet* operam dare, *quod rei privatae iudex esset*. Vide Brisson. de Form. Lib. V. Hinc de quibusvis diligentius rem agentibus dicitur. Sed et alteri *operam dare* dicimur, quando eius negotia curamus. Infra II. 2. 50. — *Cum silentio animadvertite.*] Heaut. Prol. Alt. 21. et 47. Phorm. Prol. 31. Plautus, Trin. Prol. 22. *Valete, adeste* cum silentio.

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

PHAEDRIA. PARMENO.

Ph. Quid igitur faciam? non eam? ne nunc quidem,
Cum arcessor ultro? an potius ita me comparem,
Non perpeti meretricum contumelias?

Quid igitur faciam?] *In hac προτάσει exemplum proponitur, quam non suae potestatis sit, qui amat: quam sapiat, qui non amat, neque aliter affectus est.* — 1. *Quid igitur faciam?*] *Διαλογισμὸς, σχῆμα διανοίας.* Apparet et multa tacitum cogitasse adolescentem, et tandem in haec verba prorupisse. *Igitur*, pro deinde. Ut *Plautus* in Amphitruone: *Sin aliter sient animati, neque dent, quae petat: Sese igitur summa vi virisque eorum oppidum expugnassere.* — *Quid igitur faciam?*] *Μενανδρ, εἶνα τί ποιήσω;* Sic *Virgilius*, *Heu quid agam?* Et est *διαλογισμὸς* perditae mentis, post multam frustra cogitationem. *Non eam, ne nunc quidem.*] Hoc videtur non esse contrarium: sed est. Nam dubitat, utrum meretricis satisfactionem expectet, an illam omnino non quaerat. *Non eam, ne nunc quidem.*] *Non eam, Probus* distinguit. Iungunt qui secundum *Menandri* exemplum legunt. — 2. *Comparem.*] Constituam, ut, *Quam inique comparatum est.* — 3. *Non perpeti meretricum*

1. *Quid igitur faciam?*] Formula dubitantis, quid consilii capiendum sit in re ambigua. Hec. IV. 1. 1. Laudat hunc locum Cicero, Nat. Deor. III. 29. et Quinctilianus, Instit. Orat. IX. 2. et 4. Horatius integrum expressit, Serm. II. 3. 260. seqq. Persius, Sat. V. 172. In eandem sententiam Dido dixit apud Virg. Aen. IV. 534. *En, quid agam? rursusne procos irrisa priores Experiar? Nomadumque petam connubia supplex? Quos ego sum toties iam dedignata maritos.*

2. *Me comparem.*] H. e. instituam, parem. Infra II. 2. 9. Hec. I. 1. 11. Ovidius, Metam. VI. 613. *in omne nefas ego* me, *germana*, paravi. [Observes praeterea infinitivum *non perpeti* post *ita me comparem* per epexegesin subiectum.]

3. *Meretricum.*] Invidiose de una Thaide dictum. And. III. 3. 26. Virgilius, Aen. II. 155. *Vos arae, ensesque nefandi.*

Exclúsit: revocat. rédeam? non, si me óbsecret.
Pa. **Si quidem hércle possis, níhil prius, neque fórtius:**
Verúm si incipies, néque pertendes náviter:
Atque ibi pati non póteris, cum nemo éxpetet,

contumelias?] Sic in Andria, *Priusquam harum scelera et lacrumae confictae dolis.* Cum uni sit iratus, de omnibus queritur. — 4. *Exclusit: revocat.*] Utrumque iniuriam fecit ex verbo, dicendo, *Exclusit* potius, quam *non admisit.* et, *revocat* potius, quam *petit ut redeam*, quod erat moderatius. — *Redeam? non, si me obsecret.*] Vides ergo superiorem partem dubitationis in eo fuisse, ut rogatus rediret: inferiorem, ut ne rogatus quidem. *Non, si me obsecret.*] Bene de ea, quae totum proterve agens *exclusit* et *revocat*, non petat, nec roget, nec oret, sed *obsecret*, inquit: quod horum omnium in maiorem partem est ultimum. — 5. *Si quidem hercle possis.*] *Διαλογισμὸς* quasi ad alterum: ut, ---- *nescis heu, perdita, necdum Laomedonteae sentis periuria gentis.* — *Nihil prius, neque fortius.*] Deest, *est*, ut, *Multum ille et terris iactatus et alto.* Et *prius* modo ad laudem, non ad ordinem pertinet, ut *Sallustius, Quae prima mortales ducunt.* Et ipse in Heaut. *Et suavia quae essent, prima habere.* — 6. *Naviter.*] A *navi* ductum,

---

4. *Exclusit.*] H. e. intrare in suas aedes vetuit. Cicero, Catil. I. 4. Exclusi *eos, quos tu mane ad me salutatum miseras.* Suetonius, Oth. 3. *Ipsum etiam* exclusisse *quondam pro foribus stantem.* [Proprium verbum in re meretricia. Quinctil. Decl. XV. p. 308. *postquam nihil miseratio, nihil proficiebat humanitas, tentavit asperitate discutere, poposcit; exclusit.* Vid. quae annotavimus ad Xenoph. Mem. III. 11. 18.] — *Revocat.*] Ovidius, Remed. 519. *Ianua forte patet, quamvis* revocabere, *transi.* — *Non si.*] *Si* post *non* valet *etiamsi.* Heaut. III. 1. 43. Cicero, Fam. XI. 10. Non, si *Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem.* Virgilius, Aen. V. 17. non, si *mihi Iupiter auctor Spondeat, hoc sperem Italiam contingere cvelo.*

6. *Pertendes.*] Heaut. V. 5. 9. Propertius, III. 15. 17. *Quod si* pertendens *animo vestita cubaris, Scissa veste meas experiere manus.* Est autem *pertendere* rem arduam ad exitum perducere; et *pertendit*, qui tendere non desinit. Eodem sensu dixit Ovidius, Arte Am. I. 689. *Aut non tentaris, aut* perfice. — *Naviter.*] Uti a *γενναῖος* est *gnavus* et *navus*, ita *γενναίως* valet *gnaviter, naviter.* Errat Donatus.

7. *Pati non poteris.*] H. e. durare. Hec. I. 2. 108. Ovidius, Metam. X. 25. Posse pati *volui: nec me tentasse negabo.* [*Pati* nullo adiecto nominis casu est obdurare, sustinere, graec. *καρτερεῖν*,

Infécta pace, ultro ád eam venies, indicans
Te amáre, et ferre nón posse: actum est! ílicet!
Perísti! eludet, úbi te victum sénserit.
Proin tú, dum est tempus, étiam atque etiam cógita,
Here, quaé res in se néque consilium, néque modum

V. 11. Bentl. *atque etiam hoc cogita, Here, quae res in se* etc. ut infra IV. 6, 21.

---

a qua in alto nullum diversorium est. — 8. *Infecta pace.*] Ἔμφασις per μεταφοράν. — *Indicans te amare.*] Non verbis indicans; ut alibi, *Ibi tum exanimatus Pamphilus Bene dissimulatum amorem et celatum indicat.* — 9. *Actum est! ilicet! peristi!*] De iure translatum. *Actum est*, ad *Ultro ad eam venies*, relatum est: *Ilicet*, ad *Indicans te amare: Peristi*, ad *Ferre non posse.* — *Ilicet.*] Semper in fine transactae rei ponitur. *Peristi.*] Ἔκτροπή. *Ilicet.*] De iudicio. *Peristi.*] De supplicio. — 10. *Eludet.*] *Eludere* proprie gladiatorum est, cum vicerint. *Cicero, Quam diu etiam furor iste tuus eludet? Eludere* est finem ludo imponere. — 11. *Proin tú.*] Ut *exin* et *exinde*, sic *proin* et *proinde* dicitur. — 12. *Here. quae res.*] Concessum est in Palliata poëtis comicis, servos dominis sapientiores fingere: quod idem in Togata non

---

quam verbi potestatem illustrarunt viri summi Grotius ad Lucan. V. 314. et Gronov. ad Senec. Thyest. v. 470. Hec. I. 2. 108. *ubi non quis pati.* Heaut. IV. 5. 13. *non possum pati, quin tibi caput demulceam.* Mox v. 9. pro eo dicit *ferre non posse.*] — *Nemo.*] H. e. nulla. Sensus est, quum Thais te non expetet. Plautus, Cas. II. 2. 12. *Nam vicinam* neminem *amo merito magis, quam te.*

8. *Ultro.*] Vide And. I. 1. 73.

9. *Ferre non posse.*] Idem est quod, *pati non posse*, dicitur-que vel absolute, vel subaudita voce *desiderium.* Cicero, Fam. XIV. 4. *Conficior lacrumis, sic ut* ferre non possim. — *Actum est. ilicet.*] Formulae comicae in rebus desperatis. Usi veteres vel in iudiciis, sententia iam pronunciata, vel in funeribus efferendis. Vide Donat. ad Phorm. I. 4. 31. Servium ad Aen. II. 424. Plautus, Pseud. I. 1, 83. *Actum hodie de me est.*

10. *Eludet.*] Gladiatores ictum, vitantes seu arte seu dolo, proprie *eludere* eum dicebantur. Unde et decipere, et irridere notat. Phorm. V. 6. 45. — *Victum.*] Proprie. Infra I. 2. 98. Virgilius, Aen. IV. 370. *Num lacrumas* victus *dedit?*

11. *Tempus.*] Occasio. And. III. 3. 24. Plautus, Bacchid. IV. 4. 25. *An nesciebas, quam eiusmodi homini raro* tempus *se daret?* — *Etiam atque etiam.*] H. e. iterum iterumque, probe. Plautus, Trin. III. 2. 48. *Sed te moneo, hoc* etiam atque etiam *ut reputes.*

Habet úllum, eam consílio regere nón potes.
In amóre haec omnia ínsunt vitia: iniúriae,
Suspíciones, ínimicitiae, indúciae,
Bellúm, pax rursum. Incérta haec si tu póstules
Ratióne certa fácere, nihilo plús agas,
Quam sí des operam, ut cúm ratione insánias.
Et quód nunc tute técum iratus cógitas,
Egone íllam? quae illum? quaé me? quae non? síne modo,

V. 13. Bentl. corr. *eam rem cónsilio r. n. p.*, ut versus nascatur melior.

V. 17. monet Bentl. *certa* esse accusativum pluralem, conferens Horat. Sermon. II. 3, 270.

---

ferre licet. — 13. *Eam consilio regere non potes.*] Nunc domino servus est sapientior: quia nec amator, nec amans. Ut idem in Andria, *Facile omnes, cum valemus, recta consilia aegrotis damus.* — 14. *In amore haec omnia insunt vitia.*] Duae praepositiones, *in amore insunt.* — 15. *Induciae.*] *Induciae* sunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium praebeant. — 16. *Pax rursum.*] Bene, ut consolaretur, ultimam partem posuit. *Haec si tu postules.*] Id est, si velis, vel coneris. — 17. *Nihilo plus agas.*] Id est, nihil agas. — 19. *Et quod nunc.*] Pro *quae:* ut sit consequens, *haec verba.* Sic in Andria, *Quod plerique omnes faciunt adolescentuli, Horum ille nihil egregie.* — 20. *Egone illam? quae illum? quae me?*] Familiaris ἔλλειψις irascentibus, nam singula sic complentur, *Egone illam non ulciscar? quae illum recepit? quae exclusit me? quae non admisit?* Etenim necesse habet, nec potest complere ora-

---

13. *Consilio regere.*] Livius III. 11. *Quippe quae non* consilio regenda; *sed permissa temeritati audaciaeque esset.*

14. *In amore insunt.*] Ita Adelph. V. 3. 35. Plautus, Merc. Prol. 18. *Nam amorem haec cuncta vitia sectari solent, Cura, aegritudo, nimiaque elegantia.* Laudat hunc locum Cicero, Tusc. IV. 35. Adde Burm. ad Quinctil. Instit. Orat. II. 17. Et Cic. Manil. 22.

15. *Induciae.*] Varias huius vocis origines refert Gellius I. 25.

18. *Cum ratione insanias.*] Vide And. Prol. 17.

19. *Tecum cogitas.*] Ita Eun. IV. 2. 8. Adelph. V. 8. 22. Idem est *cogitare in animo.* Adelph. I. 1. 5. V. 3. 32. et, *cum animo.* Adelph. III. 4. 55.

20. *Egone illam?*] Priscianus, Instit. Lib. XVII. has ἐλλεί-

Morí me malim: séntiet, qui vír siem:
Haec vérba, una mehércle falsa lacrúmula,
Quam oculós terendo misere, vix vi exprésserit,
Restínguet: et te ultro áccusabit: ét dabis [ei]

V. 22. corr. Bentl. *Haec vérba ea und mehércle* etc. ut *mehercle* sit *disyllabon.*

V. 23. *misera* legit sublata interpunctione. Eleganter. Probat etiam Ruhnken.

V. 24. Bentl. *ei* post *ultro* interposuit. Schopen. l. c. p. 8. ex Ioann. Sarisber. Policrat. p. 374. legendum docet *et ei dabis.* Pro vulg. *accusabis* Faërnus et Bentl. ex codd. *accusabit.*

---

tionem, qui et secum loquitur, et dolore vexatur. Nam amat ἀνοσιώσηστν nimia indignatio, ut *Virgilius, Quos ego! sed motos praestat componere fluctus.* — 22. *Haec verba.*] *Verba* ἐμφατικῶς dixit, quae scilicet nihil effectura sint. *Mehercle una falsa lacrymula, quam oculos terendo misere, vix vi expresserit.*] Expressio ad αὔξησιν ducens. Et non *vera*, sed *falsa:* et non *lacruma*, sed *lacrymula:* et non *ultro flens*, sed *oculos terendo:* et non *facile*, sed *vi:* et non, *exstillarit*, sed *expresserit;* sic *Virgilius, Captique dolis lacrymisque coactis.* — 23. *Quam oculos terendo misere, vix vi expresserit.*] Totum sensum verbis significantibus protulit: ut, *Stridenti miserum stipula disperdere*

φεις ita supplet: *Egone illam digner adventu meo? quae illum praeposuit mihi? quae me sprevit? quae non suscepit heri?* — *Sine modo.*] Formula comminandi. Infra IV. 6. 1. Hec. IV. 4. 85.

21. *Mori me malim.*] Vide infra IV. 7. 2. Phorm. V. 7. 63. Plautus, Asin. IV. 2. 1. *Egon' haec patiar? aut taceam?* emori Me malim. — *Sentiet, qui vir siem.*] Formula comminandi. Cicero, Catil. II. 12. Sentiet, *in hac urbe esse Coss. vigilantes.* Ovidius, Metam. XIII. 864. Sentiet, *esse mihi tanto pro corpore vires.* Phaedrus, V. 2. 9. *iam curabo*, sentiat. [V. Duker. ad Flor. III. 2. Drakenb. ad Sil. Ital. XII. v. 27. Ruhnk. ad h. l.]

22. *Falsa lacrumula.*] Contra, Quinctilianus, Declam. CCCXLII. *Quam* veras lacrumas *profudit?*

23. *Oculos terendo.*] Suetonius, de Clar. Rhet. cap. 5. Par oculorum *in amicitia M. Antonii Triumviri* extrisse *se aiebat.* — *Vix vi expresserit.*] Ita Ovidius, Metam. VI. 628. *Invitique oculi lacrumis maduere coactis.* Iuvenalis, Sat. XIII. 133. *Vexare oculos humore coacto.*

24. *Restinguet.*] Phorm. V. 7. 82. — *Accusabis.*] H. e. culpabis, reprehendes. Hec. II. 1. 8. IV. 4. 95. — *Dabis ei ultro supplicium.*] H. e. poenas satis facies ei. Plautus, Epid. V.

Ultró supplicium. *Ph.* O indignum facinus! nunc ego

Et illam scelestam esse, et me miserum, sentio:
Et taedet: et amore ardeo: et prudens, sciens,
Vivus, videnque pereo: nec quid agam, scio.
***Ph.* Quid agas? nisi ut te redimas captum quam queas**

carmen. Et: *Una dolo divûm si femina victa duorum est.* — 25. *Nunc ego et illam.*] *Nunc*, id est, sero, ut *Virgil. Nunc scio quid sit amor.* Et, *Nunc augur Apollo, Nunc Lyciae sortes.* — 27. *Et prudens, sciens.*] *Prudens* est, qui intelligentia sua aliquid sentit. *Sciens*, qui alicuius indicio rem cognoscit. Ergo *prudens*, per sese: *sciens*, per alios. — 28. *Vivus, videnque pereo.*] Mire et nove, *vivus pereo*: et propterea sic dixit, ut intelligamus, *occidor*: et *vivus*, quasi sapiens et sentiens. *Vivus videnque pereo.*] Bene addidit *videns*; nam *vivus* perit, qui etiam dormiens opprimitur: *videns* autem, qui vigilans vim patitur et perit. Nam *videre* pro vigilare posuit, ut etiam *Virgilius*, quum de silentio dicit, ---- *iamque videnti Sanguineis frontem moris et tempora pingit.* Ergo *vivus*, non mortuus: *videns*, non dormiens. — 29. *Captum.*] *Sallustius, Sin captus pravis cupidinibus.* — *Quam queas minimo.*] Perseverat in translatione, quam iamdudum sumpsit a bello.

---

2. 59. *Nunquam, hercle, hodie, nisi* supplicium mihi das, *me solvi sinam.*

25. *O indignum facinus.*] Plautus, Menaechm. V. 7. 15. *O facinus indignum et malum:* — *Nunc.*] Ita *nunc demum*, Heaut. II. 3. 12. [Laudat Ruhnken. Burmannum ad Petron. c. 44. p. 210.]

27. *Amore ardeo.*] Ita Virgilius, Aen. IV. *Ardet amans Dido.* — *Prudens, sciens.*] Formulae speciem habet. Cicero, Orat. pro Marcello c. 5. Prudens et sciens *tanquam ad interitum ruerem voluntarium.* Fam. VI. 6. *Ut in fabulis Amphiaraus, sic ego* prudens et sciens *ad pestem ante oculos positam sum profectus.* Ad Attic. X. 9. Contrarium est Heaut. IV. 1. 19.

28. *Vivus videnque.*] Cicero, Orat. pro Sext. 27. Vivus, *ut aiunt, est*, videnque. [*Vivus videnque* est locutio proverbialis, quae fluxit e graec. ζῶν καὶ βλέπων. Vid. Lambin. ad Lucret. III. 1059.]

29. *Redimas captum quam queas minimo.*] Plautus, Epid. II. 2. 110. *Quanti emi potest minimo?* Dixit vero *captum*, uti Simo de Pamphilo, And. I. 1. 55. *Certe captus est.* Metaphora translata ab iis, qui in hostium potestatem venerunt.

Minimó: si nequeas paúlulo, at quantí queas:
Et né te afflictes. *Ph.* **Ítane suades?** *Pa.* **Sí sapis:**
Neque, praéterquam quas ípse amor moléstias
Habet, áddas: et illas, quás habet, recté feras.
Sed ecca ípsa egreditur, nóstri fundi cálamitas.
Nam quód nos capere opórtet, haec intércipit.

V. 34. *ecca* primam corripit, monente Bentl.

— 31. *Si sapis.*] Id est, si sapias. Ad inferiora iungendum est: nam aliter non intelligitur. — 34. *Nostri fundi calamitas.*] Proprie *calamitatem* rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est, culmum ac segetem. — 35. *Intercipit.*] Proprie, quasi totum capit. *Plautus* in Aulularia, *Quae mihi interbibere sola, si vino scateat, Corinthiensem fontem et Pyrenaeum potest.*

34. *Nostri fundi calamitas.*] Allegoria elegans. Amator autem *fundus* dictus, quod instar fructuosissimi praedii plurima funderet. Plautus, Truc. V. 2. 15. *Solus summam habet hic apud nos. Nunc is est* fundus *nobis.* Donati interpretationem vocis *calamitas* contra Nannium, περὶ τῆς καλαμάτας, id est, de *locusta* accipientem, tuetur I. Fr. Gronovius, Observ. III. 9. [Locutio translata est a re rustica. Nam *calamitas* proprie est grando, quae calamos frangit. Cic. Verr. III. 98. *Annona pretium, nisi in calamitate fructuum, non habet.* Inde transfertur ad alia damna. Sic Verres apud Cic. Verr. II. 37. *Calamitas Siculorum* dicitur et Verr. I. 38. comparatur *calamitosae tempestati.*]

35. *Capere.*] Reditus annui seu vectigalium, seu patrimonii *capi* proprie dicuntur. Cicero, Paradox. VI. 3. Capit *ille ex suis praediis sexcenta sestertia; ego centena ex meis.* Suetonius, de Illustr. Gramm. c. 23. *Nec sufficeret sumtibus, quanquam ex schola quadragena annua* caperet. — *Intercipit.*] Quod capitur priusquam eo quo destinatum erat pervenerit, proprie *intercipi* dicitur. Plautus, Pseud. II. 4. 26. *Epistolam modo hanc* intercepi. Ovidius, Metam. VIII. 290. de apro: *Cererem in spicis* intercipit. Et rursus de sue, Metam. XV. 111. *Spemque* interceperit *anni.*

ACTUS PRIMUS.

SCENA SECUNDA.

THAIS. PHAEDRIA. PARMENO.

Th. Miserám me! vereor ne illud gravius Phaédria
Tulerít, neve aliorsum, átque ego feci, accéperit,
Quod heri intromissus nón est. *Ph.* Totus, Pármeno,
Tremo hórreoque, póstquam adspexi hanc. *Pa.* Bóno animo es:
Accéde ad ignem huno, iám calesces plús satis.

1. *Miseram me* etc., *neve aliorsum.*] *Aliorsum*, in aliam partem: ut *seorsum*, *retrorsum*, dicitur. — 3. *Quod heri intromissus non est.*] Haec levius, ut de facto suo loquens. At Phaedria, *Exclusit*, *revocat*, inquit, *redeam? non*, *si me obsecret.* — 4. *Tremo horreoque.*] Ex amore nimio. Nimius ignis effectum frigoris reddit: et ex frigore nimio effectus ignis existit: secundum illud quod Physici aiunt. Hinc et *Virgilius*, *Aut Boreae penetrabile frigus adurat.* — *Trema horreoque*, *postquam adspexi hanc.*] Natura magni caloris etiam horrorem incutit, ut nimiae febres. — 5. *Accede ad ignem hunc.*] Potius

1. *Gravius tulerit.*] Ita And. I. 2. 20. Hec. II. 2. 19.

2. *Aliorsum acceperit.*] H. e. in contrariam partem interpretatus sit. Heaut. II. 3. 23. Ita Plautus Aul. II. 4. 8. *Aliorsum dixeram.*

3. *Totus tremo horreoque.*] Metaphora a febri desumta, quae quando cum intensissimo frigore accedit, *horror* vocatur. Celsus III. 3. *Frigus voco*, *ubi extremae partes membrorum inalgescunt*; horrorem, *ubi* totum *corpus* intremit. Unde qui algent, *horrere* dicuntur. Iuvenalis, Sat. I. 93. horrenti *tunicam non reddere servo.* Sed et *tremere* et *tremor*, *horrere* et *horror* de summo pavore usurpantur. Plautus, Mil. IV. 6. 57. *Viden' us* tremuit, *atque extimuit*, *postquam te adspexit?* Virgilius, Aen. III. 29. *Mihi frigidus* horror *Membra quatit.* — *Bono animo es.*] Plautus Asin. III. 3. 48. Bono animo es, *ne formida.*

5. *Accede ad ignem hunc.*] Citat Quinctilianus, Instit.

Th. Quis hic lóquitur? ehem, tun' hic eras, mi Phaédria?
Quid hic stábas? cur non récta introibas? *Pa.* Caéterum
De exclúsione vérbum nullum. *Th.* Quíd taces?
Ph. Sané, quia vero hae míhi patent sempér fores:
Aut quía sum apud te prímus. *Th.* Missa istaéc face.

V. 6. Bentl. ex codd. *tun' hic eras.* Vett. editt. *tun' eras hic, mi Phaedria.*

---

ignem meretricem accipimus, quam aram Apollinis: vel quia amator uritur, ut *Virgilius*, *At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas*; vel quia avida et avara est, ut ignis alimentorum. *Iam calesces plus satis.*] Nove, sed intelligitur *quam*, id est, plus aequo, ut alibi, *Quam ne quid in illum iratus plus satis faxit pater.* Hoc quidam putant; at mihi de his videtur esse, quae a veteribus geminabantur: ut, *plerique omnes*, hoc est, omnes: et, *pleraque omnia*, id est, omnia; sic et, *plus satis*, pro satis. — 6. *Quis hic loquitur?*] Non imperite intelligunt, qui existimant meretricem etiam hoc simulare, quod non providerit Phaedriam. Nam et personae et dictis eius caeteris hoc convenit: et tunc erunt gratiora omnia, quae supra dixit. — 7. *Cur non recta introibas?*] Quasi parum fuerit *introibas*, satis mire additum *recta*. — 8. *De exclusione verbum nullum.*] Plus admirationis est, nec accusationi, nec satisfactioni locum reliquisse meretricem, callide dissimulata iniuria. *Quid taces?*] Et hoc callide: quasi innocens ne suspicetur quidem, quid suocenseat adolescens. — 9. *Sane, quia vero hae mihi patent semper fores.*] Tolle, *sane* et *vero*, et pronuntiandi adiumenta vultumque dicentis: et in verbis non negatio, sed confessio esse credatur. Nam *vero* ironiae convenit; ut *Virgilius*, *Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis.* — 10. *Aut quia sum apud te primus.*] Duo dixit quae doleat: et quia clausae fores, et quia posterior habetur, praelato milite. *Aut quia sum apud te primus.*] Subauditur,

---

Orat. III. 8. Recte explicat Donatus; cum quod solet iocari Parmeno in re seria; sic infra III. 8. 86. tum quod amantes vocare *ignes* amicas suas solebant. Ovidius, Heroid. XVI. 102. *Ardebam, quamvis hinc procul* ignis *erat*, ubi v. Heins.

7. *Quid hic stabas?*] Formula invitandi in aedes. Genes. XXIV. 31. Plautus, Menaechm. II. 3. 11. *Animule mi, mihi mira videntur*, Hic te stare foris, *fores quoi pateant.*

10. *Missa istaec face.*] Plautus, Trin. V. 2. 44. *Ut ea missa faciat omnia.*

Ph. Quid missa? o Thais, Thais, utinam esset mihi
Pars aéqua amoris técum, ac pariter fieret;
Ut aút hoc tibi doléret itidem, ut mihi dolet;
Aut égo istuc abs te fáctum nihili pénderem.
Th. Ne crúcia te, obsecro, ánime mi, mi Phaédria.
Non pól, quo quemquam plús amem, aut plus díligam,

Non recta introivi. Missa istaec face.] Alia dissimulatio, et durior post admonitionem. Sed bene intelligit, qui hoc a meretrice ridente molliter, et osculum porrigente dici accipit. — 11. *Quid missa?*] Magna virtus poëtae est, non sententias solum de consuetudine ac de medio tollere, et ponere in comoedia: verum etiam verba quaedam ex communi sermone, quale est quod ait nunc, *Quid missa? Utinam esset mihi pars aequa amoris tecum.*] Vel amandi, vel non amandi scilicet. — 12. *Ac pariter fieret.*] *Pariter*, similiter. *Sallustius*, *Cui nisi pariter obviam iretur.* — 13. *Ut aut hoc tibi doleret itidem, ut mihi dolet.*] Si ambo amaremus. — 15. *Ne crucia te, obsecro, anime mi.*] *Mi* vocativus est, ab eo quod est *meus*. Vide quam familiariter hoc idem repetit blandimentum. Vult enim *Terentius* velut peculiare verbum hoc esse Thaidis; ideo totiens dictum est, *Tune hic eras, mi Phaedria? Ne crucia te, obsecro, anime mi, mi Phaedria. Ne crucia te.*] Haec nisi amplectens adolescentem mulier dixerit, videbitur, *ne crucia te*, sine affectu dicere. Sed sic dicet, *ne crucia te*, eo gestu, quasi in eo etiam ipsa crucietur: nam ideo subiecit, *anime mi*, hoc est, animus meus. — 16. *Non pol, quo quemquam plus amem.*] Hoc totum nimis blande, et cum contrectatione ado-

---

12. *Pars aequa amoris.*] H. e. aequalis. Virgilius, Aeneid. IV. 520. *Si quod* non aequo *foedere amantes Curae numen habet.* Ovidius, Heroid. XV. 163. *Quoniam* non *ignibus* aequis *ureris.* [*Utinam esset mihi* etc. i. e. utinam aequalis et mutuus noster amor esset. Ovid. Epist. XV. 163. *quoniam non ignibus aequis Ureris.* *Aequus* est aequalis. Vid. Burmann. ad Lucan. V. 727. et ad Virg. Aen. IV. 520. Constructione similis est locus Vell. Paterc. II. 31. *essetque ei imperium aequum in omnibus provinciis cum proconsulibus.*]

16. *Plus amem, aut plus diligam.*] Id vult, se et maxime delectari Phaedria, et eum prae reliquis amatoribus praecipuum habere. Vide Comment. maiorem. [*Quo* pro quod, quoniam. Cic. pro Rosc. Am. c. 18. *Neque ego haec profero, quo conferenda sint cum hisce.* Liv. XL. 26. *Vim morbi in causa esse, quo serius perficeretur.* ubi vid. Interpretes. *Eo* est *ideo*. Heaut. III. 2. 43. *Neque eo nunc dico, quo quicquam illum senserim.*]

Eo féci: sed ita erát res: faciendúm fuit.
Pa. Credo, út fit, misera prae ámore exclusti húnc foras.
Th. Siccíne ais, Parmeno? áge! sed huc qua grátia
Te arcéssi iussi, auscúlta. *Ph.* Fiat. *Th.* Díc mihi
Hoc primum, potin' est híc tacere? *Pa.* Egone? óptume.
Verum heús tu, hac lege tíbi meam adstringó fidem:

V. 19. Faërn. et Bentl. *Sicine agis*, ex codd.

---

lescentis, dicit meretrix. — 17. *Faciendum fuit.*] Legendum, faciendum, scribendum, totum hoc semper necessitati adiungitur. *Virgil. Aut pacem Troiano ab rege petendum.* Et alibi, *Arma acri facienda viro.* — 18. *Credo, ut fit, misera prae amore exclusti hunc foras.*] Oratorie ac facete additum, *misera.* Et cum illa a derivatione causae argumentetur, mire a Parmenone correpta est, verisimile non esse, ut quis, quem amet, eundem possit excludere. *Exclusti hunc foras.*] Παρὰ προσδοκίαν intulit, intuens puellam, et ei ostendens Phaedriam: ut ostendat quam falsa et repugnantia loquatur meretrix. — 19. *Age.*] Corripientis est modo *age*, non hortantis adverbium. — 20. *Te arcessi iussi.*] Hoc est, quod supra ait, *Non eam, ne nunc quidem, cum arcessor ultro? Dic mihi.*] Meretricia calliditate commendat, quae dictura est. — 21. *Egone? optume.*] Bene; non expectavit servus, ut pro se dominus responderet Thaidi. — 22. *Verum heus tu.*] Astute servus reponit Thaidi vicem. Nam illa ut magnum voluit expectari, quod dictura est, iste ut falsum contemnit. *Meam adstringo fidem.*] Fidem

---

17. *Ita res erat.*] H. e. res ita exigebat. Plautus, Menaechm. V. 1. 37. *Ut veniat ad me.* Ita rem esse *dicito.*

18. *Exclusti.*] Supra I. 1. 4. [*Ut fit* i. e. fieri solet. Liv. IV. 52. *Pestilentem annum inopia frugum, ut plerumque fit, excepit.* Vid. Drakenb. ad Liv. VI. 34. 5.]

19. [*Sicine agis.*] Hac formula utuntur, qui aegre ferunt quod dicitur et indignantur. Infra IV. 7. 34. Adelph. I. 2. 48.]

21. *Potin' est hic tacere.*] Videtur vereri, ne sit servus futilis et garrulus. Ita Phorm. I. 2. 9. Plautus, Poen. IV. 2. 53. *Quasi tu tacere quidquam potis sis.*

22. *Tibi meam adstringo fidem.*] Contrarium est And. IV. 1. 19. *Solvisti fidem.*

Quae véra audivi, táceo, et contineo óptume;
Sin fálsum, aut vanum, aut fictum est, continuó palam 'st.
Plenús rimarum sum, hác atque illac pérfluo.
Proin tú, taceri sí vis, vera dícito.

V. 24. Bentl. corr. *Sin falsum audierim ac fictum* etc. quia *aut* postulet ut diversa enumerentur. Nimirum quae ipse Bentleius non diversa esse sensit, ea servus tanquam diversa enumerat, vim verborum suorum aucturus.

V. 25. corrigit *perpluo*. Nam *liquor* in vase *perfluit*: *vas* ipsum sive

---

promitto: quia *vincula fidei* dicuntur. — 23. *Quae vera audivi, taceo.*] Mire vicem Parmeno reddidit meretrici. Nam ut servum difficile est tacere commissa: ita meretricem rarum est vera dicere. *Quae vera audivi.*] Figura παραπαυσή. *Contineo optume.*] Proprie a metaphora vasorum transtulit verba. — 24. *Sin falsum, aut vanum, aut fictum est, continuo palam est.*] *Falsum* est, quo tegitur id quod factum est. *Vanum*, quod fieri non potest. *Fictum*, quod non est factum, et fieri potuit. Vel *falsum*, est fictum mendacium simile veritati. *Vanum*, nec possibile, nec verisimile. *Fictum* totum sine vero, sed verisimile. *Falsum* loqui, mendacis est: *Fictum*, callidi: *Vanum*, stulti. *Falsum* loqui, culpae est. *Fictum*, virtutis. *Vanum*, vecordiae. *Falsis* decipimur: *Fictis* delectamur: *Vana* contemnimus. — 25. *Plenus rimarum sum.*] Vilis atque abiecta [Bentl. corr. *Vernilis atque faceta*] translatio, et apta ad meretricem loquenti. Translata autem est ab aquario vase fictili. *Hac atque illac perfluo.*] Contra, *Contineo optume.* — 26. *Proin tu, taceri si vis, vera dicito.*] Utrum te taceri, aut tuum dictum? an impersonaliter, et

---

[23. *Contineo* i. e. custodio, ne proferantur; reticeo. Cic. de Orat. I. 47. *Petimus ab Antonio, ut ea quae conticet, neque adhuc protulit, explicet nobis.* A vasis, unde nihil effluat, metaphoram esse bene vidit Donatus. Vid. Vavassor de vi et usu quorund. verb. p. 511.]

24. *Palam est.*] Suetonius, Ner. 7. *Ut de Claudio* palam factum est. Liv. I. 41.

[25. *Plenus rimarum sum.* Continuat metaphoram a vasis desumtam. Sic Horat. Serm. II. 6. 46. *Et quae rimosa bene deponuntur in aure.* Pro *perfluo* Bentleius legit *perpluo*, sed elegans est vulgata scriptura. Nam *fluere* non solum liquor dicitur, sed et alia. Sic apud Liv. I. 59. *Cultrum cruore manantem*, apud Ovid. Met. VI. 312. *Lacrimas etiamnum marmora manant.* Vid. Gronov. et Ernest. ad Taciti Ann. II. 23.].

26. *Vera dicito.*] Plautus, Casin. II. 3. 17. *Vera dicas velim.*

Th. Samiá mihi mater fúit: ea habitabát Rhodi.
Pa. Potést taceri hoc. *Th.* Ibi tum matri párvolam
Puéllam dono quídam mercatór dedit,
Ex Attica hinc abréptam. *Ph.* Civemne? *Th.* Arbitror:

domus *perpluit.* Plaut. Mostell. I. 2, 30. Trinum. II. 2, 41. Quint. Inst. VI. 3.

V. 28. *Tum ibi*, codices Bentleii cum aliis. Recte, opinor. Ita in *tum ibi* non eliditur, quia *tum* ictum habet.

---

infinito modo? — 27. *Samia mihi mater fuit.*] Puduit dicere Thaidem, *Meretrix mihi matar fuit*, quod tamen significavit, dicendo aliunde civem alibi habitasse. Nam ideo meretrices *peregrinae* dictae sunt in comoediis, ut in Andria, *Adeon' est demens? ex peregrina?* — 28. *Potest taceri hoc.*] Id est, verisimile est. Nec *hoc* ad laudem proficit, sed ad dedecus meretricis. *Potest taceri hoc.*] Hoc, peregrinam nasci meretricem. Et ideo potest verum videri. — 29. *Puellam dono quidam.*] Aetas et sexus amoris causa sunt, cur eam Thais puellam diligat. *Puellam dono quidam mercator dedit.*] Propter hoc ostendit meretricem fuisse matrem: et dono ideo accipere puellam potuisse. — 30. *Ex Attica hinc abreptam.*] Quia Athenis est constituta scena. *Arbitror.*] Bene *arbitror*, et nihil certi. Quando enim ausurus esset Parmeno adornare Chaeream ad

---

27. *Samia mihi mater fuit.*] De situ insulae Sami ita Apuleius, Florid. Lib. II. Samos *Icario in mari modica insula est, exadversum Mileto, ad occidentem eius sita, nec ab ea multo pelagi dispescitur.* — *Ea habitabat Rhodi.*] Carpathii maris insula est *Rhodus*, vicina Samo. Lucilius, Sat. incerta: Rhodos *Carpathium in pelagus se inclinat aperte.* Et: *Carpathium mare transvectus coenabis* Rhodi. Male autem audiebant mulieres peregrinae, solae habitantes. Unde et Thais h. l. tacite innuit, matrem suam fuisse meretricem. Plautus, Bacchid. III. 68. *Mn. Ubi ea mulier habitat? Ly. Hic. Mn. Unde eam esse aiunt? Ly. Ex Samo.* [*Rhodi* pro *in Rhodo.* Nam nomina insularum et regionum saepe construuntur ut nomina urbium. Virg. Aen. III. 162. *Aut Cretae iussit considere.* Iustin. XXXIX. 4. *Nec filium regno expulisse contenta, bello Cypri exsulantem persequitur.* Val. Max. IV. 1. *Filios suos Aegypti occiso esse cognovit.* Vossius de Constr. c. 25. p. 402.]

28. *Potest taceri hoc.*] Quinctilianus, Declam. III. 10. *Hoc exemplum in neutram partem* potest taceri.

Certúm non scimus; mátris nomen ét patris
Dicébat ipsa: pátriam et signa caétera
Neque scíbat, neque per aétatem etiam pótuerat.
Mercátor hoc addébat, e praedónibus,
Unde émerat, se audísse, abreptam e Súnio. 35
Matér ubi accepit, coépit studiose ómnia
Docére, educere, íta uti si esset fília.

V. 33. Bentl. *etiam potis erat:* quia *potuerat* post *scibat* non recte inferatur. Sed probum est plusquamperfectum neque iusta destitutum ratione.

V. 37. Libri *educare*, quod emend. Faërnus ac Bentleius.

---

vitiandum hanc virginem, si praescisset civem esse? — 31. *Matris nomen et patris dicebat ipsa.*] Quae infantis memoriae proxima sunt. Nam quid prius aetas illa, quam patrem matremque cognoscit? — 32. *Et signa caetera neque sciebat.*] Id est, domum patris, regionemque eius. — 33. *Neque per aetatem etiam potuerat.*] Hoc ideo addidit, ne esset minus elegans, quae nesciret. — 34. *Hoc addebat.*] Ad matris scilicet nomen et patris, quod puella dicebat. — 35. *Unde.*] Id est, a quibus; ut *Virg. ---- Genus unde Latinum.* Et, *Causam dicere prius, unde petitur aurum.* — *E Sunio.*] *Sunium* promontorium est Atheniensium: et in eo forum rerum venalium, ἐμπόριον. — 36. *Mater ubi accepit.*] Haec figura in narrationibus βάσις dicitur, cum omnia pedetentim dicuntur insinuandi gratia, ut nunc, *Matri mercator dono dedit. Mater ubi accepit.* Et simul convenit mulieri loquenti huiuscemodi mora. *Mater ubi accepit.*] *Accepit*, simpliciter; aut audivit ingenuam: ut *Capiendi et c. a. t.* Sed melius prius. *Coepit studiose omnia docere.*] Mire: nam non docuit, sed *coepit docere*, τῷ μελλησμῷ. Et vide quam satis muliebriter. — 37. *Ita uti si esset filia.*] Ergo velut soror habenda est Thaidi: et ideo sequitur, *Sororem plerique esse credebant meam.*] Et oratorie cumulat dignitatem et amorem puellae: ut eius comparatione le-

---

31. *Certum non scimus.*] Cicero, Orat. c. 47. Non scire *quidem barbarum iam uidetur*, nescire *dulcius.*

33. *Per aetatem.*] Ita Adelph. V. 8. 8. *Per annos.* Cicero, Rabir. 9. *Si* per aetatem *scire potuisses.* Fam. XIII. 29. *Ut primum* per aetatem *iudicium facere potueris.* [Laudat Ruhnken. Drakenborch. ad Liv. XXXIII. 18. 22.]

35. *Unde.*] H. e. a quibus. Vide Prol. 26.

37. *Docere, educare.*] Vide And. I. 5. 39. [*Docere* i. e. aliis docendam tradere. Sic *erudire* apud Nep. Attic. c. 1. *Filium erudivit*

Sorórem plerique ésse credebánt meam.
Ego cum íllo, quo cum tum úno rem habebam hóspite,
Abii húc: qui mihi relíquit haec, quae habeo, ómnia. 40
***Pa.* Utrúmque hoc falsum 'st: éffluet. *Th.* Qui istúc?**
***Pa.* Quia**
Neque tu úno eras conténta, neque solús dedit:

V. 39. Bentl. *quicum* corrigit, ne toties illud *o* aurem vulneret.

---

niatur iniuria facta Phaedriae. — 39. *Ego cum illo, quo cum tum uno rem habebam hospite.*] Totum dixit, et quod hospitem, et quod rem habebat. Et bene *tum*, et non *nunc*. Nam nunc, cum duobus. *Quo cum tum uno rem habebam.*] Id est, consuetudinem, amorem. *Hospite.*] Id est, Attico. — 40. *Abii huc.*] Rhodo Athenas scilicet. *Qui mihi reliquit haec, quae habeo, omnia.*] Hoc ideo, ne tantundem obsequii exigat Phaedria. Ideo contra Parmeno. — 41. *Utrumque hoc falsum est: effluet.*] Ipse exponit *hoc utrumque* quid dicat. Et contradicendum est, quia praesens amator gravatur hoc dicto. — 42. *Neque tu uno eras contenta.*] Quippe qui admiseris militem. *Neque solus*

---

i. e. magistris erudiendum traditit.] — *Ita uti si esset filia.*] Cicero, Fam. II. 14. *Eius negotium sic velim suscipias, uti si esset res mea.* [Omissa particula *ita*, Phorm. II. 3. 62. *itidem ut cognata si sit.* Eodem sensu iunguntur *uĭ si* apud Cic. de Off. I. 14. *In eadem sunt iniustitia, ut si in suam rem aliena convertant.* Nep. Datam. c. 3. *Sinistra copulam gerens, qua vinctum ante se Thyum agebat, ut si feram bestiam captam duceret.*]

39. *Quocum tum uno rem habebam.*] Hec. IV. 4. 96. Plautus, Bacchid. III. 6. 34. *Tibi non erat meretricum aliarum Athenis copia*, Quibuscum haberes rem, *nisi cum illa, quam ego mandassem tibi?*

41. *Effluet.*] ἀλληγορεῖ, q. d. ego qui plenus rimarum sum hac atque illac perfluens, non continebo hoc. Cicero, pro Domo c. 46. Effluunt *multa ex vestra disciplina.*

42. *Neque tu uno eras contenta.*] Catullus, Carm. LXIX. *Quae tamen etsi* uno non est contenta *Catullo.*

43. *Bonam partem.*] Multam. Ovidius, Ponto. I. 8. 74. *eris nostris* pars bona *demta malis.* [*Bonus* h. l. idem est quod *magnus.* Horat. Serm. I. 1. 61. *At bona pars hominum.* ubi vid. Schol. Utrumque etiam coniungit Val. Max. II. 9. 7.]

Nam hic quóque bonam magnámque partem ad te áttulit.
Th. **Itá 'st: sed sine me pérvenire, quó volo.**
Intérea miles, quí me amare occéperat,
In Cáriam est proféctus; te interéa loci
Cognóvi. Tute scís, postilla quam íntimum
Habeám te: et mea consília ut tibi credam ómnia.

dedit.] Quippe quia non omnia tua illius fuere mortui. — 43. *Nam hic quoque.*] *Δεικτικῶς* non *Phaedria*, sed *hic* dixit, tangens illum, et quasi invito illo hoc exprobrat. *Bonam magnamque partem ad te attulit.*] Haec dicuntur *ἰσοδυναμοῦντα*: ut, *Abs te petere et poscere.* An potius *bonam* specie, *magnam* quantitate? et nunc discretive dictum est: nam alias *bonam* pro magna et multa accipimus. — 44. *Ita 'st.*] Non erat negandum, quod dixit Parmeno meretrici satisfacere cupienti, et non tacenti culpam in conscientia esse. — 46. *Te interea loci cognovi.*] Oratorie priorem amatorem facit militem, quam Phaedriam. Nam posterius dicit hunc cognitum per absentiam militis. Ergo cum militi Phaedria rivalis superductus sit, consequens est, ut miles queri debuerit, non Phaedria. et propterea nihil peccatum, si ordine servato miles antepositus fuerit amatori postmodum cognito. Et hoc sine puella, et munerum causa, multum pro milite contra Phaedriam valet. Sed vide meretricem, quia rem dixit perurentem, quot et qualia blandimenta subficit, dicendo, *Tute scis, post illa quam intimum habeam te, etc.* — 47. *Cognovi.*] Proprie *cognovi. Tute scis, post illa, etc.*] *Ἐπιλογὴ* figura: nam hoc ad narrationem non pertinet. — 48. *Et mea consilia*

---

44. *Sine me pervenire, quo volo.*] Eleganter de sermone quasi de itinere loquitur. Ita mox Vs. 75. III. 3. 11. Heaut. II. 3. 33. Adelph. V. 3. 35. Phorm. IV. 3. 35. Plautus, Amph. I. 1. 273. *Ingressu' st viam.*

46. *In Cariam.*] Haec Asiae minoris regio littoralis, ad oram maris Carpathii, opposita Rhodo. Eius incolae, *φιλοπτόλεμοι* dicti veteribus, mercenariam militiam praestabant. Videtur igitur Thraso in Cariam profectus esse ad supplementa militiae conscribenda. [*Interea loci* i. e. interim. Infra II. 2. 24. *Interea loci ad macellum ubi advenimus.* Liv. XXV. 19. *Et quibus artibus ad id locorum nostri et duces et exercitus capti essent.* In his locutionibus *locus* pro *tempore* sumi debet. Gronov. ad Liv. XXVII. 7. 17. et Cortius ad Sallust. Iug. c. 63. 6.]

47. *Quam intimum habeam te.*] Ita Plautus, Mil. II. 1. 30. Intimum *ibi* se *miles apud lenam* facit.

48. *Mea consilia ut tibi credam omnia.*] Plautus Truc. II. 4. 34. *Tibi mea consilia summa semper credidi.*

Ph. Neque hóc tacebit Pármeno. *Pa.* O dubiúmne id est?
Th. Hoc ágite, amabo. Máter mea illic mórtua 'st
Nupér. eius frater áliquantum ad rem est ávidior.
Is úbi hanc forma vídet honesta vírginem,
Et fídibus scire, prétium sperans, ílico
Producit, vendit. fórte fortuna ádfuit

V. 49. vulgo erat *Ne hoc quidem t.* ut *quidem* in ultima corripiatur. Quod etsi recte fieri potest, tamen codicis Vaticani lectionem cum Bentl. praeferendam iudicavimus.

V. 52. claudicat ab initio. Itaque Bentleius corrigit: *Is, úbi esse hanc forma* etc. Requiritur *esse* ob id quod sequitur *et fidibus scire.*

---

ut tibi credam omnia.] Ex praesenti actu sumpsit argumentum, quod eum nunc tanquam consultorem adhibuerit. Et bene *credam*, secundum illud, *Potin' est hic tacere?* — 49. *Ne hoc quidem.*] Id est, hoc quoque falsum est. — *Dubiumne id est?*] Me non taciturum scilicet. — 50. *Hoc agite.*] Pro adverbio corripientis est positum: aut certe pro adhortatione audientiae praebendae. Sic *Plautus*, *Hoc agite*, *sultis*, *spectatores.* Et convenit velut nutu audientiam significantis, et gestu hoc ipsum adiuvari. *Hoc agite;* id est, illud desinite, et hoc attendite. — 51. *Nuper.*] Ut adhuc amor flagrare videatur, addidit *nuper.* *Aliquantum ad rem est avidior.*] Vultu accommodato ad reprehensionem pronuntiandum est. — *Ad rem avidior.*] Proprie *avidior.* Et *rem* pecuniam modo dicit. — 52. *Is ubi hanc forma.*] Ex aliena persona vult ostendere praeter affectum, quanti sibi aestimanda sit: et quanto munere miles Phaedriae meruerat anteponi. — 53. *Et fidibus scire.*] Vetusta ἔλλειψις. *Pretium sperans.*] Deest *magnum*, ut, *Et stabulo frenos audire sonantes.* — 54. *Producit: vendit.*] Proprie. Nam *produci* res venales dicuntur. *Producit: vendit.*] Haec celeritas vendibilem indicat mercem. *Forte fortuna.*] Id est,

---

50. *Hoc agite.*] Solennis formula in attentione sibi conciliandа. And. I. 2. 15. Phorm. II. 3. 3.

51. *Ad rem avidior.*] Ita Adelph. V. 3. 48. V. 8. 31. De vi vocis *avidus*, vide ad Heaut. III. 2. 15.

52. *Forma honesta.*] Vide ad And. I. 1. 96.

53. *Fidibus scire.*] Subaudi, canere, ut plene dixit Cic. Tusc. I. 2. Cicero, Fam. IX. 22. *Socratem* fidibus *docuit nobilissimus fidicen.* Valet autem *scire* peritam esse. Unde dixit Nepos, Praefat. Scienterque *tibiis cantasse.* [Laudat Ruhnken. Gronovium ad Liv. XXIX. 1. 8.]

54. *Producit.*] Ita Heaut. I. 1. 92. [*Forte fortuna* i. e. feliciter. Hae voces saepe iunguntur et semper in bonam partem dicuntur. Phorm. V. 6. 1.]

Hic méus amicus: émit eam donó mihi,
Imprúdens harum rérum, ignarusque ómniam.
Is vénit postquam sénsit me tecúm quoque
Rem habére, fingit caúsas, ne det, sédulo:
Ait, sí fidem habeat, se íri praepositúm tibi
Apúd me, ac non id métuat, ne, ubi accéperim,
Sesé relinquam, vélle se illam míhi dare;
Verum íd vereri. séd, ego quantum súspicor,
Ad vírginem animum adiécit. *Ph.* Etiamne ámplius?

bona fortuna. — 55. *Hic meus amicus.*] Quia locus est meritorum, non iam *miles*, sed *meus amicus*. Vide enim quid sequatur: *Emit*, inquit, *eam dono mihi, imprudens harum rerum*. Hic ostenditur quam avidus id faceret, si rem penitus nosset. Simul etiam ostenditur, quanta secreta dicat Phaedriae: utpote quae rivalis nesciat. — 56. *Imprudens harum rerum, ignarusque omnium.*] *Prudentia* naturalis est: *gnaritas* extrinsecus venit. *Imprudens*, per se: *Ignarus*, per alios. Hoc est, qui nec suspicatus sit, neque ex aliquo audierit. — 57. *Postquam sentit me tecum quoque rem habere.*] Non dictum, sed quasi celatum. *Sentit me tecum quoque rem habere.*] Magno pondere dixit, *tecum quoque:* tanquam irascendi iusta magis sit causa militi, quam Phaedriae. Nam *sentit*, et *tecum*, et *quoque*, hoc significat. *Rem habere.*] Sic dixit, ut honeste res impura dicatur. — 58. *Ne det sedulo.*] *Sedulo*, sine dolo, hoc est, impense. — 59. *Ait.*] Semper *ait* dicimus, quum vel invisa nobis et audientibus, vel vana dicta narramus alicuius. *Si fidem habeat.*] Hoc est, si faciam aliqua, unde credat se tibi praeponi. *Si fidem habeat.*] Si credere cogatur, id est, credendi, *Se iri praepositum tibi apud me.*] Ἀναστροφὴ in verbo, *praepositum iri*, ac necessária implicatio in his, quae dura dictu sunt. — 62. *Sed, ego quantum suspicor.*] Alta et acuta inventio. Scit meretrix hoc solo amatores inimicos esse, quod item diligunt. Magnifice igitur, ut rivalis odium deliniret, vult persuadere Phaedriae, non se amari, sed virginem. — 63. *Ad virginem animum adiecit.*] Cur hoc inferat? ut vel laedendi militis causa Phaedria patiatur, eum, quam amet, et nolit virginem dono dare. — *Etiamne amplius?*] Mundat *Terentius*, ut solet, res

---

56. *Imprudens.*] H. e. inscius. Silius Ital. VI. 166. Imprudens *tantae pestis gradiebar.* Consule Bynkersh. Observ. Lib. II. cap. 10.

57. *Me tecum quoque rem habere.*] Vide supra ad Vs. 39.

63. *Ad virginem animum adiecit.*] Plautus, Merc. II. 2. 62. *Ne* ad illam *me* animum adiecisse *aliqua sentiat.* — *Etiam-*

Th. Nihil: nám quaesivi. núnc ego eam, mi Phaédria,
Multaé sunt causae, quámobrem cupiam abdúcere: 65
Primúm quod soror est dícta: praeterea út suis
Restítuam ac reddam: sóla sum; habeo hic néminem;
Neque amícum, neque cognátum: quamobrem, Phaédria,

V. 68. Bentl. corr. *Neque notum neque cognatum.* Nam versu proximo, inquit, rursus: *Cupio alíquos parere amicos:* satis invenuste. Thais peregrina erat et recens e Rhodo advena.

---

huiusmodi per ἔλλειψιν suam. — 64. *Nihil: nam quaesivi. Nunc ego eam, mi Phaedria.*] Optume purgavit *Terentius*, quod mox liberalibus nuptiis fuerat obfuturum, si vitiatam virginem duceret Chaerea. Necessario ergo defenditur, tanquam quae honeste nuptura est. — 65. *Multae sunt causae.*] Non diligenter consideraverunt hanc meretricis orationem, qui illam instar controversiae retulerunt. Nam et principium est, *Me miseram, vereor ne illud gravius Phaedria tulerit;* et narratio, *Samia mihi mater fuit;* et partitio cum confirmatione, ut, *Nunc ego eam, mi Phaedria, multae sunt causae, quamobrem cupio abducere: primum quod soror est dicta*, et caetera. Reprehensio quoque, *Egone id timeo?* et *Egone non ex animo misera dico?* Et conclusio per conquestionem: ut, *Quam iocorem voluisti a me tandem, quin perfeceris? Ego impetrare nequeo hoc abs te, biduum saltem ut concedas solum. — Quamobrem cupio abducere.*] Etiam hoc verbo gratificatur Phaedriae: non enim *accipere*, ut ab amico remunerante: sed *abducere*, ut ab stulto, et experte. — 67. *Ut suis restituam, ac reddam.*] *Restituimur* iis, quibus nos volumus: *Reddimur* iis, qui nos volunt. Ergo restituimus volentem, reddimus volentibus. Sed in hac utrumque est. *Sola sum: habeo hic neminem.*] *Sola sum*, ad familiarium refertur absentiam. *Habeo hic neminem*, ad alienorum amicitiam. Potest enim sola domi esse, habere tamen aliquem foris. Et, *Habeo hic neminem*, plus sonat quam, *Neminem hic habeo.* Et, *Sola sum*, ab iis quos natura conciliat per se. *Habeo neminem*, eorum qui voluntate iunguntur. — 68. *Neque amicum.*] Bene hoc apud amatorem: quia est aliud *amator*, aliud

---

ne amplius?] Vellet Phaedria, Thrasoni amplius quid esse cum illa puella, sperans ita fore, ut animus eius paullatim elabatur Thaidi, ipseque adeo sine rivali illa potiatur. Vide And. II. 1. 25.

65. *Causae quamobrem.*] Vide And. V. 1. 18.

68. *Restituam.*] Plautus, Capt. III. 4. 56. *Illum* restitnam

Cupio áliquos parere amícos benefició meo.
Id, amábo, adiuta mé, quo id fiat fácilius. 70
Sine illúm priores pártes hosce aliquót dies

Idem v. 69. pro vulg. *parare*, ex Bembino correxit *parere*, quod metrum requirebat. Ceterum observat *beneficio meo* spondei et dactyli spatium metiri, ut Plaut. Trin. IV. 3, 45. Asin. III. 3, 83. Poen. III. 3, 22. Rud. IV. 7, 21.

---

amicus. *Amator*, qui ad tempus, *amicus*, qui perpetuo amat. An quia in patris potestate est Phaedria? *Quamobrem, Phaedria.*] In necessariis interponi nomen licet audientis. — 69. *Cupio aliquos parare amicos beneficio meo.*] Hic ostendit specialiter, cuiusmodi amicos quaerat, ne Phaedriam contemnere videatur. *Parare amicos beneficio meo.*] Quia parantur et suo, sed minus diligunt.— 70. *Id, amabo, adiuta me, quo id fiat facilius.*] Παρίλκον; bis *id* posuit. *Adiuta me.*] Mira coactio; pro *patere excludi adiuta me* dixit. — 71. *Sine illum.*] Blande *sine illum*, tanquam in manu eius sit iniuriam non pati, et excludi militem. Non enim dixit *fer*, aut *patere*, sed *sine*. *Priores partes hosce aliquot dies.*] Honeste circumloquitur et oratorie, ne dicat, *Abi*

---

huic. hic autem in Aulidem me meo patri. [*Sola sum:* hoc statim explicat addens *habeo neminem neque amicum neque cognatum.* Sic *solitudo* dicitur de liberis, qui parentibus orbati sunt. Cic. Verr. I. 58. *ut illorum solitudo quam firmissimo praesidio munita sit.* Vid. Gronov. ad Senec. Consol. ad Marc. c. 24.]

69. *Parare amicos.*] And. I. 1, 39. [*Parare amicos.* Bentleius ex metri rationibus legit *parere amicos.* *Parere* idem est quod parare, acquirere. Andr. IV. 5. 2. *optavit parere hic divitias.* Infra V. 2. 32. *ut solidum parerem hoc mihi beneficium.* Liv. XLII. 11. *accessisse ad vires eam, quae longo tempore pareretur, auctoritatem.* ubi vid. Drakenborch.].

71. *Priores partes.*] Adelph. V. 4. 26. Locutio translata ab histrionibus, quorum primae, secundae, tertiae partes erant. Innuit igitur Thais, militem partibus suis actis mox excludendum esse. Cicero ad Q. Fr. II. 4. *Tibi istius generis in scribendo* priores partes *tribuo, quam mihi.* [*Priores partes habere* i. e. tibi praeferri. *Partes* proprie in scena sunt, quae quisque actorum sub alterius persona recitat. Hinc histrionum alii *primarum*, alii *secundarum*, alii *tertiarum partium* dicuntur. Inde ad alia transfertur. Cic. pro Flacco c. 27. *servus primarum partium.* Liv. III. 10. *fabulam compositam Volsci belli, Hernicos ad partes paratos.* ubi vid. Drakenb. Contra *posteriores*, omissa voce *partes*, est Adelph. V. 4. 26. Victorius V. L. III. 18. et Valesius in Maussaci Not. in Harpocr. p. 117.] — *Hosce aliquot dies.*]

Apúd me habere. níl respondes? *Ph.* Péssuma,
Egon' quídquam cum istis fáctis tibi respóndeam?
***Pa.* Eu nóster! laudo. tándem perdóluit. vir es.**
***Ph.* At égo nescíbam quórsum tu ires. párvola**
Hinc ést abrepta: edúxit mater pró sua:
Soror dícta est: cupio abdúcere, ut reddám suis.

V. 77. vulgo *est dicta.* Mutavit Bentl. ex Bembino et aliis. *Soror* in

foras, atque excludi te patere. — 72. *Nihil respondes?*] Iam silentium accusat, quia scit nihil responsurum contrarium. Et satis blande, *Nihil respondes?* dixit, tanquam qui debebas amoris vicem. — 73. *Ego quidquam.*] Facete exprimitur illud, *Amantium irae, amoris integratio est.* — 74. *Tandem perdoluit.*] Nimis doluit, id est, persensit dolorem. Et *tandem*, quasi qui nimis patiens fuit. — *Tandem perdoluit. vir es.*] Eleganter variavit personam secundam, et tertiam. *Vir es.*] Non *puer*, sed iam *vir*, qui meretricem contemnis. — 75. *Parvula hinc est abrepta: eduxit mater pro sua.*] Vide *μίμησιν* cum odio inductam, et depravatam pronuntiatione: ita ut et *ὁμοιοτέλευτα* non vitarentur de industria. *Parvula hinc est abrepta, edu-*

Plautus, Truc. IV. 3. 19. *Amabo, ut* hos dies aliquot *sinas Eum esse apud me.* [Pronomen *hic* temporum nominibus adiunctum significat tempus vel proxime elapsum vel proxime futurum. Infra II. 3. 40. *his mensibus sex septem.* Apud Graecos *οὗτος* eandem vim habet. Vid. L. Bosii Exercit. philol. p. 75.]

73. *Cum istis factis.*] De usu voculae *cum* vide ad And. IV. 4. 38.

74. *Tandem perdoluit.*] Ita pronunciat, uti Davus And. III. 4. 7. Tandem *cognosti, qui siem.* Et Annius apud Liv. VIII. 1. *Sin autem* tandem *desiderium libertatis remordet animos.* Est autem *per ἀνθηπτικὸν* in *perdoluit.* Hyginus, Astron. II. 40. *Cuidam civium* perdoluit *inceptum Demiphontis.* — *Vir es.*] Formula laudandi. Adelph. IV. 2. 25. Florus III. 3. *Flagitante aquam exercitu*, viri, *inquit*, estis, *en illic habetis.*

75. *At ego nesciebam.*] Tres hosce integros versus laudat Quinctilianus, Instit. Orat. IX. 2. Continent autem *μίμησιν* verborum Thaidis; qualis illa Didonis, apud Virg. Aen. IV. 376. *Nunc augur Apollo, Nunc Lyciae fortes, nunc et Iove missus ab ipso Interpres divum fert horrida iussa per auras.* [De usu voc. *at* conf. Cortius ad Cic. Epist. p. 168. et Wopkens lectt. Tull. p. 127.] — *Quorsum tu ires.*] Vide supra Vs. 44.

76. *Eduxit mater pro sua.*] Plautus, Cistell. I. 3. 24. *Eaque educavis eam sibi pro filia.*

Nempe ómnia haec nunc vérba huc redeunt dénique;
Ego exclúdor: ille récipitur. qua grátia?
Nisi íllum plus amás, quam me: et istam núnc times,
Quae advécta 'st, ne illum tálem praeripiát tibi.
***Th.* Ego[n'] id tímeo? *Ph.* Quid te ergo áliud sollicitát? cedo.**

initio versus, ut *color* (II. 3, 27.) *habent* (II. 3, 93.) ultimam cerripere solenne est.

V. 80. satis inconcinnum Bentl. sic refingit: *Nisi si illum plus quam mé amas; et istam nunc times.* Illud *Nisi si* exhibent aliquot mss.

V. 82. Bentl. ex uno cod. *Ego id timeo.* Alioquin versus est syllaba longior.

---

xit mater pro sua, soror est dicta. — 78. *Haec nunc verba.*] Id est, falsa dicta. *Huc redeunt.*] Ut excludar. — 80. *Nisi illum plus amas, quam me.*] Repudiatis causis, quas illa attulerat, per derivationem causae, hic aliud dicit esse cur repellatur. *Et istam nunc times, quae advecta est.*] Adeo, inquit, amas militem, ut etiam invideas, si quam amaverit. — 81. *Talem praeripiat tibi.*] *Ἐμφυσία* stomachantis amatoris. — 82. *Quid te ergo aliud sollicitat?*] Quid est, inquit, si hoc

---

78. *Huc redeunt.*] Ita And. III. 3, 35.

[80. *Istam times, ne illum talem praeripiat tibi.* Hoc dicitur pro times, ne ista illum talem praeripiat tibi. Sic saepe in priore parte orationis ponitur accusativus pro nominativo in posteriore. Infra V. 8. 5. *scisne me in quibus sim gaudiis.* Cic. ad Div. IV. 1. *rem vides quomodo se habeat.* Haec loquendi ratio ab utriusque linguae scriptoribus frequentatur in verbis sciendi, videndi et similibus. Vid. Gronov. ad Senec. de Benef. IV. 32. et Perizon. ad Sanctii Min. II. 5. p. 185. *Talem* i. e. virum tantum, tam egregium. Est per ironiam capiendum. *Talis* dicitur de illis, qui propter animi corporisque bona laude digni sunt. Adelph. III. 1. 10. *talem, tali genere et animo.* Sallust. Iug. c. 63. *tamen is talis vir ad id locorum petere non audebat.* Sic *qualis* pro quam excellens. Ovid. Fast. V. 960. *qui modo qualis eram.* ubi vid. Heinsius.]

81. *Illum talem.*] *Ἐμφυσικῶς.* Dicitur autem *talis* pro tanto, et tam excellente. Plautus, Capt. V. 2. 2. *Quid me oportet facere, ubi tu talis vir falsum autumas?* Cicero, Fam. XIII. 73. *Certe mihi persuadeo, te,* talem *virum, nil temere fecisse.* Sic *qualis* pro quantus. Ovidius, Fast. V. 960. *Cernite, sim qualis, qui modo qualis eram!* — *Praeripiat tibi.*] Plautus, Casin. I. 1. 14. *Hanc venisti sponsam* praereptum *meam?*

Num sólus ille dóna dat? nuncúbi meam
Benignitatem sénsisti in te claúdier?
Nonne, úbi mi dixti cúpere te ex Aethiópia
Ancíllulam, relíctis rebus ómnibus,

V. 83. Bentl. corr. *num tibi meam*; quia *nuncubi* nusquam alibi reperiatur. Sed dicitur pro *num alicubi* etiam ap. Varr. de Re Rust. III. 2, 4.

V. 84. pro *in te claudier* ex codd. corrigit *intercludier*, ut Andr. III. 3, 41.

---

non est? — 83. *Num solus ille dona dat?*] Iam quasi quaestiones tractantur: sed ille munus advexit. *Nuncubi meam benignitatem.*] Possunt enim dona dari, sed exigua, aut minus liberaliter: et ideo mentionem *benignitatis* adiecit. — *Nuncubi meam benignitatem.*] Sed ille benignus est *nuncubi*, numquid alicubi. Aut si *nuncubi* legimus, erit adverbium temporis: ut sit ubi, quo in loco, qua in re. *Nuncubi meam benignitatem.*] Intelligit se et dona obtulisse, et id benigne saepe fecisse; nam plerumque ingrata dona sunt, in quibus benignitas non apparet: quae aut in quantitate rerum est, aut in facilitate praestantis. — 48. *Claudier?*] *Claudi*, aut *claudicare*. *Sallustius*, *Neque enim ignorantia claudit res.* Et, *Nihil socordia claudebat.* — 85. *Nonne, ubi mihi dixti cupere te.*] Plus dixit, *ubi dixit cupere te:* quam si diceret, fecisti ut emerem. Plus est enim id praestitisse, quod qui acceperit, non ausus fuerit postulare. *Cupere te.*] Vult rem parvi pretii ex illius cupiditate et suo labore perpendi. *Ex Aethiopia.*] Non *Aethiopissam*: sed honestius *ex Aethiopia.* — 86. *Relictis rebus omnibus, quaesivi?*] Haec iam omnia in beneficiis con-

---

84. *In te claudier?*] Vide ad And. III. 3. 41. et quae notavit Cortius ad Sallust. Fragm. Lib. III. p. 976.

85. *Ex Aethiopia.*] Ita infra III. 2. 18. Tibullus, II. 3. 59. *Illi sunt comites fusci, quos India torret.* Theophrastus, Charact. cap. 21. *Καὶ ἐκμελεθῆναι δὲ ὄχλος ἀνδρὶ ὁ ἀκόλουθος Αἰθίοψ ἔσται.* Ubi vide Is. Casaub. [*Ex Aethiopia ancillulam* i. e. ancillulam Aethiopissam. Sic apud Liv. I. 50. *Turnus ab Aricia* est *Turnus Aricinus.* Virg. Georg. III. 2. *pastor ab Amphryso.* Vid. Buchner. de commut. rat. dicendi p. 329. Meretrices etiam lautarum feminarum exemplo ancillis et eunuchis fuscis ad ministeria uti solebant. Vid. Tibull. II. 6. 37. et ibi Broukhusius.]

86. *Relictis rebus.*] Vide ad And. II. 5. 1. [*Velle te* scil. habere. *Volo* et *nolo* cum absolute ponuntur, semper supplendum est verbum conveniens sententiae. Vid. Duker. ad Flor. III. 1. p. 432.]

Quaesivi? porro Eunúchum dixti vélle te,
Quia sólae utuntur hís reginae; répperi.
Herí minas vigínti pro ambobús dedi.

V. 89. Bentl. *Herí minas pro ambóbus viginti dedi*, ex codd., ut ver-

---

siderari solent. — 87. *Quaesivi.*] Vide quemadmodum exhibeat, atque aerumnas sibi difficilium munerum dicat imposuisse meretricem. *Ex Aethiopia ancillulam*, inquit, *dixti te cupere.* Quid ego feci in re coeli, et solis, ac pene orbis alterius? *quaesivi*, non enim in promptu erat. Deinde, non petiisti, sed *dixisti:* nec velle te, sed *cupere*: non nigram, sed *ex Aethiopia:* nec dedi, sed *relictis rebus omnibus*, *quaesivi.* Quid hic non exquisitum? quid non ita expressum, ut nihil addi possit? *Eunuchum porro velle.*] Eunuchos a Persis institutos putant ex captivis. A Babyloniis enim Hellanicus auctor est id habuisse. *Eunuchum porro dixti velle te.*] Vide quemadmodum ut maius faciat quod praestitit, non semel imputat duo mancipia: sed primo *puellam*, deinde *eunuchum.* *Eunuchum.*] *Εὐνοῦχος εἴρηται, ὡς εὐνὴν ἔχων, τοῦτ' ἔστι, φυλάττων OCOCeIN ryNeN KeKANΔROC.* *Porro.*] Deinde, vel postea, vel multo post. — 88. *Quia solae utuntur his reginae.*] Illam quia ex Aethiopia; hunc, quia solae his Reginae utuntur. Quid tale Thaidi rivalis dedit? *Quia solae utuntur his Reginae.*] Varie; *Eunuchum* dixit, et intulit, *his.* ut, *Si quisquam est, qui placere se studeat bonis Quam plurimis, et minime multos laedere: In his Poëta hic nomen profitetur suum.* — *Reginae.*] Id est, divites; sed *ἐμφατικώτερον* est. *Quia solae utuntur his reginae.*] Nota, quum Eunuchum in singulari numero praeposuerit, *his* subiunxisse; sed *his* non ad Eunuchum retulit, sed ad delicias, aut quid tale: quia solae utuntur huiusmodi deliciis servitiisque reginae. Et oratorie hic subdidit, quod in ancillula praetermisit, quia nulla Aethiopissa honesta dici potuit. Et *reginae* modo divites dicit, ut in Phormione, *Regem me esse oportuit.* *Repperi.*] Plus est quam *emi.* Et vide quam propriis et amplissimis verbis usus est, quia et ancillam ex Aethiopia, et Eunuchum: quo solae utuntur reginae. illam *quaesivi*, et hunc *repperi:* neutrum enim horum facile positum erat. — 89. *Heri*

[88. *Reginae* sunt matronae nobiles et opulentae, ut bene Donatus exponit; ita etiam *rex* pro homine potenti. Phorm. II. 2. 24. *nemo satis pro merito gratiam regi refert.* Sed et clientes patronos divites et potentes vocabant *reges.* Horat. Epist. I. 17. 43. Notanda vero h. l. enallage numeri. Nam cum dixisset *eunuchum* in singulari, subiicit *his* in plurali, cuius commutationis exempla vid. apud Cic. de Off. II. 11. et alios, quos laudant Gronovius de Pec. Vet. II. 4. p. 167. et Burmann. ad Val. Flacc. VIII. 178.]

89. *Minas viginti pro ambobus dedi.*] Ita Adelph. II.

Tamén contemtus ábs te. haec habui in mémoria. 90
Ob haéc facta abs te spérnor. *Th.* **Quid istic, Phaédria?**
Quanquam íllam cupio abdúcere, atque hac re árbitror
Id fieri posse máxime: verúmtamen,
Potiús quam te inimicum hábeam, faciam ut iússeris.

sus magis magnificum sonet. Solere etiam Terentium *viginti* in quinta versus sede ponere.

V. 93. Bentl. corr. *Id pósse fieri*, ut versus suavior sit.

---

minas viginti pro ambobus dedi.] Recentiora beneficia graviora adversum ingratos sunt. Ergo a tempore inducitur exprobratio. *Pro ambobus dedi.*] Melius amborum praetium dixit, quam ut separatim diceret, quanto emerit ancillulam nigram: de qua mox dicetur, *Hic sunt tres minae.* Nam constat Eunuchum solum emtum esse minis viginti, ut ipse Parmeno confitebitur seni. — 90. *Tamen contemtus abs te.*] Et hoc servatur in beneficiis. Nam maiora sunt cessantibus meritis eorum, quibus praestantur. — 91. *Ob haec facta abs te spernor.*] Sic *Virgilius*, ---- *nos munera templis Quippe tuis ferimus, famamque fovemus inanem.* Et cum interrogatione, aut cum increpatione proferri potest. *Ob haec facta abs te spernor.*] Hic duplex est pronunciatio: vel per invidiosam prolationem, vel per interrogationem. Et melius hoc modo, quam interrogative profertur: hic enim est multo gravior illo. *Quid istic?*] Hoc adverbium consentire incipientis est; et est ἔλλειψις: deest enim *remoramur*, aut quid tale. — 92. *Cupio abducere.*] *Abducere* dixit, tanquam ab stulto: nec per verum meritum, sed per fraudem. *Cicero*, *Per vim atque dolum abducta ab Rhodio tibicine. Atque hac re arbitror.*] Non dicit qua, hoc est, ex te. Verumtamen scit meretrix, contentione quadam negari. Ergo fingit se vinci, ut adolescentem molliat: et ipsa cedit, ut et ille remittat pertinaciam. — 94. *Potius quam te inimicum habeam, faciam ut iusseris.*] Hoc totum loquitur, tanquam magis ipsa amet Phaedriam, quam ab illo ametur. *Te inimicum habeam.*] Huic contrarium est, *Ut te amicum habeam.* — *Faciam ut iusseris.*] Nec voluntate, nec vultu consentientis hoc meretrix agit: sed callide tentat omnia. Nam quia persistendo non perficit quod expectabat, docet Phaedriam etiam ipsum negligentius negare quod poscitur. Et adeo hoc subtile est, ut statim impetraverit. Pervulgatum est enim, quod summa vi defende-

---

1. 25. Plautus, Mostell. I. 3. 142. *Triginta minas pro capite tuo dedi.*

90 *Haec habui in memoria.*] Vide And. I. 1. 18.

91. *Quid istic, Phaedria?*] Vide And. III. 3. 40.

Ph. Utinam ístuc verbum ex ánimo ac vere díceres,
Potiús quam te inimicum hábeam. si istuc créderem
Sincére dici, quídvis possem pérpeti.
Pa. Labáscit, victus úno verbo. quám cito!
Th. Ego nón ex animo mísera dico? quám ioco
Rem vóluisti a me tándem, quin perféceris?

V. 98. Bentl. corr. *Labascit, victus, uno verbo* etc.

---

ris, quum extorqueretur, hoc idem postmodum remitte remittenti. — 95. *Utinam istuc verbum.*] Et *istuc verbum*, pro tota sententia. *Verbum* pro dicto. Sed proprie ἄξιωμα, id est, sententia vel enunciatio, quae uno ligatur et astringitur verbo, *verbum* a veteribus dicebatur. *Ex animo, ac vere dicerés.*] Certe, quia est qui ex animo dicat, fallat tamen. — 96. *Potius quam te inimicum habeam.*] Tantum in animum Phaedriae hoc descendit, ut etiam repetat, quod amica dixerat adulando. — 97. *Sincere dici, quidvis possem perpeti.*] *Sincerum*, purum, sine fuco, et simplex: ut mel *sine cera*. Bene ergo, ut mel, blandimentum meretricis dulce fatetur, sed negat esse *sincerum*. — 98. *Labascit.*] Omnia inchoativa trisyllaba fere media producta enuntiantur. *Victus uno verbo, quam cito!*] *Quam cito* ait, qui illum falsa lacrymula vinci crediderat posse. Plus factum est: uno victus est verbo, et cito. *Victus uno verbo.*] Ut, *Utinam istuc verbum.* Et *uno verbo*, ut diximus, sic accipe, ut Verbum dictum intelligas, quod verbo complectitur, et completae sententiae pronunciationem, quod ἄξιωμα nominatur. — 99. *Ego non ex animo misera dico?*] Quod sensit multum valuisse, hoc Thais inculcat animo amici sui. Et *ego*, vide quanta significet. Convenit hoc pronomen blande multa exprobranti: ut *Virgilius, Mene fugis?* — 100. *Quam ioco rem voluisti.*] Contra illud refertur, quod ait Phaedria, *Nonne, ubi mihi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam, velictis rebus omnibus, quaesivi?* Sed hoc vehementius et disertius, *Quam ioco rem voluisti?* Non *munus*, inquit, sed quod plus est, *rem*. Et non *serio*,

---

95. *Ex animo ac vere.*] Catullus, Carm. CVI. *Di magni, facite, ut* vere *promittere possit, Atque id* sincere *dicat, et* ex animo.

97. *Quidvis possem perpeti.*] Vide And. II. 3. 6.

98. *Labascit.*] Metaphora a statua, aedificio vel arbore translata ad animum. Adelph. V. 2. 31. Plautus, Rud. V. 4. 38. *Salvos sum: leno* labascit: *libertas portenditur.* Suetonius, Caes. 14. *Nisi* labantem *ordinem confirmasset M. Catonis oratio.* — *Uno verbo.*] Hec. III. 1. 33. Propertius II. 5. 13. *Quam facile irati* verbo *mutantur amantes.*

Ego impetrare néqueo hoc abs te bíduum,
Saltem út concedas sólum? *Ph.* Siquidem bíduum;
Verúm ne fiant ísti viginti dies.
***Th.* Profécto non plus bíduum, aut — *Ph.* Aut? níl moror.**
***Th.* Non fiet: hoc modo sine te exorem. *Ph.* Scílicet** 105
Faciúndum est quod vis. *Th.* Mérito amo te. *Ph.* Béne facis.

V. 106. Bentl. *Mérito te amo.* Idem verba *Bene facis* ad Thaidis sermonem traxit.

---

sed *ioco*, a facilitate praestantis. Et *voluisti*, non etiam *dixisti*. Mirandum obsequium, ex voto animi pendens. Non exspectat imperium: ne voluptati mora sit, dum iubetur. Tum illud quod ait, *perfeceris:* nonne pondus hoc verbi et potentiam Phaedriae circa amicam, et illius obsequium vehemens, et rerum difficultatem quae extortae sint, monstrat, atque omnem obterit querelam Phaedriae? — 101. *Ego impetrare nequeo hoc abs te.*] Tu et *ioco*, et non petisti, cum *perfeceris* tamen; at ego hoc *impetrare* non possum. — 102. *Saltem ut concedas, solum?*] Argute additum *saltem* et *solum*. Et bene, *concedas*, ut voluntatis sit: sic enim dixit supra, *Sine illum priores partes hosce aliquot dies apud me obtinere.* — 103. *Verum ne fiant isti viginti dies.*] Facete biduum decuplavit: et simul quia ex eadem ratione sunt viginti, ex qua duo; et ex qua viginti, ducenti, duo millia. Et sic deinceps. — 104. *Profecto non plus biduum, aut.*] Ἀποσιώπησις secunda. — 105. *Hoc modo sine te exorem.*] Nove nunc, non *de te exorem:* sed *te exorem*. Et *hoc* absolute. — 106. *Faciendum est quod vis.*] Non *quod oportet*, sed *quod vis* dicendo, multum addidit obsequio suo. — *Merito amo te.*] Bene amoris mentionem ad auferendam suspicionem contemptus Phaedriae fecit. *Bene facis.*] In consuetudinem venit, *Bene facis*, et *bene feceris*, non iudican-

---

104. *Nihil moror.*] Sensus est, Non moror ultra biduum. Non concedo amplius, quam hoc biduum. [*Nihil moror* est formula aliquid contemnentis, certe non magnopere desiderantis, usitata apud veteres scriptores. Plaut. Most. III. 2. 59.]

106. *Merito amo te.*] Ita solent grati, ubi quid impetrarunt. Heaut. II. 3. 119. Phorm. I. 2. 4. Plautus, Poen. I. 2. 42. *An. Quiesce. Ad. Ergo* amo te. — *Bene facis.*] Alia gratias agendi formula. Adelph. V. 8. 22. Plautus, Mostell. III. 2. 129. Bene *benigneque arbitror te* facere.

Rus íbo: ibi hoc me mácerabo bíduum.
Ita fácere certum 'st. mós gerundus est Thaídi.
Tu, Pármeno, huc fac illi áddúcantur. *Pa.* **Máxume.**
Ph. **In hoc bíduum, Thaís, vale.** *Th.* **Mi Phaédria;**
Et tú numquid vis áliud? *Ph.* **Egone quíd velim?**
Cum Mílite isto praésens, absens út sies:

tis esse, sed gratias agentis. — 107. *Rus ibo.*] Et hoc amatorium est, odisse urbem sine amica. Nec dixit, *Ibi ero:* sed, *Ibi hoc me macerabo biduum.* Pronunciandum est *biduum*, ac si dixisset *biennio.* — 108. *Ita facere certum est.*] Ex his apparet verbis, quam sibi amator hoc aegre imperet. *Mos gerundus est Thaidi.*] Cum pronunciatione et gestu: ut ostendat, quae vis amoris sit, ut Thaidi mos geratur. — 109. *Huc fac illi adducantur.*] Eunuchus et ancilla, figurate *Illi:* sed praevalet genus masculinum. *Adducantur*, pro *adducite eos.* Et bene adiectum est, ne dilatis ob retentionem muneribus, non procederet actus fabulae. Et simul quia absentia Phaedriae opus est, dum per Chaeream ludificatur meretrix. — 110. *In hoc biduum, Thais, vale.*] Nunc *vale* abscessum significat, non salutationem: nam si mera salutatio est, biduo solum amicam valere optat. Sed praescribere conatur, quanto tempore abfuturus sit, et simul ostendit, quam invitus abscedat. *In hoc biduum, Thais, vale.*] Accusativo utens casu expressit amatoris impatientiam. *Biduum* dicens, praescripsit de tempore. Et *vale*, maiorem vim habet ex dolore discedentis, quam obsequio salutantis. — 111. *Et tu, numquid vis aliud?*] *Vale* subaudiendum salutatorium. Et subintelligendum est post osculum dici, *Numquid vis aliud?* quasi recte factum. — 112. *Cum milite isto.*] *Isto* bene additum, quasi odioso; ut alibi, *Iam vero mitte, Demea, tuam istam iracundiam.* Et *Virgil. Aut quid petis istis?* Haec enim pronomina spernentis sunt, odiumque monstrantis. *Praesens, absens.*]

---

107. *Me macerabo.*] Vide ad And. IV. 2. 2.

111. *Numquid vis aliud?*] Formula discedentis ab altero. Ita infra II. 1. 7. II. 3. 49. et 71. Adelph. II. 2. 39. Phorm. I. 2. 101. II. 4. 18. Plautus, Amph. I. 3. 44. *Iup.* Numquid vis? *Alc. Ut, quum abeim, me ames, me tuam absentem tamen.* Aulul. II. 2. 85. *Ibo igitur, parabo: numquid me vis?*

112. *Absens ut sies.*] Virgilius, Aen. IV. 83. *Illum absens absentem auditque videtque.* Ovidius, Trist. III. 3. 17. *Te loquor absentem: te vox mea nominat unum: Nulla venit sine te nox mihi, nulla dies.*

Diés noctesque mé ames: me desideres:
Me sómnies: me exspéctes: de me cógites:
Me spéres: me te oblectes: mecum tóta sis: 115
Meus fác sis postremo ánimus, quando ego súm tuus.
Th. **Me míseram! forsitan hic mihi parvam habeát fidem,**

V. 113. Bentl. *Noctes dieque*, numeris quidem melioribus, sed invitis codicibus.

V. 117. Bentl. sic mutavit: *Me miseram! forsan párvam hic habeat mihi fidem*, invitis codicibus.

Καλόζηλον. — 113. *Me desideres.*] *Εὔξησις*, quia plus est amore desiderium. — 114. *Me somnies: me exspectes.*] *Ἐπαναφορὰ* prima. Cum *amare* et *desiderare* sit voluntatis, atque etiamnum obsequi: *somniare* satis amatorie dictum est. — 115. *Me speres.*] Cum *me exspectes* iam dixerit: quid sibi vult iterum *me speres?* Inter *spem* et *exspectationem* hoc interest: quia *exspectatio* certorum est: *spes* vero incertorum. Et *exspectatio* propinquarum rerum: *spes* longinquarum. Et *exspectatio* destinat tempus: *spes* non destinat. An, *me speres idem facere*; id est, de te cogitare, ut sit *speres*, credas: ut statim in subditis invenies: *Nam eius fratrem spero iam propemodum reperisse.* — *Me te oblectes.*] Septimus casus *me*. *Mecum tota sis.*] Toto animo. Nam illam nunc animum vult esse, non corpus. Et simul quod ipse ab eius corpore patitur, id vult militi eius mente contingere, tanquam penitus exoluso ab amica. — 116. *Quando ego sum tuus.*] *Animus* scilicet. — 117. *Me miseram! forsitan hic mihi.*] Recte Thais nunc partem argumenti exsequitur tacitam apud Phaedriam, propter praesentiam servi; quem poëta vult ita nescire, ut audeat ad vitiandam virginem

---

113. *Me desideres.*] Ausonius Symmacho: *Tum vero ego beatus, quod adfectavi, adsequar*, me ut requiras, me desideres, de me cogites.

114. *Me somnies.*] Cicero, Fam. XIV. 2. *Ante oculos dies noctesque versaris.* Ovidius, Heroid. XV. 123. *Tu mihi cura, Phaon; te* somnia *nostra reducunt.* Heroid. XVI. 99. *Te vigilans oculis, animo te nocte videbam; Lumina cum placido victa sopore iacent.* — *Me exspectes.*] H. e. cupidissime desideres. Heaut. II. 4. 29. Plautus, Mostell. I. 3. 31. *Tu, ecastor, erras, quae quidem illum* exspectes *unum.* Ovidius, Heroid. II. 98. *Phylli; face* exspectes *Demophoonta tuum.*

117. *Mihi parvam habeat fidem.*] Plautus, Bacchid. IV. 3. 22. *Novi, sed nisi ames, non* habeam tibi fidem *tantam.* [*Forsitan*

Atque éx aliarum ingéniis nunc me iúdicet.
Ego pól, quae mihi sum cónscia, hoc certó scio,
Neque mé finxisse fálsi quidquam, néque meo
Cordi ésse quemquam cáriorem hoc Phaédria.
Et quídquid huius féci, causa vírginis
Fecí: nam me eius spéro fratrem própemodum
Iam répperisse, adoléscentem adeo nóbilem.

subornare Chaeream. — 118. *Atque ex aliarum ingeniis nunc me iudicet.*] Hic *Terentius* ostendit virtutis suae hoc esse, ut pervulgatas personas nove inducat, et tamen a consuetudine non recedat: ut puta meretricem bonam cum facit, capiat tamen et delectet animum spectatoris. — 120. *Neque me finxisse falsi quidquam.*] Aut, *dixisse*, debuit dicere, aut abundat *falsi*, aut ideo, quia et vanum aliquid fingi potuit, ut supra, *Si vanum, aut falsum, aut fictum est.* — 121. *Esse quemquam cariorem.*] Melius *quemquam*, quam si dixisset, *militem quemquam cariorem. Quemquam cariorem.*] Quasi meretrix, non *carum* alterum, sed *cariorem* negat. — 122. *Et quidquid huius feci.*] *Huius* absolute; aut per ἔλλειψιν, ut desit *rei*. In Hecyra, *Ne quid sit huius oro.* In Heautontimorumeno, *Nihil me istius facturum, pater.* Virgilius, ---- *aut quid petis istis?* — *Quidquid huius.*] *Rei* subaudiendum est: quod eum exclusi foras. — 123. *Spero propemodum.*] Nove *spero*, pro credo vel confido. *Propemodum* ideo, quia hominem quidem novit, sed fratrem esse virginis nondum probavit. — 124. *Adeo nobilem.*] *Adeo* pro *nimis* positum est, aut

---

hic mihi parum habeat fidem. Bentleius legit *forsan parvam hic habeat mihi fidem*, ut Phorm. V. 3. 27. *itane parvam mihi esse fidem apud te.* Sed videndum an *parum fidem* defendi possit ex iis, quae annotavit Burmann. ad Ovid. Met. III. 149. et ad Virg. Aen. III. 348.]

118. *Ex aliarum ingeniis me iudicet.*] Plaut. Pers. II. 2. 30. *Tuo ex ingenio mores alienos probas.*

119. *Mihi sum conscia.*] In bonam partem. Ita Adelph. III. 2. 50. Contra Horatius, Epist. I. 1. 61. *Nil* conscire sibi, *nulla pallescere culpa.*

120. *Neque meo cordi esse quemqnam cariorem.*] Plautus, Menaechm. II. 1. 21. *Ego illum scio, quam* cordi sit carus *meo.*

122. *Quidquid huius feci.*] Infra V. 6. 10. V. 9. 40. Cicero, Attic. XVI. 4. *Itaque non video, scicurum me,* quid eius sit, *ni statim aliquid literarum.* [Laudat Ruhnk. intpp. ad Liv. XXXII. 37. 3.]

Et is hódie venturum ád me constituít domum. 125
Concédam hinc intro, atque éxspectabo, dúm venit.

V. 125. Bentl. *Et is se hodie* etc. Eadem structura post *constitui* est Hecyr. I. 2, 120. III. 4, 23. Codd. aliquot *se* post *venturum* inserunt.

---

pro expletiva particula. [Imo auget: *adolescentem tam nobilem!* Fallitur etiam Ruhnken. ad h. l.] — 126. *Atque exspectabo, dum venit.*] Futurum actum promittere voluit: non quo aliquis gestus sit exspectantis.

---

125. *Constituit.*] Ita And. I. 5. 34. Heaut. IV. 4. 4. [*Constituere alicui* vel *cum aliquo* est convenire cum aliquo de loco, tempore et negotio, ubi, quando et quare coeatur. Hec. I. 2. 120. *nam constitui, cum quodam hospite me esse illum conventuram.* ubi vid. Donatus. Titinius apud Non. Marcell. p. 406. *si rus cum scorto constituit ire.* Iuven. Sat. III. 12. *Hic ubi nocturnae Numa constituebat amicae.* Hanc verbi vim pulcre explicuit Gronovius Obss. I. 1.]

126. *Concedam hinc intro.*] Plautus, Pseud. I. 5. 158. Concedere *aliquantisper* hinc *mihi* intro *libet.*

ACTUS SECUNDUS.

SCENA PRIMA.

PHAEDRIA. PARMENO.

Ph. **Fác, ita ut iussi; déducantur ísti.** ***Pa.*** **Faciam.** ***Ph.*** **At díligenter.**
Pa. **Fiet.** ***Ph.*** **At matúre.** ***Pa.*** **Fiet.** ***Ph.*** **Sátin' hoc mandatúm 'st tibi?** ***Pa.*** **Ah!**

1. *Fac, ita ut iussi.*] Iam amatoriam multiloquium et vaniloquium continet ista actio: nam et repetit quod iam dictum est: et

---

2. *Satin' hoc mandatum 'st tibi?*] Formulae speciem habet, q. d. cave negligas mandatum. Plautus, Merc. II. 4. 27. *Satin' istuc mandatum est?*

Rogitáre? quasi difficile sit.
'Utinam tam aliquid invenire fácile possis, Phaédria,
Quam hóc peribit! *Ph.* 'Ego quoque una péreo, quod mi est cárius.
Ne istúc tam iniquo pátiare animo. *Pa.* Mínime: quin [ef]fectúm dabo.
Sed númquid aliud ímperas?
Ph. Múnus nostrum ornáto verbis; quód poteris: et istum aémulum,

V. 6. Bentl. corr. *Quin factum dabo*, ut versus sit trochaicus tetra-

---

id facit magis et odiose nimis. — 3. *Ah! rogitare? quasi difficile sit.*] Deest *vis*, vel *pergis:* ut sit, rogitare pergis? Vel *te*, si ipsum respicit: vel *hunc*, si aversus hoc dicit: ut sit, Ah, rogitare te? aut rogitare hunc? Et distinctione interposita, inferendum vultuose, quasi difficile sit id quod mandat. Ita et ineptiam nimiam circa hoc solliciti amatoris expressit: et ostendit nihil esse facilius, quam deducere ad meretricem munera: cum contra illud sit difficillimum, poscenti aliquid non dare. *Rogitare?*] Subauditur *te*. Ut sit, *mirum est te rogitare; quasi sit difficile complere quod iubes.* — 4. *Aliquid invenire facile possis.*] *Invenire*, acquirere. Sic Heautontim. *Non quaeris patri quo modo obsequare: et ut serves quod labore invenerit.* Nam ideo a praecedenti etiam *quaestus* dicitur. — 5. *Quam hoc peribit.*] Deest *facile:* ut sit, *Facile hoc peribit. Quod mihi est carius.*] Pro, *qui mihi sum carior.* Sed *ego* dixit absolute, occurrens huic pronomini *quod*. — 6. *Quin effectum dabo.*] *Quin* pro *immo*, ut in Heautontim. *Quin nolo mentiare.* — 7. *Sed numquid aliud imperas?*] In his servus nihil vult, nisi coactus facere, propter maiorem dominum; sic et alibi, *Iubesne?* inquit. responderet ei Chaerea, *Cogo atque impero.* — 8. *Munus nostrum ornato verbis.*] Ἡθικῶς non dixit *meum*,

---

5. *Peribit.*] Ita Heaut. III. 1. 77. Adelph. IV. 7. 25.

6. *Iniquo patiare animo.*] Ita Phorm. V. 1. 36.

7. *Munus nostrum ornato verbis.*] Primum dicit *nostrum*, uti Thraso infra III. 2. 15., tum vult munus suum commendari, et cum honore verborum offerri Thaidi. Eodem sensu Cicero, Off. II. 20. *Neque vero* verbis auget suum munus, *si quo forte fungitur, sed etiam extenuat.* Quinctilianus, Declam. XIII. 13. *Cum parvis mediocritate munusculis illa semper adiiceretur commendatio.* — *Quod poteris.*] H. e. quoad, quantum. Iustinus, XV. 1. Heaut. III. 1. 7. Vide Graevium ad Cic. Fam. I. 1. *Quod commodo rem facere possis.*

Quod póteris, ab ea péllito.
Pa. Mémini, tametsi núllus moneas. *Ph.* 'Ego rus ibo, atque ibi manebo.
Pa. Cénseo. *Ph.* Sed heús tu. *Pa.* Quid vis? *Ph.* Cénsen' posse me óbfirmare, et
Pérpeti, ne rédeam interea? *Pa.* Téne? non hercle árbitror.
Nam aut iám revertere: aút mox noctu te ádiget horsum insómnia.

meter catalecticus. Conf. Hermann. Element. Doctrin. p. 228. coll. 172. 175.

V. 9. Bentl. *ab ea pellito. Pa. Ah! Mem.* etc. Nimirum codd. *Au* interponunt.

---

quasi et Parmenonis sit. *Et istum.*] Id est, molestum et odiosum: nam hoc significat *istum.* — 9. *Ab ea pellito.*] *Ab ea*, ab eius animo. Et non, *pelli facito:* sed *pellito.* — 10. *Tametsi nullus moneas.*] Properat servus carpere vaniloquium domini. Et *nullus*, pro non. Sic in Hecyra, *Nullus dixeris. Plautus* in Trinumino, *Nullus credas. Ego rus ibo.*] Et hoc iam dictum est: sed ostendit, quam moleste id incipiat Phaedria. — 11. *Censen' posse me obfirmare, et perpeti.*] Arbitraris: ut *Censores*, qui morum alienorum habent summum arbitrium. Et ideo hunc putant non censere, quia ipsa desiderat fieri. *Posse obfirmare, et perpeti.*] Verba sunt desperantis; non *firmare*, sed *obfirmare:* non *pati*, sed *perpeti.* — 12. *Tene?*] *Te* quod ait, hanc vim habet, ut significet perditum amore Phaedriam esse. — 13. *Nam aut iam revertere.*] Modo *iam*, pro *statim. Te adigent horsum.*] Hoc est, ad urbem agent. *Insomnia.*] Vigiliae. Legitur et *adiget*,

---

11. *Censeo.*] *Censebant* proprie Senatores in curia sententiam de republica dicentes. Vide Brisson. Form. Lib. V. p. 162. Unde magnifice a servis comicis dictum. Plautus, Amph. III. 3. 11. *Iup. Ego rem divinam intus faciam, vota quae sunt. Sos.* Censeo. [Notent tirones *censeo* ironice hic esse negantis se censere; ut *audio* et similia. *Bentleius.*] — *Obfirmare et perpeti.*] Ita Heaut. V. 5. 8. Hec. III. 5. 4. Plautus, Amph. II. 2. 15. *feram et perferam usque Abitum eius animo forti atque* obfirmato.

13. *Insomnia.*] Intelligit ἐνύπνια, seu vigiliam. Suetonius, Calig. 50. *Incitabatur* insomnia *maxime.* Vide Comment. maiorem, et Cortium ad Sallust. Catil. 27. *Insomnia* in plurali sunt somnia.

Ph. Opus fáciam, ut defetíger usque, ingrátiis ut dórmiam.
Pa. Vigilábis lassus: hóc plus facies. *Ph.* Ah, nil dicis, Pármeno.
Eiíciunda hercle haec ést mollities ánimi: nimis me indúlgeo.
Tandém non ego illa cáream, si sit ópus, vel totum tríduum? *Pa.* Hui!

V. 16. Bentl. *hercle est haec m.* ex uno libro.
V. 17. *ĕgo ĭllā*, anapaestum esse monet.

---

ut sit *insomnia* numeri singularis. — 14. *Ut defetiger usque.*] Ordo est, *usque ut defetiger. Ingratiis ut dormiam.*] Id est, etiam invitus et coactus. Nam *ingratiis*, non *ultro* significat: quia ultronea ingrata sunt: *ingrata*, quae ab inimicis fiunt, ac recusantibus. — 16. *Nimis me indulgeo.*] *Me* sic veteres, quod nos *mihi* dicimus. Alibi, *Te indulgebant, tibi dabant.* — 17. *Tandem non ego illa caream, si sit opus, vel totum triduum?*] Sic coepit tanquam aliquid foret dicturus magnificum: non autem est *παρὰ προσδοκίαν:* sed vere amator magnum hoc putat. *Vel totum triduum?*] Magna professio virtutis, cum biduo sit opus, triduo posse durare. Et *totum triduum* dicit universum triduum,

---

14. *Opus faciam.*] Intelligit opus rusticum. Heaut. I. 1. 21. Adelph. IV. 1. 2. Ovidius, Remed. Am. 205. *Nocte fatigatum somnus non cura puellae Excipit, et pingui membra quiete levat.* — *Ingratiis.*] H. e. vel invitus. Proprie ablativus est adverbialiter usurpatus. Plautus, Casin. II. 5. 7. *Vobis invitis, atque amborum* ingratiis. Merc. II. 4. 11. *Tuis ingratiis.* Eodem sensu Propertius, III. 10. 25. *Dulciaque* ingratos *adimant convivia* somnos. [Comici semper dicunt *ingratiis*, alii scriptores *ingratis*. Cic. Verr. IV. 9. *dicent quae necesse erit ingratis.* Oudendorp. ad Apul. Met. I. p. 80.]

15. *Hoc plus facies.*] Sensus est, Tanto plus facies, dum lassus vigilabis. Heaut. I. 1. 22. — *Nihil dicis.*] H. e. quod dicis, nullius est momenti. And. II. 1. 14. Phorm. I. 4. 31.

16. *Eiiciunda mollities animi.*] Plautus, Casin. Prol. 23. Eiicite ex animo *curam atque alienum aes.* Lucilius apud Non. Eiicere *istum abs te quam primum et perdere* amorem. — *Nimis me indulgeo.*] Heaut. V. 2. 35. Lucilius, Lib. XXVIII. *Tu, qui* iram indulges nimis, *manus abstinere a muliere melius est.* [Cort. ad Sallust. Cat. 2. 9. quem laudat Ruhnk.]

'Universum triduum? vide quid agas. *Ph.* Stat sententia.

Pa. Dî boni, quid hoc morbi est? adeon' hómines immutárier

'Ex amore, ut nón cognoscas eúndem esse? hoc nemó fuit

Minus ineptus, mágis severus quísquam, nec magis cóntinens.

εἰρωνικῶς: quasi sit triduum in multo numero. — 18. *Vide quid agas.*] Sic dicitur magna aggredientibus. *Stat sententia.*] Et vultu et gestu magis spectabile quod dixit, *stat sententia:* vel maxime eo, quod tanto sonitu haec de se promittat Phaedria continuo rediturus, vel potius non accessurus ad villam: tantum autem aberit, quantum temporis opus est ad vitiandam virginem. — 19. *Quid hoc morbi est?*] Excusatio amoris, quando non culpa, sed morbus est. *Adeon' homines immutarier ex amore, ut non cognoscas eundem esse?*] More suo a plurali numero ad singularem se convertit. — 20. *Ut non cognoscas eundem esse?*] Non solent stulti induci adolescentes: et ideo ad amorem retulit stultitiam Phaedriae. — 21. *Minus ineptus, magis severus.*] Nisi enim hoc esset, quid esset, quod illum mulier praeferret militi? aut quid relinqueretur proprium personae militis, si et hic stolidus est? *Magis severus quisquam, nec magis continens.*] Animadverte ut amet *Terentius magis* addere positivo, potius quam comparativum facere. Nam, neque *severior*, neque *continentior*, tam valuit

---

18. *Vide, quid agas.*] Formula deterrentis. Ita infra V. 5. 22. Donat. ad Phorm. II. 2. 32. — *Stat sententia.*] Quodcumque firmiter decretum est, *stare* et *sedere* dicitur. Virgilius, Aen. II. 750. Stat, *casus renovare omnes.* Aen. IV. 15. *Si mihi non animo fixum immotumque* sederet. [*Stat sententia* i. e. decrevi. Ovid. Met. I. 243. *sic stat sententia.* Vid. Sigon. ad Liv. XXI. 29. 5. Etiam *stat* absolute sic dicitur. Cic. ad Att. III. 14. *neque adhuc stabat, quo potissimum.* Eodem modo dicitur *sententia* vel *consilium sedet.* Flor. II. 15. 9. et Duker. in ind. v. *sedere.*]

19. *Quid hoc morbi est?*] Amorem vocat *morbum.* Ita Plautus, Cistell. II. 75. *Gy. Bono animo es, erit isti* morbo *melius. Si. Confidam fore, Si medicus veniat, qui huic* morbo *facere medicinam potest.* Eodem sensu νόσος et νοσεῖν usurpantur Graecis. — *Immutarier ex amore.*] Ita Dido amore Aeneae capta, apud Virg. Aen. IV. 595. *Quid loquor? aut ubi sum? quae mentem insania* mutat?

20. *Hoc nemo fuit minus ineptus.*] Ita Plautus, Mostell. I. 1. 29. *Quo nemo adaeque iuventute ex omni Attica Antehac est habitus parcus, nec magis continens.*

Séd quis hic est, quí huc pérgit? at at! híc quidem est parasitús Gnatho
Mílitis: ducít secum una vírginem dono huíc. papae!
Fácie honesta. mírum, ni ego me túrpiter hodie híc dabo
Cúm meo decrepito hóc Eunucho. haec súperat ipsam Thaídem.

V. 22. *hic* corripitur, ut sit ibi anapaestus, monente Bentleio.

---

dicere, quam *magis severus*, et *magis continens*. — 22. *Hic quidem est parasitus Gnatho.*] Haec apud *Menandrum* in *Eunucho* non sunt, ut ipse professus est, parasiti persona et militis: sed de *Colace* translatae sunt. — 24. *Facie honesta.*] *Οὐσιονομία*, qua ostenditur amaturus Chaerea: siquidem hanc Parmeno ipse miratur. *Facie honesta.*] Sic *Virgilius: et laetos oculis afflarat honores.* Et mox idem: *Ita me Dii ament, honestus.* — *Ni ego me turpiter hodie hic dabo.*] *Ni dabo*, pro dedero. *Virgilius, Quamvis solus avem coelo deiecit ab alto.* — 25. *Cum meo decrepito hoc Eunucho.*] Facete *meo* ad parasitum retulit, cum pulchro munere venientem. Et praeparatio est ad ducendum Chaeream potius, quam deformem Eunuchum. *Decrepito hoc Eunucho.*] *Decrepiti* sunt dicti, quorum crepitu et plangore familiae fuerant iam conclamata funera. *Haec superat ipsam Thaidem.*] Hoc sic accipias, non vituperari Thaidem, sed tanquam *ὑπερβολικῶς* dici. Ideo addidit *ipsam*, quasi nimiae pulchritudinis. Et bene *ipsam*, propter quam datur.

---

23. *Secum una.*] Ita infra III. 5. 66. Heaut. V. 1. 34. Adelph. IV. 3. 7. IV. 7. 35. V. 9. 16. Hec. III. 4. 19. Phorm. III. 3. 23. Plautus, Mostell. IV. 3. 43. *I* mecum, *obsecro*, una *simul*.

24. *Ego me turpiter hodie hic dabo.*] Ita Cicero, Fam. VIII. 15. ex emendatione Graevii: *Usquequaque*, *inquies*, se *Domitii* male dant.

25. *Decrepito.*] Ita senem capularem vocat. Adelph. V. 8. 16. Plautus, Merc. II. 2. 20. *Quid tibi ego aetatis videor? Ly. Acherunticus*, *Senex*, *vetus*, decrepitus. Cicero, Coel. 16. *Tristis ac* decrepitus *senex*. Scaligero ad Plaut. Epid. V. 2. 1. *Decrepitus* dicitur a lucerna vel candela, quae ultimum exspirans crepitum edere solet, ut *decrepare* dicatur, quomodo *destertere* dixit Persius, Sat. VI. 10. Vide porro Vossii Etymolog.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA SECUNDA.

GNATHO. PARMENO.

Di immortales! hómini homo quid praéstat! stulto intélligens!
Quíd interest! hoc ádeo ex hac re vénit in mentém mihi.

Di immortales! homini homo quid praestat!] *In hac scena non stans, sed quasi ambulans persona inducitur. Constitit tamen aliquantulum, intuens spectatores, dum secum loquitur. Exprimit autem parasitum, et sub eius verbis corruptos mores in assentationem ostendit: prorsus ut honestae quoque personae in huiusmodi culpa invitae sint: ut alibi, Obsequium amicos, veritas odium parit.* — 1. *Di immortales!*] Hoc iam mire, et pro seculi ac temporum reprehensione satyrice *Terentius*, quod apud eum *stultum* vocat simplicem parasitus, et *intelligentem* malum. *Di immortales!*] Admirantis exclamatio est, cum parasiti gesticulatione. *Di immortales! homini homo quid praestat!*] Morata narratio a sententia incipi solet, quae dicitur προσδόκιον. *Homini homo quid praestat!*] Alii distinguunt, *Quid praestat stulto intelligens*, quia sic veteres loquebantur. — 2. *Quid interest!*] Hoc admirantis est,

1. *Homini homo quid praestat!*] Lucilius, apud *Non.* v. *Praestare: Si facies praestat facie, si corpore corpus.* Livius. XXXI. 7. *Dico, quantum vel vir viro, vel gens genti praestat.* Vide Cortium ad Sallust. Catil. cap. 1.

2. *Quid interest!*] Haec vel absolute dicta, et per admirationem; vel iunctim legendum, *stulto intelligens quid interest!* Lucilius, Lib. IX. *Nunc haec quid valeant*, quidve huic intersiet illud, *Cognosces.* Gellius, III. 14. *Quid dimidium dimidiato intersit.* Vide Periz. ad Sanct. Min. III. 6. — *Hoc adeo ex hac re venit in mentem mihi.*] Vocibus his, *venit in mentem*, vel nominativus additur, uti h. l. et infra V. 3. 1., vel genitivus. Phorm. I. 3. 2. Cicero, Fam. VII. 3. *Solet in mentem venire illius temporis*; subaudi, memoria; vel integra sententia. Plautus, Mil. IV. 8. 48. *Quum venit in mentem, ut mores mutandi sient.*

Cónveni hodie advéniens quemdam meí loci hinc atque órdinis,
Hóminem haud impurum, ítidem patria qui ábligurierát bona.
Vídeo sentum, squálidum, aegrum, pánnis annisque óbsitum.

et ideo sic pronuntiandum. — 3. *Conveni hominem.*] *Convenisse*, non vidisse tantum, sed etiam collocutum fuisse significat. *Mei loci atque ordinis.*] *Loci*, ingenuum: *ordinis*, pauperem. Illud natalium, hoc fortunae est. — 4. *Hominem haud impurum.*] Non dixit prodigum, quia hoc ipsum probat: sed non avarum, non improbum. Et sic laudamus eos, in quibus nihil est quod magnopere efferamus. *Itidem patria qui abligurierat bona.*] Hoc iocularí vultu dicitur. Et eleganter ex persona parasiti non culpatur quod comederit bona. *Abligurierat.*] Suavibus escis consumpserat. Nam ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ est *ligurire*. Et λιγυρὸν Graeci *suave* appellant. — 5. *Video sentum.*] Quam bene *video*, postquam dixit *conveni*. Et tempus mutavit et verbum. *Sentum.*] Horridum. *Sentum.*] Ad horrorem retulit. *Squalidum.*] Ad sordes. *Aegrum.*] Ad ma-

---

3. *Conveni.*] Obviam factus sum. And. II. 2. 31. *Mei loci hinc atque ordinis.*] Παραλλήλα sunt, h. e. meae sortis et conditionis. Magnifice autem dictum, quasi de homine primi ordinis et dignitatis. Cicero, Fam. XIV. 18. *Vos videte, quid aliae faciant* isto loco *feminae*. Donatus h. l. et ad vs. 10. sibi non constat. Vide Manut. ad Cic. Fam. XIII. 33. — *Hinc.*] H. e. ex hac urbe. And. V. 1. 14. infra V. 5. 10.

4. *Hominem haud impurum.*] Mediocris laus. Ita infra vs. 43. Refertur autem ad ingenium. Heaut. IV. 1. 16. Adelph. II. 1. 29. II. 4. 17. Phorm. II. 3. 25. V. 7. 9. 3. et notat passim sordidum et avarum. Phorm. I. 2. 33. — *Patria qui abligurierat bona.*] Cicero, Catil. II. 5. *Patrimonia sua profuderunt: fortunas suas* obligurierunt. Eodem sensu dixit Horatius, Serm. I. 2. 62. *Rem patris oblimare.* Sunt autem haec παρὰ προσδοκίαν a Gnathone dicta, quum spectatores crederent, fore ut laudaret hominem.

5. *Video sentum, squalidum, aegrum, pannis annisque obsitum.*] Eodem fere sensu Attius, Telepho: *Nam etsi opertus squalitate est, luctuque horrificabili.* Plautus, Menaechm. V. 2. 100. *Impurissimum, Barbatum, tremulum, Titanum* (an Tithonum?) *Cygno prognatum patre.* Martialis V. 53. 3. *Cum baculo peraque senem, cui cana putrisque Stat coma, et in pectus sordida barba cadit.* — *Sentum.*] H. e. horridum et incultum; qualia sunt loca vepribus et spinis obsita. Plautus, Truc. II. 1. 16. *Meretricem esse simi-*

Quíd istuc, inquam, ornáti est? quoniam míser quod habui, pérdidi. hem,
Quó redactus sum! ómnes noti me, átque amici déserunt.

V. 6. Bentl. ex codd. corr. *en* pro *hem*, conferens Virgil. Eclog. I. 72. Idem *istuc* in priore syllaba corripi monet.

---

ciem. *Pannis anniséque obsitum.*] Ad vestitum et ad tristitiam. Sed *pannis* et *annis* μωρολογίαι parasitorum sunt. *Pannis anniséque obsitum.*] Vel parasitica vernilitate καθ' ὁμοιοτέλευτον dictum: vel quia Homerus dixit, αἶψα γὰρ ἐν κακότητι βροτοὶ καταγηράσκουσιν, et est miseriae senium deditum. Unde huic magis tristitia gravitasque displicuit, aliena semper ab omnibus parasitis. *Annisque obsitum.*] Bene addidit *annis:* quia ut quisque miserior est, ita senior videtur. *Obsitum.*] Ut *sentum*, dixit *obsitum.* μεταφορὰ ab agro. — 6. *Quid istuc ornati? inquam.*] Scire nos convenit, cum recto casu profertur interrogatio, non esse contumeliosum. Ut si dicas, *Quis hic homo est?* Si autem in obliquo, contemptum significari; ut, *Quid hoc est hominis? quid mulieris? quid ornatus? Quid istuc ornati? inquam.*] *Ornatus*, τῶν μέσων est, ad dedecus et ad turpitudinem. Vel simpliciter hoc accipe, vel εἰρωνικῶς. Et *ornati*, ut *senati*, antiquus genitivus. *Quod habui, perdidi.*] Non dixit, id quod erat, comedi, aut consumpsi. — 7. *Hem, quo redactus sum!*] Vel habitum suum, vel corpus ostendens, hoc dicit. Nec quicquam hic, nisi ex media consuetudine collocatum est. *Omnes noti me, atque amici deserunt.*] Sententiose atque

---

lem sentis *condecet.* Virgilius, Aen. VI. 462. *Per loca* senta *situ.* Dixit autem *sentum, squalidum*, uti Plautus, Truc. V. 41. *Hunccine hominem te amplexari, tam* horridum atque squalidum? — *Pannis anniséque obsitum.*] Heaut. II. 3. 53. Plautus, Menaechm. V. 2. 4. consitus sum Senectute *onustum gero corpus; vires Reliquere; ut aetas mala, merx mala est tergo!* Virgilius, Aen. VIII. 307. *Ibat rex* obsitus aevo. Suetonius, Calig. 35. *Pannis obsitum.* Apuleius, Florid. I. *Spinis et pilis obsitus.*

6. *Quid istuc, inquam, ornati est?*] Plautus, Menaechm. I. 2. 37. *Qui istic est ornatus tuus?* — *Quod habui, perdidi.*] Ita Plautus, Pers. IV. 4. 91. *Quod habuit, id perdidit.*

7. *Quo redactus sum!*] Phorm. V. 7. 86. — *Noti.*] Active, qui me norunt. Phaed. I. 11. 1. *Virtutis expers, verbis iactans gloriam*, Ignotos *fallit*, notis *est derisui.* [*Noti* active dicuntur, qui me norunt. Cic. Verr. I. 7. *putabam non solum notis sed etiam ignotis probatam meam fidem esse.* Vid. Burmann. ad Petron. c. 112. p. 521. et Interpretes ad Auct. B. Hisp. c. 3.]

Hic ego illum contémsi prae me. Quid, homo, inquam, ignavíssime?
'Itan' parasti te, út spes nulla réliqua in te sít tibi?
Símul consilium cúm re amisti? víden' me ex eodem ortúm loco?
Qui color, nitór, vestitus, quaé habitudo est córporis!

V. 9. vett. editt. *siet*, quod certe ut monosyllabon pronuntiandum. Cod. Bembin. *eeset* habet, probante Faërno.

V. 11. Bentl. corr. *Qui color, qui nitor vestitus* etc.; ut *nitor* ultimam corripiat, sicut v. 6. *miser*.

---

mordaciter in mores. — 8. *Hic ego illum contemsi prae me.*] Hoc est illud, *Homo homini quid praestat! stulto intelligens!* — 9. *Itane te parasti.*] Quam obiurganter! tanquam in illo sit, quod miser est. Et alibi, *Nam nemo illorum quisquam, scito, ad te venit, Quin ita paret se, abs te ut blanditiis suis, Quam minimo pretio, suam voluptatem expleat.* Et hoc proprie verbum ad exprimendam inhumanitatem et ignaviam factum est. *Ut spes nulla reliqua in te siet tibi?*] Sententiose, ad illud quod et *Virgilius* ait, *Ponite: spes sibi quisque.* — *Ut spes nulla reliqua in te siet tibi?*] Bene, quasi qui rem a fortuna acceperit. — 10. *Simul consilium cum re amisti?*] *Virgilius*, ---- *nec, si miserum Fortuna Sinonem Finxit: vanum etiam, mendacemque improba finget.* Et *Sallustius*, *Neque Fortuna eget: quippe quae probitatem, industriam, aliasque bonas artes neque dare, neque eripere cuiquam potest.* Ergo haec interrogatio increpantis est: nec desiderat responsionem. Nam *consilium* in bonis animi: *res* in potestate fortunae. *Ex eodem ortum' laco?*] Ex eadem fortuna. — 11. *Qui color,*

---

8. *Homo.*] Ita solent per contemtum et risum. Plautus, Bacchid. V. 2. 86. *Quid ais tu homo?* Vide Burm. ad Phaed. V. 7. 32.

9. *Itan' parasti te.*] Supra I. 1. 2. Hecyr. I. 1. 11. Cicero, Tusc. V. 18. *Proinde* ita parent se *in vita, ut vinci nesciant.* [Plura dabit Bentl. ad Horat. Epist. I. 18. 112.] — *Spes nulla reliqua in te.*] Phorm. I, 2. 89.

10. *Simul consilium cum re amisti?*] Cicero, Coel. 32. *Hominem sine re, sine fide, sine ope, sine sede, sine fortunis.* Ovidius, Pont. IV. 12. 47. *Crede mihi, miseros prudentia prima reliquit, Et sensus* cum re consiliumque *fugit.*

11. *Color, nitor.*] Infra II. 8. 26. Ovidius, Heroid. III. 141. *abiit corpusque colorque.* *Nitor* ad pinguedinem refertur. Virgilius, Aen. III. 20. *superoque* nitentem *Coelicolum regi mactabam in*

'Omnia habeo, néquè quidquam habeo. Nil cum est, nihil defit tamen.
'At ego infelix, néque ridicalus ésse, neque plagás pati

nitor, vestitus, quae habitudo est corporis!] Hoc contra illud, *Video sentum, squalidum, aegrum, pannis annisque obsitum. Color* ergo ad *sentum: Nitor* ad *squalidum: Vestitus* ad *pannis annisque obsitum: Habitudo corporis*, ad *aegrum* refertur. *Quae habitudo est corporis!*] *Plautus*, in Epidico, *Corpulentior hercle, atque habitior.* — 12. *Omnia habeo.*] Ad *quod habui, perdidi. Neque quidquam habeo.*] Ad *mei loci atque ordinis hominem. Omnia habeo*, ad industriam retulit. *Neque quidquam habeo*, ad fortunae culpam. Et item denuo, fortunae crimen, *Nihil cum est*, ad suam laudem, *Nihil defit tamen. Omnia habeo, neque quidquam habeo.*] Alterum horum, neutrumve potest cuivis accidere: utramque nulli. *Nihil cum est, nihil defit tamen.*] Figura ὀξύμωρον. Ut apud *Virgilium*, ---- *Sequiturque sequentem.* Et *Cicero*, *Cum tacent, clamant.* — 13. *At ego infelix.*] Iam transit ἀπὸ τοῦ μιμητικοῦ πρὸς τὸ πραγτικόν. *At ego infelix, neque ridiculus.*] Vehementer invectus est in tempora et mores poëta sub hac persona, in qua hominem ita indu-

---

littore taurum. Phaed. III. *7.* 4. *unde sic, quaeso,* nites? *Aut quo cibo fecisti tantum corporis?* ubi vide Burm. — *Habitudo.*] Praestantem corporis speciem notat. Quo sensu et *habitus* usurpatur. Cicero, Coel. 24. *Integerrima aetate, optimo* habitu, *maximis viribus.* Vide Comment. maiorem, et infra II. 3. 23.

12. *Omnia habeo, neque quidquam habeo.*] Ὀξύμωρον videtur. Curtius IX. 3. *Omnium victorum omnium inopes sumus.* Ita fere Apostolus 1 Corinth. VIII. 9. et 2 Corinth. VI. 10. — *Nihil cum est, nihil defit tamen.*] H. e. deficit. Hec. V. 2. 1. Phorm. I. 3. 10. Curtius, IV. 1. *Hae manus suffecêre desiderio meo:* nihil defuit.

13. *Neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.*] Duplex olim parasitorum genus erat; unum, quod ridiculis dicteriis cibum captabat, qui et ipsi *ridiculi* dicti. Plautus, Capt. III. 1. 10. *Ita iuventus iam* ridiculos *inopesque abs se segregat.* Eosdem Iuvenalis notat, Sat. III. 152. *Nil habet infelix paupertas durius in se, Quam quod* ridiculos *homines facit.* Vide omnino Burm. ad Petron. cap. 44. Iidem Graecis γελωτοποιοὶ dicti. Alterum, quod verbera, aliasque indignitates ultro patiendo victum quaeritabat. Hi *plagipatidae* dicti Plauto, Capt. I. 1. 20. Mostell. II. 1. 12. Adde Comment. maiorem.

Pósum. Quid? tu his rébus credis fíeri? tota erras via.
'Olim isti fuit géneri quondam quaéstus apud seclum prius.
Hóc novum est aucúpium: ego adéo hunc primus inveni viam.
'Est genus hominum, qui ésse primos se ómnium rerúm volunt,
Néc sunt: hos conséctor. Hisce ego nón paro me ut rideant;
Séd his ultro arrídeo, et eorum ingenia admirór simul.

cit poenitere prohibitis suae, ut se infelicem, non honestum dicat. Et, non *nolo:* sed, *non possum.* — 14. *Quid? tu his rebus credis fieri?*] Dum quis ridetur, aut vapulat. *Tota erras via.*] *Παρόμοιον* per *μεταφοράν.* — 15. *Apud seclum prius.*] Scilicet cum essent tempora meliora. — 16. *Hoc novum est aucupium.*] Vide quid intersit, cum illud *quaestum* dicat, hoc *aucupium*: illud de sapientibus, hoc de stultis. *Inveni viam.*] Adeo novum est aucupium. — 17. *Est genus hominum.*] Quia multi sunt huiusmodi, non dixit, *homines sunt*, sed, *est genus hominum.* — 18. *Hisce ego non paro me ut rideant.*] Quia ille dixerat, *Ego infelix neque ridiculus esse, neque plagas pati possum.* — 19. *Sed his ultro arrideo.*] Quid est, *his arrideo?* aut veluti pareo, id est, obsequor: aut veluti dictis

14. *Tota erras via.*] Aristophanes, Pluto 162. proprie: *ἢ τῆς ὁδοῦ τὸ παράπαν ἡμαρτήκαμεν; An aberravimus a toto via?* Lucret. II. 18. *Avius a vera longe ratione vagaris.* [*Quondam* est aliquando, quam vocis significationem exemplis illustrat Heinsius ad Ovid. Epist. XVII. 71.]

16. *Aucupium.*] Modus captandi quaestus. Eodem fere sensu dixit Plautus, Mil. IV. 3. 43. *Viden' tu illam oculis venaturam facere, atque* aucupium *auribus?* IV. 1. 9. *Circumspicito dum, ne quis nostro hic* auceps *sermoni siet.* IV. 2. 5. *Qui* aucupet *me quid agam.* — *Inveni viam.*] H. e. agendi rationem. Virgilius, Aen. IV. 478. *Inveni, germana, viam.* Iustinus, I. 10. *Ipsi igitur* viam invenerunt, *qua de se iudicium religioni et fortunae committerent.*

17. *Esse primos se omnium rerum volunt.*] Vide notata ad And. IV. 5. 2. Dixit vero *omnium rerum* phrasi poëtica. Ovid. Art. Am. I. 213. v. Gronov. Obss. IV. 15.

19. *Arrideo.*] Dicta laudo, et cum risu prosequor. Adelph.

Quidquid dicunt, laúdo: id rursum sí negant; laudo id quoque. 20
Négat quis? nego: ait? aio. Postremo imperavi egomét mihi
Omnia assentári. Is quaestus núnc est multo ubérrimus.

delector. Atque *arrideo*, non sicut in parasitis fieri solet, ut his arrideatur a regibus, quum potius ipsi dictis, factisque rideant alienis, hic esse intelligendam, etiam res ipsa indicat ex contrario. Nam quod ait supra, *His ego non paro me ut rideant:* hoc e contrario ostendit, quod subiiciatur ex dictis: *Sed his ultro arrideo.*] *Ultro*, versa vice, an prior? an etiam insuper, hoc est, ultra. *Admiror simul.*] Plus intulit, quam si *laudo* dixisset. — 20. *Quidquid dicunt.*] Non, *quod dicunt:* sed *quidquid dicunt*, id est, bene vel male: ne vel si interclusa fuisset assentatio, se impediat, quod contrarium laudaverit. *Id rursum si negant, laudo. id quoque.*] Praeclare *Terentius*, quod a satyrico de aliis diceretur, id hic de se dicentem inducit, facetius multo, quam si aliter fecisset: scilicet καθαιτόμενος mores temporum iam tum vitiatos per assentationem: quod fere in plerisque fabulis monstrat. Ut etiam in Andria: *Nam hoc tempore obsequium amicos, veritas odium parit.* Et in Adelphis: ---- *quod te isti facilem et festivum putant, Id non fieri ex vera vita: neque adeo ex aequo et bono: Sed ex assentando, indulgendo, et largiendo.* — 21. *Negat quis? nego.*] Bene sic dixit: *negas* et *ais* contraria sunt. Ut *Plautus* in Rudente, *Vel tu ais, vel tu negas.* — 22. *Is quaestus nunc est multo uberrimus.*] Quam

---

V. 4. 10. Horatius, Arte poët. 101. *Ut ridentibus* arrident, *ita flentibus adflent.*

20. *Quidquid dicunt, laudo.*] Contra Cicero, Fam. 8. *Dicebant, ego negabam.*

21. *Negat quis? nego. ait? aio.*] Laudat Cicero, Lael. 25. Eleganter autem *aio* et *nego* sibi opponuntur. Ita And. V. 4. 5. et mox infra IV. 4. 46. Plautus, Menaechm. I. 2. 52. *Me. Sed quid ais? Pe. Egone? Id enim quod tu ais, id* aio, *atque id* nego. Eodem fere sensu dixit Martialis, XII. 40. *Mentiris? credo. recitas mala carmina? laudo. Cantas? canto. bibis, Pontiliane? bibo.* — *Imperavi egomet mihi.*] *Imperat sibi*, qui statuit facere quid, quod nisi ratione quadam motus sponte facturus non erat. Cicero, Fam. VIII. 12. *Quum homo avarus, ut ea solveret*, sibi imperare *non posset.* [Confert Ruhnken. Coel. Cic. ad Div. VIII. 9. *Amabo te, impera tibi hoc curae.* Curt. V. 7. *Imperaverunt sibi ut crederent.* Senec. de Ira II. 12.]

22. *Quaestus multo ubertimus.*] Ita Plautus, Pseud. V. 2. 10. *Massici montis* uberrimos *quatuor fructus ebibere in una hora.*

Pa. Scítum hercle hóminem! hic hómines prorsum ex stúltis insanós facit.
Gn. Dum haec lóquimur, intereá loci ad macéllum ubi advenímus;
Concúrrunt laeti mi óbviam cupédinarii ómnes, 25

V. 25. Bentl. *cuppediarii*, quia a cuppediis denominentur.

---

ille apud seculum prius fuerat. Et vide quemadmodum illiberalem vitam honestiore nomine primo *aucupium*, post etiam *quaestum* nominaverit. *ΠΟΠΟΚΑΡΗC* hic inducens. — 23. *Scitum hercle hominem!*] Mire *Terentius* longae orationi interloquia quaedam adhibet, ut fastidium prolixitatis evitet; velut nunc Parmeno procul audiens Gnathonem, haec loquitur. — 24. *Interea loci.*] Duae partes orationis, cum coniunctae unam fecerint, mutant accentum. — 25. *Concurrunt laeti mi obviam.*] Et multos, et properos uno verbo ostendit, et ex adverso ad se festinantes. *Cupedinarii.*] Varro Humanarum Rerum: *Numerius Equitius Cupes*, inquit, *et Romanius Macellus, singulari latrocinio multa loca habuerunt infesta. His in exilium actis publicata sunt bona, et aedes, ubi habitabant, dirutae: eque ea pecunia scalae Deum Penatium aedificatae sunt. Ubi habitabant, locus, ubi venirent, ea quae vescendi causa in urbem erant allata. Itaque ab altero Macellum, ab altero Forum Cupedinis appellatum est. Cupedinarii.*] Omnes qui esculenta et poculenta vendunt, a rebus cupedinis ob alimentum *cupedinarii* appellantur. Et ipse

---

Vim autem superlativi augent etiam *multo* et *longe*. Heaut. IV. 8. 1. Vide ad And. III. 2. 46. [*Omnia* adverbialiter pro *per omnia*. Senec. Consol. ad Marc. c. 25. *tramites omnia plani.* ubi vid. Gronovius. Sic dicitur *cuncta*, *caetera*, *alia*. Vid. Heinsius ad Claudian. Stilich. I. 29. et Bentleius ad Horat. Epist. I. 10. 3.]

23. *Ex stultis insanos facit.*] Ita Plautus, Amph. II. 2. 72. *Ex insana insaniorem facies.*

24. *Interea loci.*] H. e. interea temporis. Supra I. 2. 46. Heaut. II. 3. 16. Plautus, Menaechm. III. 1. 1. Et ita adverbia loci pro adverbiis temporis usurpantur. — *Macellum.*] Gr. μαγειρεῖον, quod est a μάγειρος, coquus. Sed vide Vossii Etymologicon. Errat Donatus. Cibi autem cum crudi, tum cocti et carnium et piscium in macello olim vendebantur. Quare Caesar *opulum pronunciatum populo in filiae memoriam* macellariis *oblocavit*. Suet. Caes. 26. Theophrastus tamen, Charact. cap. 6. distinguit inter τὰ μαγειρεῖα, ἰχθυοπωλεῖα et ταριχοπωλεῖα.

25. *Cupedinarii.*] Explicat Donatus. Lampridius, Heliogab. 30. *Pinxit se ut* cupedinarium, *ut seplasarium*, *ut popinarium*.

Cetárii, lánii, cóqui, fartóres, piscatóres, [aúcupes:]
Quibus ét re salva, et pérdita profúeram, et prosum saépe.
Salútant: ad coenám vocant: advéntum gratulántur.
Ille úbi miser famélicus vidét me ésse in tanto honóre, et

V. 26. Bentl. recte cum Faërno *aucupes* ablegat, quos nec liber Bembinus, nec Donatus, nec Cicero tuentur.

subiecit, qui accipiendi sunt *cupedinarii*. — 26. *Cetarii.*] Qui cete, id est, magnos pisces venditant, et bolonas exercent. *Lanii.*] Qui laniant pecora: unde et *lanistae* dicti, qui laniandis praesunt gladiatoribus. Sic et *macellum* a mactandis pecoribus dictum. *Piscatores.*] Qui recentem piscem praebent. — *Fartores.*] Qui insitia et farcimina faciunt. *Cetarii, lanii, coqui, fartores.*] Ἀμφίγημα comicum: in Palliata Romanas res loquitur. — 27. *Quibus et re salva.*] Cum de meo impenderem. — *Et perdita profueram.*] Cum de alieno nanciscor et expendo. *Saepe.*] Expletivae significationis est. — 28. *Ad coenam vocant.*] Utrum ad emendam coenam? an ad conviviuni? *Adventum gratulantur.*] Accusativum casum pro dativo, pro *adventui gratulantur.* Et *adventus* proprie expectatorum, necessariorumque dicitur. — 29. *Ille ubi miser famelicus videt me.*] Hic ostendit, quae res coëgerit ad discendum: et simul vide secundum vulgi opinionem loqui parasitum.

26. *Cetarii.*] De his ita Nonius Marcellus: Cetarii *genus est piscatorum, quod maiores pisces capit. Dictum ab eo, quod* cete *in mari sunt maiora piscium genera.* — *Coqui.*] Hi macéllum frequentabant, atque inde conducebantur ab iis, qui lautiores epulas adparabant. Plautus, Aul. II. 4. 1. *Postquam obsonavit herus, et condusit* coquos. — *Fartores.*] Hi dicti, quod aves farcirent, h. e. saginarent et altiles facerent. *Anseres farcire* dixit Cato, R. R. cap. 89. Columell. VIII. 7. — *Aucupes.*] Cicero, Offic. I. 42. laudans hunc Terentii locum, *Aucupes* omisit, errore, ut videtur, memoriae. [Imo recte, ut metri rationes docent.] Praeivit Plautus, Trin. II. 4. 5. *Piscator, pistor abstulit, lanii, coqui, Olitores, myropolae,* aucupes. Adde Horatium, Sat. II. 8. 226. seqq.

27. *Re salva et perdita.*] Plautus, Trin. III. 1. 8. *Tantum' in* re perdita, Quam in re salva, *Lesbonivus fiotur est frugalior?*

28. *Ad coenam vocant.*] Vide And. II. 6. 22. — *Adventum gratulantur.*] Ita Plautus, Stich. IV. 1. 61. *Sed ego ibo intro, et* gratulabor *vostrum* adventum *filiis.*

29. *Esse in tanto honore.*] Vide de hac locutione Cortium ad Sallust. Catil. 19. n. 3. [*In tantum honorem* (sic enim vulgo) pro

Tam facile victum quaérere: ibi homo coépit me ob-
secráre,
Ut sibi liceret díscere id de mé: sectari iussi,

Miserum et *famelicum*, hominem honestis moribus praeditum. *Illi, ubi miser famelicus videt me.*] Vide ut sententiosa demonstret malos ex bonis contagione fieri, exemplis in pravum praevalentibus. Videt mihi hoc prodesse, et discere optat, quod negabat se posse. *In tanto honore.*] Quia *concurrunt, salutant. Famelicus.*] A fame et edendo dictus est, quasi *famedicus*. — 30. *Tam facile victum quaerere.*] Quia ad coenam vocant. *Ibi.*] Pro *tunc*. *Homo.*] Mire addidit *homo*. Aut additum supervacue *homo*. Ut, *Donat habere virum, decus et tutamen in armis*. — 31. *Ut sibi liceret discere.*] Quasi disciplinam, aut artem. Tantum auctoritatis criminum felicitas sumpsit. *Discere id de me.*] Magis, *de illo*, et *de me*, veteres dicebant: quam ut nos dicimus *a me*, aut *ab illo*. — *Sectari iussi.*] Proprie. Nam et *sectae* Philosophorum

---

in tanto honore. Nam Veteres saepe accusativum pro ablativo ponunt. Vid. Gellium I. 7. Sic Cicero promiscue dixit *esse in potestatem* et *esse in potestate*. Hirt. B. G. VIII. 8. *in conspectum hostium exercitum adducit*. ubi vid. Davis. Liv. XXX. 10. *in animum habere*. Vid. Berger. de natural. pulcritudine orationis p. 85. et Interpretes ad Liv. II. 14. 4.]

30. *Tam facile victum quaerere.*] H. e. acquirere, invenire. Dixit autem *facile* pro commode, abundanter. Adelph. III. 4. 56. Plautus, Curc. V. 2. 6. *Propter eas vivo* facilius. Phaedrus, III. 7. 13. *Quanto est* facilius *mihi sub tecto vivere?* ubi vide Burmannum; et Graevium ad Cic. Fam. III. 12. — *Homo.*] Quasi cum commiseratione dictum. Phaedrus, II. 2. 7. *Capillos* homini *legere coepere invicem*. — *Coepit me obsecrare.*] Vide ad And. III. 2. 13.

31. *Sectari iussi.*] Simul magnifice et proprie loquitur, respiciens morem veterum Philosophorum, qui docentes praeibant, discipulis pone sequentibus. Unde et *secta* a sequendo seu sectando dicta. Plautus, Pers. II. 1. 5. *Nam equidem te iam sector quintum hunc annum; quum interim, credo, Cucus si in ludum iret, potuisset fieri, ut probe literas sciret.* Suetonius, de Clar. Rhet. cap. 4. *Obiicientibus sibi, quod in republica administranda potissimum consularis Isaurici* sectam sequeretur, *Malle respondit Isaurici esse discipulus, quam Epidii calumniatoris.*

Si pótis est, tanquam Philosophorum habent disciplinae ex ipsis
Vocábula, Parasíti item ut Gnathónici vocéntur.
Pa. Viden', ótium, et cibus quíd faciat aliénus? *Gn.* Sed ego césso
Ad Thaídem hanc deducere, et rogitáre ad coenam ut véniat? 35
Sed Pármenonem ante óstium Thaidis tristem vídeo,

V. 32. Bentl. *habént discípuli ex ipsis.* Codd. plerique *disciplinam* vel *disciplinae.* Duo Regii *discipuli.*

V. 35. Bentl. *rogare*, ex codd. suis.

V. 36. claudicare omnes sentiunt. Muretus pro Thaidis voluit *meretricis.* Alii post *Thaidis* inferciunt *ego.* Sed ita *Thaidis* primam corriperet. Bentleius corrigit: *ante ostium opperiri tristem video.* Hermannus Element. Doctr. Metr. p. 151. emendat: *Sed Pármenonem ante óstium hic Thaidis tristem vídeo*, nt in quarto pede pyrrhichius sit (*tium*) elisione propter caesuram neglecta.

---

ab eo dictae sunt. — 32. *Ex ipsis.*] Philosophis scilicet. *Ex ipsis vocabula.*] Ut Pythagorica, Platonica. Hoc igitur non est consequens ad illud, quod vult dicere; nisi forte *disciplinam* pro *discipulis* posuerit. — 33. *Parasiti item ut Gnathonici vocentur.*] Non hoc intulit, quod coeperat dicere: nisi forte *disciplinam* pro *discipulis* accipimus. — 34. *Viden', otium et cibus quid faciat alienus?*] Rursus Parmeno et facetias dicit, et distinguit longiloquium parasiti. *Quid faciat.*] Legitur et, *quid facit:* ut sit figura per modos, pro, *quid faciat.* — 35. *Hanc deducere.*] Proprie. Nam *ducitur* quis ad supplicium: *deducitur* ad laetitiam. *Et rogitare ad coenam.*] Vide parasitum magis optare ad coenam Thaidem vocari, quam munus capere. — 36. *Thaidis.*]

---

32. *Disciplinae.*] H. e. scholae. Cicero, Fin. III. 11. *Praeter enim tres disciplinas, quae virtutem a summo bono excludunt, ceteris omnibus Philosophis haec est tuenda sententia.* [*Disciplina* exquisite ponitur pro secta. Cic. de N. D. I. 7. *tres trium disciplinarum principes convenisse.* Lactant. II. 8. *ut Epicurus nomine suo constitueret disciplinam.* Bentleius e mss. legit *tanquam philosopharum habent discipuli ex ipsis vocabula*, quod praeferendum videtur.]

33. *Parasiti.*] Vide supra ad Vs. 26.

34. *Otium et cibus alienus.*] Id vocat Iuvenalis, Sat. V. 2. aliena vivere quadra. Phaed. III. 7. 14. *Otiosum largo satiari cibo.*

Rivális servum. sálva res est: nimírum hîce hómines
frígent.
Nebulónem hunc certum 'st lúdere. *Pa.* **Hice hoc**
múnere arbitrántur
Suam Thaídem esse. *Gn.* **Plúrima salúte Parmenónem**

V. 37. metri causa cum Bentleio dedimus *hice homines* pro vulg. *hic homines.*

Legitur et *Thais.* — 37. *Salva res est.*] Quia et ante ostium, et tristem video, *salva res est.* Nec hoc valet ad laetitiam, quod Parmeno est, sed quod rivalis servus. *Salva res est.*] Proverbialiter. — 38. *Nebulonem.*] Vel furem, quia nebulas obiiciat: vel mollem, ut nebulam: vel inanem et vanum, ut nebula est. *Hice.*] Pro *hi*, vetuste. *Virgilius*, *His certe neque amor causa est: vix ossibus haerent.* Quia *hisce* debebat dicere. *Hice hoc munere arbitrantur.*] Non immerito Gnathonem deridet Parmeno, qui penitus

---

37. *Rivalis.*] Explicat Donatus infra, V. 9. 42. Sunt autem *rivales* proprie eodem rivo utentes pastores, aliique. Inde ob rixas inde ortas vox ad amores translata. Plautus, Stich. III. 1. 30. *Eadem est amica ambobus: rivales sumus.* — *Salva res est.*] Formulae species. Adelph. IV. 5. 9. Plautus, Capt. II. 2. 34. — *Hic homines frigent.*] *Frigere* et *frigus* de amissa gratia usurpantur, Cicero ad Q. Fr. III. 8. *Memmius in adventu Caesaris habet spem; in quo illum puto errare: hic quidem* friget. Seneca, Epist. CXXII. *Et amicitia Tiberii notus est, et* frigore. [*Frigent* h. e. parum gratia valent. Ut vigens amor et gratia calori, sic eadem languescens et remissa frigori assimilatur. Hor. Serm. II. 1. 62. *ne quis amicus frigore te feriat*, i. e. gratiam tuam extinguat. Sueton. Aug. c. 66. *ex levi frigoris suspicione.* ubi vid. Interpretes. Sic Leg. 32. §. 12. Pand. de donat. inter vir. et uxor. *frigusculum* est amor remissus inter virum et uxorem; de qua voce vid. Duker. de Latinit. Vet. ICt. p. 403. Sic *frigere* etiam dicuntur oratores, musici et actores, qui non placent audientibus. Cic. Brut. c. 50.]

38. *Nebulonem hunc certum est ludere.*] Plaut. Amph. I. 1. 109. *Certum est hominem eludere.* — *Hoc munere.*] H. e. ob hoc munus. Catullus, XIV. 1. *Ni te plus oculis meis amarem, Iucundissime Calve*, munere isto *Odissem te odio Vatiniano.*

39. *Plurima salute Parmenonem impertit.*] Lucilius apud Non. v. *Impertit: Sospitat*, impertit salutem plurimam *et plenissimam.* Plautus, Epid. I. 2. 23. *Advenientem peregre herum suum Strasippoclem Salva* impertit *salute servus Epidicus.*

Summúm suum impertít Gnatho. Quid ágitur? *Pa.*
Statur. *Gn.* Vídeo. 40
Numquídnam quod nolís, vides? *Pa.* Te. *Gn.* Cró-
do: at numquid áliud?
Pa. Qui dúm? *Gn.* Quia tristi's. *Pa.* Níl quidem.
Gn. Ne sís: sed quid vidétur
Hoc tíbi mancipium? *Pa.* Nón malum hercle. *Gn.*
Uro hóminem. *Pa.* Ut falsus ánimi 'st!

V. 41. Bentl. ex codd. *Num quidnam hic quod etc.*

V. 42. vulgo *tristis es* scribebatur, quod mutavit Bentl. v. Andr. IV. 2, 19.

V. 43. Bentl. *animi es*, ex tribus codd. Nisi forte Parmeno haec loquitur ad spectatores conversus, ut *falsus animi* sit *dolosus, fraudulentus.* Vulgo explicant ut *fallitur*, quod secutus est etiam Ruhnkenius.

---

noverit meretricis consilium. — 40. *Summum suum.*] Ἔλλειψις. *Summum suum impertit Gnatho.*] Haec tota locutio parasiticae elegantiae, et simul *εἰρωνείας* plena est. Nam et plurimam dicit ei salutem, quem ne exiguam quidem velit continere: et *summum* dicit eum, qui nec levis amicus sit sibi: et *Parmenonem Gnatho*, non *ego te. Summum suum.*] Quam venuste, quod summum amicum non resalutet Parmeno. — *Quid agitur?*] Pro blandimento, non pro interrogatione nunc ponitur. Ut; *O noster, quid fit? quid agitur? Quid agitur? statur.*] Pro, *quid agis? sto.* Et facete: nam stat, cui ingredi non licet. — 41. *At numquid aliud?*] Cum iurgio hic de illo respondit. Et ideo repetit dictum Gnatho. — 42. *Qui dum?*] Interrogat interrogantem, ne ipse respondeat. *Nihil equidem.*] Dicens *nihil* mutavit vultum Parmeno in laetitiam: Ideo illi facete Gnatho agenti hoc ipsum, *ne sis*, dixit: ut probaret tristem fuisse. — *Nihil equidem.*] Pro *non.* Ut infra, *Nihil dixit, ut sequerer se.* — 43. *Hoc tibi mancipium?*] *Ταπείνωσις. Mancipium* dicit puellam, aut virginem. *Non malum hercle.*] Inimica laudatio. *Uro hominem.*] Sibi hoc gestu et vultu parasitico dicit. Et pro eo quod est, dolere cogo. *Ut falsus animus est!*] Similiter et Parmeno secum gestu servili. Et *animi* pro *animo*, *ἀντίπτωσις* veterum: qui *ingens es virium*, et,

---

40. *Summum.*] Ita Adelph. III. 2. 45. — *Quid agitur? Pa. Statur.*] Ita Plautus, Pseud. I. 5. 42. *Si. Salve.* quid agitur? *Ps.* Statur *hic ad hunc modum.*

43. *Mancipium.*] Servos servasque in bello captos, atque a republica emtos proprie *mancipia* dixerunt. Vide Comment. maiorem. —

Gn. Quam hoc múnus grátum Thaídi arbitráre esse?
Pa. Hoc nunc dícis,
Eiéctus hinc nos: ómnium rerum, heús, vicissitúdo est.
Gn. Sex égo te totos, Pármeno, hos menses quietum
réddam.
Ne súrsum deorsum cúrsites, neve úsque ad lucem vígiles.
Ecquid beo te? *Pa.* Mén'? papae! *Gn.* Sic sóleo
amicos. *Pa.* Laúdo.
Gn. Detíneo te fortásse: tu proféctus alio fúeras.

V. 49. Bentl. distinxit: *Detineo te: fortasse tu* etc.

---

dives es opum, amabant dicere. *Ut falsus animi est!*] Ex hoc falsus animi est, quod putat huiusmodi munere capi posse Thaidem. — 44. *Quam hoc munus gratum Thaidi.*] Mire insultat Gnátho. Quanto enim magis munus gratum fuerit, tanto erit rivalis exclusior. — 45. *Omnium rerum, heus, vicissitudo est.*] Vide locum, in quo erumpere dolor Parmenonis potuit, nisi commissa servaret, et celaret Thaidis consilium. — 46. *Sex ego te totos.*] Quid est *totos?* an diebus et noctibus? utpote amatoris servum: ac per hoc sine ulla cessatione et intermissione. *Hos menses.*] Hos, qui nunc aguntur, id est hoc tempore. *Quietum reddam.*] Facete; quasi hoc ipse fecerit. Et hoc est quod ait, *Plurima salute Parmenonem summum suum impertit Gnatho:* tanquam amico consulat. — 47. *Ne sursum, deorsum cursites.*] Quod est laboris. *Neque usque ad lucem vigiles.*] Quod est exitii. — 48. *Sic soleo amicos.*] Hoc εἰρωνικῶς. — 49. *Detineo te.*]

Non malum.] Mediocriter laudandi formula. Plautus, Rud. Prol. 35. *Senex, qui huc Athenis exul venit,* haud malus. — *Ure hominem.*] Haec ad spectatores convèrsus dicit Gnatho. Quae vero molestiam nobis creant, *urere* dicuntur. Infra III. 1. 48. Florus II. 6. 2. Urebat *nobilem populum ablatum mare, captas insulas, dare tributa, quae iubere consueverat.* [ubi Duker.]

45. *Heus.*] Hanc particulam solent praemittere sententiam pronunciaturi. Ita Heaut. II. 3. 72. — *Omnium rerum vicissitudo est.*] Horat. Carm. II. 10. 17. *non, si male nunc, et olim Sic erit.* Epod. XV. 23. *Ehen translatos alio maerebis amores, Aut ego vicissim risero.*

47. *Sursum deorsum.*] Respicit clivosum Athenarum situm. Adelph. IV. 2. 45. Hec. III. 1. 35.

48. *Ecquid beo te?*] Quem laeto nuncio impertimus, *beare* dicimur. And. I. 1. 79. Plautus, Asin. II. 2. 66. *Li. Taceo. Le.* Beas.

49. *Detineo.*] Moror. Cicero, Resc. Amer. 7. *Ne diutius vos*

Pa. Nusquám. *Gn.* Tum tu igitur páululum da mi
óperae: fac ut admíttar
Ad íllam. *Pa.* Age modo, nunc tíbi patent fores
haé, quia istam dúcis.
Gn. Num quem évocari hinc vís foras? *Pa.* Sine,
bíduum hoc praetéreat:
Qui míhi nunc uno dígitulo forem áperis fortunátus,
Nae tu ístanc, faxo, cálcibus saepe insultabis frústra.

V. 51. Bentl. metri gratia corr. *patet foris haec.* Sic *foris* singulari numero Adelph. II. 3, 11. Idem vers. 53. *forem* restituit. Olim erat *fores*, metro corruente.

V. 54. Bentl. corr. *istanc faxo.* Vulgo *istas.*

Valde teneo. *Fortasse tu profectus alio fueras.*] Vult exprimere confessionem, quod ad Thaidem venerit, sed intrare non posit. — 50. *Paululum da mihi operae.*] Hoc quasi supplicantis vultu ad irrisionem dicitur. *Paululum da mihi operae.*] Proprie sic dicitur, *adiuva me.* Sic in Adelphis, *Haec opera ut data sit.* — 51. *Nunc tibi patent fores hae.*] Ex eo quantum licere oportuit ostendit, *quam misere nihil liceat Parmenoni. — *Quia istam ducis.*] Hoc quasi ad Gnathonem, sed lente, ac sub lingua murmurat. — 52. *Num quem evocari foras?*] Quia ipse intrare non potest. *Sine, biduum hoc praetereat.*] Et hoc lentius. Nam si aliter pronuntiaveris, secreta produntur. — 53. *Qui mihi.*] *Mihi*, τῷ ἀττικισμῷ dictum est. *Fortunatus.*] Ut ipse videris tibi. — 54. *Nae tu.*] *Nae, valde. Nae tu istas, faxo, calcibus.*] Mira eloquentia, in qua utraque ὑπερβολὴ ex-

---

teneam, *iudices.* — *Profectus.*] *Profectus* dicitur etiam de eo, qui incipit proficisci. Vide Gotl. Cortium ad Sallust. Iug. 102. Plautus, Aul. I. 2. 40. *Nunc, quo* profectus sum, *ibo.* Et dicuntur proficisci, qui in urbe e domo in domum eunt. Vide And. III. 4. 21. [*Nusquam* hic de motu ad locum dicitur. Adelph. II. 2. 38. *nusquam abeo.*]

50. *Paululum da mihi operae.*] H. e. adiuva me. Heaut. III. 1. 102. Adelph. IV. 1. 14. Phorm. I. 2. 37. Plautus, Aul. II. 2. 22. *Da mihi operam parumper.* [v. Gronov. Lect. Plaut. p. 69.]

53. *Mihi.*] Παρέλκει, ornatus gratia. Phorm. V. 8. 21. Virgilius, Georg. I. 45. *Depresso incipias iam tum* mihi *taurus aratro Ingemere.* — *Uno digitulo.*] H. e. facillime, et nullo negotio. Trabea, apud Cic. Tusc. 31. *Lena delinita argento nutum observabit meum, Quid velim, quid studeam advenienc* digito *impellam ianuam; Fores patebunt.*

54. *Calcibus insultabis.*] Plautus, Poen. IV. 1. 8. *Incur-*

Gn. Etiámne tu hic stas, Pármeno? eho? numnam
hic relictus cústos,
Ne quís forte internúncius clam a Mílite ad istam
cúrs[it]et?
Pa. Facéte dictum. míra vero Míliti quae pláceant.
Sed vídeo herilem fílium minórem huc advenire.

V. 55. vulgo legebatur: *Etiam nunc hic stas* etc. Vett. editt. et aliquot codd. *Etiam tu hic stas.* Reposuit Bentl. *Etiámne tu hic stas.* Ex *ne* factum *ne*, i. e. *nunc.* cfr. Hecyr. III. 4, 16.

V. 56. Faërnus corr. *curset* ex cod. Bembino, probante Bentleio. Ita nascitur versus iambicus tetrameter catalecticus, quales sunt ceteri.

---

pressissima est. Nam neque *uno digitulo* minus aliquid dici potest: neque *calcibus saepe insultabis*, aut amplius, aut ingentius. *Insultabis fores.*] *Sallustius*, *Multos tamen ab adolescentia bonos insultavit.* — 55. *Numnam.*] Hic *nam* abundat: ut *quidnam. Relictus custos.*] Bene *relictus:* quasi ab excluso. — 56. *Ne quis forte internuncius.*] Proprie, *internuntius. Ne quis forte internuncius.*] Ex his verbis datur intelligi, parasitum e domo meretricia egredi. *Ne quis forte internuncius clam a milite ad istam curs[it]et?*] Et hoc facete: quasi ipse sibi Thaidem totam vindicaverit, quod miles facit. — 57. *Facete dictum.*] Εὐφυῶς, quasi inficete. *Mira vero militi quae placeant.*] *Mira*, pro *mirum. Virgilius*, *Nota tibi.* Et est ἰδιωτικὸν. Quid mirum est, inquit, facete loqui eum, qui militi placeat? Potest tamen et pluraliter intelligi. — 58. *Sed video herilem filium.*] Non potest *Terentius* τρόφιμον proprie dicere: et ideo *herilem fi-*

---

sat pugnis, calcibus. Horatius, Carm. I. 25. 1. *Parcius iunctas quatiunt fenestras Ictibus crebris iuvenes protervi.*

55. *Custos.*] H. e. explorator. Suetonius, Caes. 43. *Legem praecipue sumtuariam exercuit, dispositis circa macellum* custodibus, *qui opsonia contra vetitum retinerent, deportarentque ad se.*

56. *Internuncius a milite.*] Ita Plautus, Mil. IV. 1. 16. *Vah! egone ut ad te* ab libertina *esse auderem* internuncius? Tangit autem morem amantium Ovidius, Amor. III. 14. 31. *Car toties video mitti recipique tabellas?*

57. *Facete dictum.*] Ita Plautus, Capt. I. 2. 73. Poen. III. 3. 24. — *Mira vero, militi quae placeant.*] *H.* e. maxime mira esse oportet, quae militi placeant; neque adeo dicta tua illi placerent, nisi mira essent. Est autem salsa ironia.

Mirór quid ex Piraeo ábierit; nam ibi cústos publice
ést nunc.
Non témere est; et properáns venit: nescío quid cir-
cumspéctat. 60

lium dicit. — 59. *Miror quid ex Piraeeo abierit.*] Hic causa ostenditur, cur potest ignotus esse vicinis, et pro Eunucho fingi. *Miror.*] Pro *nescio. Miror quid ex Piraeeo abierit.*] Ut ex Piraeeo discederet, symbola amicorum; ut huc pervenfiret omisso negotio, aspectus virginis fecit. *Nam ibi custos publice.*] Adversus praedonum incursus illic excubabat iuventus Attica. [cfr. ad Andriam I. 1, 24.] *Piraeeum*, ut *Sunium*, est maritima et accessu litoris pars clementior. *Publice est nunc.*] *Nunc* ambigua distinctione positum est. — 60. *Non temere est.*] Ut *Virgil. Haud temere est visum. Et properans venit.*] Mire locuturum ante formavit, ut gestus verba praecedant, verba habitum consequantur.

---

59. *Piraeo.*] Vide infra III. 4. 1. — *Publice.*] H. e. auctoritate publica, seu iussu populi. Livius, IV. 13. *Minucius eandem* publice *curationem agens, quam Maelius privatim agendam susceperat.* Excubabat autem in portu Piraeeo iuventus Attica, quae ex ephebis excesserat, adversus praedonum incursus, postquam per biennium in ipsa urbe excubasset.

[60. *Non temere est* i. e. non sine gravi causa. Est elegans et frequens apud comicos formula. Plaut. Aulul. IV. 3. 1. *non temere est, quod corvus cantat mihi nunc ab laeva manu.* Vid. Heins. ad Virg. Aen. IX. 375.]

ACTUS SECUNDUS.

SCENA TERTIA.

CHAEREA. PARMENO.

Ch. 'Occidi.

Occidi.] *In hac scena novus amor adhuc ephebi, et consilium potiundae virginis demonstratur: tanta virtute* [virtus est?] *poëtae comici, ut hoc commentum non quaesitum esse, sed occurrisse sua sponte videatur.* — 1. *Occidi. Neque virgo est nequam.*] Non habuit quid dicere

Neque virgo est usquam: neque ego, qui illam e conspectu amisi meo.
Ubi quaéram? ubi investígem? quem percónter? quam insistám viam?
Incértus sum. una haec spés est, ubi ubi est, diú celari nón potest.
O fáciem pulchram! déleo omnes dehinc ex animo múlieres. 5

V. 3. Bentl. *qua insistam via*, ut Phorm. I. 4, 15. Et sic Donatus, vett. editt. et aliquot codices.

---

debeat aliud, properans, et circumspiciens, nisi *occidi. Occidi.*] Produc mediam syllabam verbi huius, et contrarium significat. — 2. *Neque ego, qui illam e conspectu amisi meo.*] Amatorie, dum illam non invenit, et se perdidit. — 3. *Ubi quaeram?*] Hoc circumspectantis est. *Ubi investigem?*] Plus intulit. *Quem perconter?*] Hoc tertium plus intulit. Nam ubi nec vestigia reperiuntur, superest interrogatio. *Quam insistam viam?*] Si nec, qui interrogetur, apparet. *Quam insistam viam?*] Et *qua via* legitur. — 4. *Ubi ubi est, diu celari non potest.*] Ob nimiam scilicet formae gratiam. — 5. *O faciem pulchram!*] *Faciem* modo non partem corporis dicit, sed totam speciem quae apparet et cernitur. *Virgilius, quibus aspera quondam Visa maris facies.* — *Deleo omnes dehinc ex animo mulieres.*] Πρὸς τὸ πιθανὸν argumentatus est, ut ostenderet hunc grandem iam ephebum etiam amoris expertem non fuisse. Sic et alibi, *Cum ipsum me noris, quam elegans formarum spectator siem? In hac commotus sum.*

---

2. *Neque ego.*] Subaudi, *usquam sum.* Aut, *ubi sim, scio.* Ita solent in subita perturbatione. Phorm. V. 8. 4. Plautus, Cistell. IV. 2. 18. de cistella: *Nulla est, neque ego sum usquam.* Ita furens Dido apud Virg. Aen. IV. 595. *Quid loquor? aut* ubi sum?

3. *Ubi quaeram? ubi investigem?*] Metaphora a venatione translata. Heaut. IV. 2. 8. Phorm. V. 1. 9. Ovidius, Art. Am. I. 44. Quaerenda *est oculis apta puella tuis.* Vide interpretes ad Phaed. IV. 4. 4. — *Quem perconter?*] And. IV. 5. 5. *Percontari* est accurate inquirere. *Contus* instrumentum nauticum, quo vada tentantur. — *Quam insistam viam?*] Pacuvius, Atalanta: *Dubito*, quam insistam viam. Plautus, Cistell. IV. 2. 11. *Utrum hac an illac* iter instituerit.

5. *O faciem pulchram.*] Intelligit totam exteriorem speciem. And. V. 2. 15. Ovidius, Trist. I. 8. 26. *Haec facies Troiae, quum caperetur, erat.* Plerumque autem de ipso vultu usurpatur.

Taedét cotidiánarum harum fórmarum. *Pa.* Ecce autem álterum.
Néscio quid de amóre loquitur. o infortunatúm senem!
Hic véro est, qui si occéperit, ludúm iocumque díces
Fuisse illum alterum, praeut huius rabies quae dabit.

V. 9. misere claudicat. Bentleius verba divisit in duos dimetros, unum trimetrum, hoc modo: *Hic véro est, qui si occéperit,* | *Ludúm iocumque díces, fuisse illum álterum,* | *Praeut húius rabies quaé dabit.*

— 6. *Cotidianarum.*] Hoc est leviùm et usitatarum: est quippe huic contrarium, *Nova figura oris. papae! Ecce autem alterum.*] Sic dicimus, cum propter alterum de altero venit in mentem. — 7. *Nescio quid de amore loquitur.*] Ut iamdudum Phaedria loquebatur. *O infortunatum senem!*] Hoc dictum praestruxit ad exitum fabulae ac Catastrophen. Nam perturbatus ad Thaidem ingreditur hic senex, per fallaciam Pythiae, et indicium Parmenonis: atque ita firmabuntur nuptiae virginis, quam ducet Chaerea. — 8. *Hic vero est.*] Utrum senex: an Chaerea? sed senex potius. *Hic vero est.*] Senex. *Qui.*] Scilicet Chaerea. — 9. *Praeut huius rabies quae dabit.*] *Prae* ex comparatione significat. Ergo proprie: et est integra locutio, et ordo est, *Praeut illa sunt,*

[Laudat Ruhnken. Brouckhusium ad Propert. IV. 4. 21.] — *Deleo ex animo.*] Metaphora a scriptura desumta. Cicero, Philipp. I. 1. *Omnem memoriam discordiarum oblivione sempiterna* delendam *censui.* Contrarium est And. I. 5. 48.

6. *Quotidianarum formarum.*] H. e. vulgarium. Cicero, Orat. III. 24. Quotidianis *et vernaculis rebus satisfacere me posse huic populo non putabam.* Puellas autem *formas* et *figuras* vocarunt. Vide Burm. ad Quinctil. Declam. XV. 1. — *Ecce autem.*] Formula, quibus utimur in rebus inopinatis. Adelph. V. 1. 5. Phorm. II. 1. 34.

8. *Ludum iocumque.*] Proverbiale est de rebus minimi momenti. Lucilius, Sat. III. *Verum hic* ludus *ibi susque omnia deque fuerunt, Susque et deque fuere, inquam, omnia,* ludu' iocusque. Livius, XXVIII. 42. Ludus et iocus *fuisse Hispaniae tuae videbuntur.* [Valer. Max. V. 1. *Quae tibi relata sunt, prae iis, quae de te locuturi eramus, ludus ac iocus fuissent.* Vid. Gronov. Obss. IV. 10. et Graevius ad Iustin. XXIX. 3. Haec elegantia e graeco fonte fluxit. Vid. Casaubon. ad Athen. I. 25. p. 76.]

9. *Praeut.*] Vocula comparationi inserviens. Plautus, Ampha. I. 1. 218. *Parum etiam,* praeut *futurum est, praedicas.*

Ch. Ut illúm Dí Deae omnes sénium perdant, qui hódie me remorátus sit:
Mequé ádeo, qui restíterim: tum autem, qui íllum flocci fécerim.
Séd eccum Pàrmenónem. salve. **Pa.** Quíd tu es tristis? quídve es álacris?

V. 10. mutavimus cum Bentleio. Vulgo: *Di Deaeque senium p. qui me hodie remoratus est.* Sed *omnes* plurimi codd. cum vett. editt. Cod. Acad. *dii deae omnes*, sine *que*. Regius liber: *Qui hodie me.*

---

quae huius rabies dabit. Et bene *dabit*, quasi de re violenta. Ut, ---- *dabit ille ruinam Arboribus.* — *Praeut huius rabies quae dabit.*] Hic ex parte characteris inscius quidem est personae Chaereae, quem moribus conilcit servus ardentiorem in amorem ferri posse, simul ac coeperit. *Praeut huius rabies quae dabit.*] Et hic ostenditur iampridem motus in res Venereas Chaream. Et magna poëtae cura est, ne incredibile videatur, adolescentulum, qui pro Eunucho deduci potuerit, tam expedite virginem vitiasse. Quocirca artifex summus, quod aetati non potest, naturae attribuit Chaereae: ut calidior ingenio, et ante annos amator, non libidinem in sese, sed quandam rabiem designaverit in venereos appetitus. — 10. *Ut illum.*] Pro *utinam.* [Heaut. IV. 6. 6.] *Di Deaeque senium perdant.*] Plus dixit *senium*, quam *senem.* Nec mireris, post *senium*, *qui* additum, ideo quia declinationem ad intellectum retulit: ut alibi, *In Eunuchum suam.* Et *senex* ad aetatem refertur: *senium* ad convicium. Sic *Lucilius* ait, *At quidem te senium, atque insulse Sophista.* — *Remoratus est.*] A *remora* pisciculo, qui et ἐχενηΐς vocatur, *remoratio* et *remoratus* dicitur. — 11. *Tum autem, qui illum floccifecerim.*] *Tum autem* pro *et.* Duas vult enim causas esse, cur se ipsum Dí perdant: unam, quod restiterit: alteram, quod senem perveritus diu remanserit a persequenda virgine. Et nota *floccifecerim* et *contemnere* et *non contemnere* significare: ut nunc, *Qui illum floccifecerim;* deest *vel:* ut sit, *vel floccifecerim.* — 12. *Quid tu es tristis? quidve es alacris?*] Proverbiale est in hominem perturbatum et incerti vultus. Aut laetus es, nam *alacris*, *L* li-

---

11. *Restiterim.*] Phaedrus, III. 7. 4. de cane et lupo sibi invicem occurrentibus: *Ut restiterunt.* — *Qui illum floccifecerim.*] *Floccus* res minima est. Unde *flocci facere* est minimi aestimare. Plautus, Stich. II. 1. 12. *Cave quemquam* flocci feceris.

12. *Alacris.*] Idem *tristis* et *alacris* dicitur, quia totus est in gestibus et motu.

'Unde is? *Ch.* Egone? néscio hercle, neque únde eam, neque quórsum eam.
Ita prórsum oblitus súm mei.
Pa. Quî, quaéso? *Ch.* Amo. *Pa.* Hem! *Ch.* Nunc, Pármeno, te osténde[ri]s, qui vír sies.
Scis té mihi saepe póllicítum esse: Chaérea, aliquid ínveni
Modo quód ames: utilitátem in ea re [ego] fáciam ut cognoscás meam:

V. 15. Bentleius vulgatum *ostendes* metri gratia in *ostenderis* mutavit.

V. 17. vulgo erat *in ea re utilitatem ego f.* Ordinem verborum

---

tera pro *D* posita, non tristis, id est ἄδεκρυς intelligitur. *Quidve es alacris?*] Et *alacer* et *alacris* dicitur: ut habes apud *Virgilium: Ergo alacris, cunctosque putans excedere pugna.* — *Quidve es alacris?*] *Alacritas* est mutatio quaedam vultus gestientis in spem aliquam. — 13. *Unde is?*] Modo *ad quid venis* significat. Sed *eo*, de loco ad locum veteres dicebant: quod mox in subiectis probabitur. *Quorsum eam.*] Bene: quia proxime dixerat, *Ubi quaeram? ubi investigem? quem perconter? quam insistam viam? Incertus sum. Quorsum eam.*] Hinc, ut diximus, manifestum est, *ire* et adventum significare. — 14. *Ita prorsum oblitus sum mei.*] Huic contrarium. *Dum memor ipse mei.* Ergo *oblitus mei*, insanus. *Ita prorsum oblitus sum mei.*] *Prorsum*, recta, id est, omnino: nam *prorsum* est porro versum, id est, ante versum. Hinc et *prorsa oratio*, quam non inflexit cantilena. — 15. *Hem.*] Si cum *H*, Parmeno: si leniter, Chaerea. — *Ostendes, qui vir sies.*] Non, *si vir sies:* sed, *qui vir sies:* quod est ἐμφατικώτερον. Si quaesisset quidem, qui vir sies, an debeat praestare, qui virum se sic monstraturus est? Et *vir* modo non ad sexum nec ad aetatem dicitur, sed ad laudem. *Qui vir sies.*] In veteribus invenitur. — 16. *Saepe pollicitum esse.*] *Pollicitum*, quod promittentem ultro significat, dixit. Et *saepe pollicitum se*, an necesse sit praestare eum, qui promiserit? *Chaerea, aliquid inveni.*] Induxit μίμησιν pragmatice, more suo, non contentus dicere, qui pollicitus sit tantum, sed quo modo etiam, et quibus verbis. — 17. *Modo quod*

---

13. *Unde is?*] H. e. unde venis? Adelph. III. 3. 7. Virgilius, Aen. II. 375. *Vos celsis nunc demum a navibus itis?* Plautus, Stich. II. 1. 47. Unde is? *quid fers? quid festinas?*

16. *Aliquid inveni modo quod ames.*] Ovidius, Arte Am. I. 35. *Principio, quod amare velis, reperire labora.*

Cum in céllulam ad te pátris penum omnem cóngerebam clánculum.
***Pa.* Age, inépte! *Ch.* Hoc hercle fáctum est. fac sis**
núnc promissa appáreant:
Sive ádeo digna rés est, ubi tu nérvos intendás tuos. 20

Bentl. ex codd. et vett. editt. mutavit, in quibus tamen *ego* est, quod ille metri causa delendum censet.

V. 19. vett. editt. ante Bentleium post *appareant* plene distinguebant. Recte Bentl. monet ordinem verborum hunc esse: *Fac, si vis, quia promisisti; sive adeo quia sine promisso res digna est* etc.

---

ames.] Tantummodo. Quasi haec mora sit promissis complendis. *In ea re utilitatem ego faciam ut cognoscas meam.*] An possit, qui posse se affirmavit? plus est promiserit, quam ostendere quid possit. — 18. *Cum in cellulam.*] Sic dicit anus * quae et acceperit beneficium. *Patris penum omnem.*] Ipsum penum: non ex eo aliquid, ὑπερβολικῶς. Et hoc *penu*, et hîc *penus*, et haec *penus*, veteres dixerunt. Ergo et *omnem* et *omne* legitur. *Congerebam clanculum.*] Ἀάθρα ἢ κρύφα. — 19. *Age, inepte!*] Qui dubites de promissis: an, qui exprobres te multa esse largitum. *Hoc hercle factum est.*] Inveni quod amem: hoc quod dicebas, inquit, morae esse: iam factum est; amo. *Promissa appareant.*] Utilitatem ut cognoscam tuam. — 20. *Sive adeo digna res est.*] Si persona Parmenonis est, *sive* abundat: et pro expletiva conjunctione modo est. In quibusdam omnino non legitur. *Adeo* autem

---

18. *Cellulam.*] Pauperiorum et servorum erant *cellae* et *cellulae*. Adelph. IV. 2. 13. Martialis, III. 48. 1. *Pauperis extruxit* cellam, *sed vendidit Ollus Praedia, nunc* cellam *pauperis Ollus habet.* [Ruhnken. conf. Sueton. Cal. 57. Vitell. 16.] — *Penum omnem.*] Ciceroni, de Nat. Deor. II. 27. Penus *est omne, quo vescuntur homines.* Hinc *cella penuaria*, Suet. Aug. 6.

19. *Hoc hercle factum est.*] Respicit id, quod de patris penu in cellulam Parmenonis congesto dixerat. Non cepit Donatus. [Formula de re vera et minime dubia. Petron. c. 76. *factum, non fabula.* Quinctil. Decl. X. p. 224. *certum est, factum est, eripi non potest.* ubi vid. Burmannus.]

20. *Nervos intendas.*] Cicero, II. Verr. 12. *Magnum onus, sed dignum, in quo omnes* nervos *aetatis industriaeque tuae* contendas. [*Ubi nervos intendas* i. e. in qua omnibus viribus nitaris. Q. Cic. de petit. consul. c. 14. *plane sic contende omnibus nervis et facultatibus. Nervi* metaphorice dicuntur, quae maximam vim habent, quoniam robur corporis in nervis situm est; hinc *exsecare, incidere, praecidere*

Haud símilis virgo est virginum nostrárum; quas matrés student
Demíssis humeris ésse, vincto péctore, ut gracilés sient.

V. 22. *gracilas* Non. Valer. Prob. Eugraph. probante Bentl.

---

abundat, aut nimis significat, vel satis. Si Chaerea dicit, hic ordo et sensus est, Fac, si vis nunc, sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos, ut promissa appareant; ut sit *sis*, si vis: et addatur, *ut*, quod deest. *Fac ut promissa appareant. Ubi tu nervos intendas tuos.*] Utrum obscene hoc, ut servus? an μεταφορικῶς, ubi laborare ac periclitari debeas? Sed melius legunt, qui hoc totum ad personam applicant Chaereae: et melius, quam qui Parmenonem hoc putant loqui, *Sive adeo digna res est, ubi tu nervos intendas tuos.* — 21. *Haud similis virgo est virginum nostrarum.*] Civium scilicet, id est, terrae ac patriae nostrae; ut *Virgilius*: *Non eadem arboribus pendet vindemia nostris.* Et *Sallustius*, *Nostri foeda fuga*, etc. *Quas matres student.*] Hoc verbo ostendit cultum industriae, non pulchritudinem naturalem. — 22. *Demissis humeris esse, vincto pectore.*] Antiqui enim Graeci etiam virginibus suis praebebant palaestram ad componenda corpora. Vel, *demissis humeris esse*, liquide et molliter deductis, neque extantibus alae in modum. *Demissis humeris esse, vincto pectore.*] Non accipiendum est quasi hoc dicat, *Ad hoc illas student matres demissis humeris esse, et vincto pectore, ut graciles fiant:* quasi haec duo propter unum illud fiant; sed varie tria dixit, ne diceret * *aut student illas demissis humeris, et vinctum pectus, ut graciles sient. Vincto pectore.*] Castigato ac tenui, et velut vincto. Deest ergo *velut*. *Ut graciles sient.*] A singulari *gracilis* venit haec decli-

---

nervos significat vires infringere. Vid. Interpret. ad Liv. VII. 39. 6. Ceterum simul in hac locutione ad significationem obsceniorem alludi videtur. Vid. Casaub. ad Athen. I. 5. p. 22.]

22. *Demissis humeris.*] *Humeri demissi* teretis colli longitudinem arguunt. Sed os et humeri maxime ad decus faciunt. Virgilius, Aen. I. 589. *Os* humerosque *Deo similis.* [*Demissis humeris* i. e. molliter deductis, non extantibus. Veteres luxuriantem humerorum habitum in puellis fasciis castigare solebant. Vid. Scalig. ad Varron. de L. L. IV. p. 56.] — *Vincto pectore.*] Claudianus in VI. Cons. Honor. 326. de cura matris circa filiam; *viridique angustat iaspide pectus.* [*Vincto pectore* scil. fasciis. Veteres non amabant virgines mammosas; itaque strophio vel fasciis pectoralibus papillarum tumorem cohibebant. Martial. XIV. 134. *Fascia crescentes dominae compesce*

Si qua est habitior paúllo, pugilem esse aíunt: deducúnt cibum.
Tametsi bonast natúra, reddunt cúratura iúnceas.
Itaque érgo amantur. *Pa.* Quíd tua istaec? *Ch.* Nóva figura oris. *Pa.* Papae!

V. 24. Bentl. *Tamenetsi* pro *Tametsi* ex codd., ac deinde *bóna natura est r. c. iunceas*, ut *bona* sub ictu collocetur. Non placet.

---

natio. — 23. *Si qua est habitior paullo.*] Unde et *habitudo* dicitur: ut, *Quae habitudo est corporis?* nam *habilior* aptior intelligitur; ut, *Namque humeris de more habilem suspenderat arcum.* Ergo *habitior* legendum est. *Pugilem esse aiunt.*] Laus in virginem. *Deducunt cibum.*] Mire vituperavit formam, quam accuraverit fames. Et proprie *deducunt.* — 24. *Tametsi bona 'st natura.*] *Bona*, id est, plena, magna, et pinguis. *Reddunt.*] Exhibent, perficiunt. *Curatura.*] *Cura* mentis est: *Curatio*, medicinae: *Curatura*, diligentiae. *Iunceas.*] Tenues et pallidas. — 25. *Itaque ergo amantur.*] Itaque, inquit, nemo illas amat; *ἀλογεῖα* est. Aut vere amantur: ut eo magis haec amanda sit, quae naturae beneficio, non factis comptis, aut industria, est pul-

---

papillas. Vid. Scaliger l. c. et Lindenbrog. ad h. l. et Heins. ad Ovid. Art. Am. III. 274. Aliis tamen tumidae papillae placuerunt. Vid. quae annotavimus ad Iul. Rufin. p. 259. — *Gracilae* legendum est ex antiquis grammaticis, non *gracilas*. Vid. Bentl. ad h. l. Multa adiectiva simul exeunt in *us* et *is*, ut imbellus, is, hilarus, is, imbecillus, is. Vossius de Anal. I. 36. p. 172.] Petronius, cap. 126. *gracile vinculum.* Vide Comment. maiorem.

23. *Habitior.*] Supra II. 2. 11. Male explicat Donatus. Plautus, Epid. I. 1. 8. *Corpulentior videre, atque* habitior. — *Pugilem.*] Tangit morem puellarum Laconum, quas nudas in gymnasiis corpora exercuisse tradunt cum adolescentibus. Propertius, III. 14. 4. *Inter luctantes nuda puella viros.* Hinc pugilice et athletice valere dixit Plautus, Epid. I. 1. 18. — *Deducunt cibum.*] Cicero, Tusc. II. 17. Subduo cibum *unum diem athletae, ferre non posse exclamabit.*

24. *Iunceas.*] H. e. a summo ad imum aequaliter tenues. Ausonius, Epist. IV. 44. *Pectore sic tenero, plana sic* iunceus *alvo.* [*Curatura* i. e. nimia cura et diligentia. Veteres grammatici *cura* dicunt esse mentis, *curatio* medicinae, *curatura* diligentiae, quod discrimen non perpetuum est. Nam *cura* et *curatio* saepe de corpore dicuntur. Vid. Gronov. Obss. I. 23. et Bentlei. ad Horat. Epist. I. 1. 194.]

25. *Itaque ergo amantur.*] Claudianus in VI. Cons. Honor. 529. *Sic oculis placitura tuis.* [*Itaque ergo*; hae particulae per pleo-

Ch. Color vérus, corpus sólidum, et succi plénum.
Pa. Anni? *Ch.* Anni? séxdecim.
[*Pa.* Flos ipse. *Ch.*] Hanc tú mihi vel vi, vél clam, vel precário

V. 27. Bentl. *Flos ipse* eiiciendum censet tum sensus tum numeri gratia. Aliter Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 183.

chra. *Itaque ergo amantur.*] Atque ita fit, ut amentur: non naturae merito, sed industria. *Quid tua istaec?* Recte: sic enim ipse dicet, *At nihil ad nostram hanc. Quid tua istaec?*] Deest, *qualis est, dic. Nova figura oris.*] Laudis genus est, *nova*, quia dixerat, *Taedet coridianarum harum formarum. Papae!*] Interiectio mira subito accipientis. — 26. *Color verus.*] Quia non de cura est ac de fuco, id est, naturalis, non fucatus. *Corpus solidum.* Quia non vitiatum. *Corpus solidum.*] Plenum et forte, id est, non flaccidum. *Succi plenum.*] Quia nemo deduxit cibum. Nam succus est humor in corpore, quo abundant bene valentes. *Virgilius: Et succus pecori, et lac subducitur agnis. Succus* proprie, quasi *sugus:* quem sibi ex alimentis membra sugunt, ut se repleant. *Succi plenum.*] *Succus* est interior pinguedo membrorum. *Anni? sexdecim.*] Vide quemadmodum aetatem virginis maturae poëta ex occasione demonstraverit. — 27. *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario.*] Haec tria sunt, quibus non rite res agitur, *vel vi, vel clam, vel precario:* sine pretii mentione. Vel quia virgo, non meretrix: vel quia nulla ephebo spes est fallendi senis. *Hanc tu mihi vel vi, vel clam, vel precario fac tradas.*] Secundum ius locutus est. Nam his tribus mala fide aliquid

nasmum saepe iunguntur. Vid. Gronov. ad Liv. III. 31. 5.] — *Nova figura oris.*] H. e. insolita et prorsus mirifica forma vultus. Phorm. V. 6. 8. Virgilius, Ecl. III. 86. *Pollio et ipse faeis* nova *carmina*, h. e. Servio interprete, miranda.

26. *Color verus.*] Explicat Donatus. Ita Ovidius, Arte Am. III. 164. *Et melior* vero *quaeritur arte* color. — *Corpus solidum.*] H. e. firmum, non langueseens. Lucilius, Lib. XXVIII. *Hic* corpus solidum *invenies, hic stare papillas Corpore marmoreo.* — *Succi plenum.*] Plautus, Mil. III. 1. 192. *Succidam* vocat. Apuleius, Apol. *En, vide, quam facies eius decora, et* succi *palaestrici* plena *sit.* Horatius, Carm. III. 27. 54. *Antequam turpis macies decentes Occupet malas, teneraeque* succus *Defluat.*

27. *Flos ipse.*] Intelligitur ἀκμὴ aetatis. Ovidius, Arte Am. II. 663. *Nec quotus annus eat, nec quo sit nata, require Consule; quae rigidus munera Censor habet. Praecipue, si flore caret, meliusque peracturn Tempus, et albentes iam legit illa comas.* Hinc eiusmodi homo

Fac trádas: mea nihil réfert, dum potiár modo.
***Pa.* Quid? vírgo, cuia est? *Ch.* Néscio hercle. *Pa.* Undést? *Ch.* Tantumdem. *Pa.* Ubi hábitat?**
***Ch.* Ne id quídem. *Pa.* Ubi vidisti? *Ch.* In via.**
***Pa.* Qua rátione [illam] amísti?**
***Ch.* Id équidem adveniens mécum stomachabár modo:**
Nec quémquam esse ego hominem árbitror, cui mágis bonae

V. 30. *illam* ante *amisti* de coniectura interposuit Bentleius. Sed Faërnus *amisisti* ex Donato legi vult.
V. 32. Bentl. corr. *Neque quémquam ego hóminem esse árbitror.* Nam *ego* in codd. sedem variat.

---

possidetur: *vi*, *clam*, *precario*. *Vi*, quia virgo: *clam*, quia custoditur: *precario*, quia pretium non habet Chaerea. — 28. *Mea nihil refers, dum potiar modo.*] Non hoc personae attribuendum est, sed affectui. Non enim quia Chaerea est, sed quia amator, de se cupit facere quemadmodum potiatur. — 29. *Quid? virgo, cuia est?*] Utrum serva, an filia? — 30. *Ne id quidem.*] Pulchra varietas, *Nescio*, *Tantumque*, *Ne id quidem*. *Qua ratione amisti?*] Figura συγκοπή, pro *amisisti*. *Qua ratione amisti?* Si non remansisset Chaerea, sed consecutus virginem vidisset, quo deducta esset prius, quam Parmenonem conveniret, non ita procederet fabula, ut nunc procedit. Irruisset enim in cognitionem meretricis importune Chaerea, nec pro Eunucho adduceretur ulterius. — 31. *Id equidem.*] Deest *ob*, aut *propter*: ut sit, *ob id*, aut *propter id*. *Mecum stomachabar.*] Bene *mecum:* quia acriorem dolorem sustinet, qui ipse sibi irasci cogitur. *Mecum* ergo, pro *apud me*, vel *mihi*. — 32. *Hominem esse arbitror.*] Deest *quam me*. *Cui magis bonae felicitates.*] *Bonae*, magnae. Nove autem dixit, magnas felicitates sibi adversari, eo quod virginem tantae pul-

---

florens dicitur. Plautus, Pers. V. 1. 18. Et *florere*. Truc. II. 4. 2. *Ver vide, ut tota floret! ut olet! ut nitide nitet! — Vel vi, vel clam, vel precario.*] Horatius, Epist. II. 2. 173. *Nunc* prece, *nunc* pretio, *nunc* vi, *nunc sorte suprema Permutet dominos, et cedat in altera iura.* [Formula desumta est ex Iure civili, ubi haec tria saepe iunguntur. Vid. Brisson. de Verb. signif. s. v.]

31. *Stomachabar.*] Irae et indignationi sedem bili et *stomacho* tribuerunt. Unde passim et bilis et *stomachus* pro iracundia et expostulatione, *stomachari* pro irasci et expostulare dixerunt. Contrarium est εὐστομάχως ferre, Cic. Att. IX. 5.

Felícitates ómnes adversáe sient.
Pa. **Quid hóc est sceleris?** ***Ch.*** **Périi.** ***Pa.*** **Quid factúm 'st?** ***Ch.*** **Rogas?**
Patris cognatum, atque aéqualem, Archidémidem,
No[vi]stíne? ***Pa.*** **Quid ni?** ***Ch.*** **Is, dum hánc sequor, fit mi óbviam.**

V. 34. Bentl. deleto nomine Parmenonis etiam verba *'Quid hoc est sceleris? Perii!* ad Chaereae orationem traxit. Illa autem, *Quid factum est?* Parmenoni tribuit.

V. 35. vulgo erat *dum sequor hanc*, quod Bentl. ex codd. mutavit. Idem *Nostine*, quod item libri habent.

---

chritudinis ex oculis amiserit. Nam vidisse eam, felicitatis iudicat: sed amisisse, adversae felicitatis. Et quod *bonae* dixit, vel magnae, vel nimiae intelliguntur. Vel ἐπίθετον est proprium et perpetuum felicitatum. *Felicitates.*] *Felicitas* adversa est, cum ex prosperitate, quod laedat, nascitur. *Bonae felicitates.*] Ἔμφασις est, eo quod *felicitates* pluraliter posuit. Ἐπίθετα autem de tribus causis nominibus adduntur: discretionis, proprietatis, ornatus. Discretionis: ut, ---- *Phrygiae molimur montibus Idae.* Proprietatis: ut, *Terribili impexum seta et dentibus atris.* Ornatus: ut, *Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam.* — 34. *Quid hoc est sceleris?*] Propter hoc quod [leg. quod hoc] patior, inquit. Nunc enim *scelus* dicit a sene commissum. — 35. *Archidemidem nostin'?*] Hoc sic pronunciandum est, ut appareat ex ipso nomine statim, odiosum nescio quem occurrisse ac permolestum. — 36. *Quid ni?*] Correptio est ab se manifesta inquirentis. Est enim sensus, Quid nisi, aut cur non noverim? Est enim *quid ni*, aut quid nisi, aut cur non; quia veteres *ni* pro *ne* ponebant, et *ne* pro *non*; ut *Plautus. Ni stulta*

---

33. *Adversae.*] Metaphora a ventis translata. Propertius, I. 14. 15. *Nam quis divitiis* adverso *gaudet* amore? Faustum contra secundum dixere. Propertius, II. 25. 27. *Mendaces ludunt flatus in amore* secundi.

34. *Quid hoc est sceleris?*] Quia infortunia propter scelera credebant immitti, infelicitatem *scelus*, et infelicem *sceleratum* dixerunt. Martialis, VII. 14. 1. *Accidit infandum nostrae* scelus, *Aule, puellae.* [*Scelus* h. l. est infelicitas. Martial. Epigr. VII. 14. *Accidit infandum nostrae scelus, Aule, puellae.* Vid. Bentlei. ad h. l. Sic *sceleratum frigus* pro noxio apud Virg. Georg. II. 256. *scelesta plebs* pro infelice apud Hor. Carm. II. 4. 17. Sic *campus, vicus, porta scelerata.* Vid. Duker. ad Flor. I. 12. p. 96.]

35. *Aequalem.*] Vide And. II. 6. 22.

Pa. Incómmode hercle. *Ch.* Immo énimvero infeliciter:
Nam incómmoda alia sunt dicenda, Pármeno.
Illúm liquet mihi déierare, his ménsibus
Sex séptem prorsum nón vidisse próximis,
Nisi núnc, cum minime véllem, minimeque ópus fuit.
Eho, nónne hoc monstri símile 'st? quid ais? *Pa.* Máxume.

V. 39. Bentl. *mi*, quod ante consonam non habere locum observavit Hermannus Praefat. ad Plauti Trin. VIII.

---

sis, pro ne. Et *ne vult*, pro non vult. — 37. *Immo enimvero infeliciter.*] Bene hoc interponit, quod incredibile est, tardiorem futurum amatorem incessu virginis. — 38. *Nam incommoda alia sunt dicenda.*] Quae minora sunt scilicet, aut similia. — 39. *Illum liquet mihi deierare.*] Liquidum est, constans et manifestum, et certum. Et sic *liquet*, pro liquidum est: ut *claudit*, pro claudum est. Ut apud *Sallustium*, *Nihil socordia claudebat.* Et est *liquet* verbum iuris, quo utebantur iudices, quum *amplius* pronunciabant, obscuritate commoti causae magis, quam negotii simplicitate. *Deierare*, valde iurare: ut *demiror*, et *deamo te Syre.* Si *de* producta legeris. Si correpta, Deos iurare intelligitur. — 40. *Prorsum non vidisse proximis.*] Quia *non vidisse* dixit, *proximis*, praeteritis intelligimus. Proxima enim nobis aut praeterita, aut futura sunt: nam praesentia ea sunt, in quibus nunc sumus. — 41. *Nisi nunc, quum minime vellem.*] Quia semper nolui, ideo nunc minime, utpote adolescens senem. — *Minimeque opus fuit.*] Saepe enim nolumus tantum, nunc etiam non est. —

---

39. *Liquet mihi deierare.*] Vide And. IV. 3. 14. [*Deierare* est valde, sancte iurare. Nam *de* in compositis vim auget, sic *deamare* est valde amare, *demirari* valde mirari. Hec. V. 2. 5. *Bacchis deierat persancte.* Broukhus. ad Propert. IV. 3. 42.] — *His mensibus.*] Notat menses proximos. Phaedrus, I. 1. 10. *Ante* hos *sex menses.* ubi vide Burm.

40. *Sex septem.*] Solent hi numeri iungi. Cicero, Att. IX. 8. *Quippe qui florentissimus ac novus* sex septem *diebus ipsi illi egenti ac perditae multitudini in odium acerbissimum veneris.* Horat. Epist. I. 1. 58. *Si quadringentis* sex septem *millia desint, Plebs eius.* ubi v. Lambin. Florus, IV. 9. 3. *Modo trecentarum quinquaginta navium dominus, cum* sex septemve *fugiebat.*

42. *Monstri simile.*] Phorm. IV. 9. 3. Cicero, Ligar. 4.

Ch. Continuo adcurrit ad me, quam longe quidem,
Incúrvus, tremulus, lábiis demissis, gemens:
Heus! heús! tibi dico, Chaérea, inquit. réstiti.
Scin' quid ego te volébam? dic. cras ést mihi
Iudícium. quid tum? ut diligenter núnties

43. *Quam longe quidem.*] Bene *longe* dixit: quia *a longe* non potuit dicere. An subauditur *erat*, ut sit, quam longe erat? — 44. *Incurvus, tremulus, labiis demissis, gemens.*] Ut omnia ostendat in contrarium sibi versa esse, etiam cursum attribuit seni. *Labra*, sunt superiora: *labia*, inferiora. *Labra* asinorum proprie dicuntur. *Gemens* autem, ob continuam tussim. Sic *Lucilius: Ante fores autem, et triclini limina quidam Perditus Tiresia tussi grandaevus gemebat.* — *Incurvus.*] Valde curvus. Sic *Virgilius, Turnus ut infractos adverso Marte Latinos Defecisse videt. Infractos* enim valde fractos significat. Nam *in* praepositio nunc auget, nunc minuit dictionem. Recte etiam deformitatem describit senis, qui praeter aetatem post pulchram virginem foedior videbatur. Et quam importune omnia? pro puella, senex occurrit: pro virgine, *incurvus, tremulus:* pro pulchra, *labiis demissis, gemens:* et cum amator sit, inaniter adolescenti ipse iudicium loquitur: dum festinandum sit, remoratur. *Labiis demissis.*] Maiora labra, unde *labeones.* Alii *labia* inferiora, et *labra* superiora. — 45. *Heus! heus! tibi dico, Chaerea.*] *Tibi dico, Chaerea*, non adderet, nisi videret Chaeream dissimulantem praeterire. *Inquit.*] Aliter *inquit* pronunciandum est, hoc est, concitate. Nam senis verba aliter proferenda sunt. — 46. *Scin' quid ego te volebam?*] Hic ostenditur odiosa tarditas senis apud festinantem Chaeream. Nam non dicit, sed promittit se dicturum. *Cras est mihi iudicium.*] Huic morae etiam illud additum, quod quum debeat dicere quid velit, prius dicit quod non est necessarium, quare velit. — 47. *Ut diligenter nuntios.*] *Diligenter.* Ni-

---

Prodigii simile *est*, *quod dicam.* Philip. II. 27. *Incredibile ac* simile portenti *est.* [Plura Duker. ad Flor. III. 4. laudatus Ruhnkenio.]

44. *Incurvus, tremulus.*] Descriptio senis decrepiti. Plautus, Menaechm. V. 2. 101. *Barbatum, tremulum.* Virgilius, Aen. V. 431. *Tarda trementi Genua labant.*

45. *Heus! heus! tibi dico.*] Plautus, Menaechm. II. 3. 27. *Heus, mulier. tibi dico.* Phaed. IV. 19. 18. *Tibi dico avare.* ubi vide interpretes.

46. *Scin' quid ego te volebam?*] Plautus, Menaechm. I. 3. 24. *Scin' quid volo ego te accurare? — Est mihi iudicium.* Vide Phorm. II. 3. 57.

Patri advocatus máne mihi esse ut méminerit.
Dum haec dicit, abiit hóra. rogo, num quid velit?
Recte; inquit. abeo. cum huc respicio ad virginem, 50
Illa sése interea cómmodum huc advórterat

V. 49. Bentl. *Dum haec loquitur* ex codd. suis.

---

hil tam abunde, nihil tam moraliter dici potuit. — 48. *Esse ut meminerit.*] Non ut sit, sed, ut esse meminerit. O prolixitas! — 49. *Dum haec dicit.*] Dat tempus verbis: quae non potuit, quamvis imitaretur, exprimere. *Rogo, numquid velis.*] Hoc est, significo me abire. Nam abituri, ne id dure facerent, *Numquid vis?* dicebant his, quibuscum constitissent. Quid est ergo? *Rogo numquid velit?* hoc est, dico quod abeuntes solent. — 50. *Recte; inquit.*] Pro eo quod est *nihil:* et moraliter τῷ ἀττικισμῷ. *Cum huc respicio ad virginem, illa sese interea commodum huc advorterat.*] In hanc partem scilicet, qua meretrix habitabat. — 51. *Interea commodum.*] Tantum quod, vel ipso eodemque tempore. *Interea commodum.*] Una. Et hoc significat: ut si dicas, eodem tempore quo hoc agebatur. Nam *interea*

---

48. *Advocatus.*] *Advocati* dicebantur vel amici et testes in controversia, qui cum reo ibant in iudicium; ita infra IV. 6. 26. Adelph. IV. 5. 12. et 43. Plautus, Amph. IV. 3. 3. *Quaeso, ut* advocatus *mihi adsis.* vel causidici, qui causam rei agebant. Cicero, Fam. VII. 14. *Multi, te* advocato, *causa cadent.* [*Advocati* Terentii et Ciceronis tempore dicebantur amici, quos qui iudicio periclitarentur ad se vocabant, ut se consilio, gratia, supplicando, aut alia quavis opera iuvarent et praesentiam suam commodarent. Qui autem causas orabant, *patroni causarum* vocabantur. Vid. Ascon. Ped. in Cic. Div. in Caecil. c. 4. Sed postea etiam illi, qui causas agebant, *advocati* dicti sunt. Gronov. Lect. Plaut. p. 152.]

49. *Abiit hora.*] Longissimum tempus notat. Ita Heaut. II. 2. 11. Horatius, Sat. I. 5. 13. *Dum aes exigitur; dum mula ligatur; Tota* abit hora.

50. *Recte.*] Formula, qua utuntur σφηκοῦντες, qui *nihil* dicere nolunt. Vide ad Adelph. IV. 5. 19. et Donat. ad Hec. III. 2. 20. [Elegantissima formula respondendi, qua vel gratias agimus oblato beneficio non utentes, vel comiter et urbane aliquid recusamus. Heaut. III. 2. 7. *quid tu isthic? recte* i. e. nihil. ubi vid. Bentl. Adelph. IV. 5. 19. *quid est? nihil, recte, perge.* Pro *recte* Horatius *benigne* dixit Epist. I. 7. 16. Gronov. ad Plaut. Captiv. II. 2. 105. et Perizon. ad Sanct. Min. IV. 14. 24. p. 758. Graeci dicunt καλλίστα vel καλῶς ἴχει. Casaub. Lect. Theocr. c. 16. et Kuster. ad Aristoph. Ran. v. 511.]

51. *Commodum.*] Pharm. IV. 3. 9. v. intpp. ad Cic. ad Div.

In hanc nóstram plateam. *Pa.* Mírum, ni hanc dicit, modo
Huic quaé data est dono. *Ch.* Húc cum advenit, núlla erat.
Pa. Comités secuti scílicet sunt vírginem?
Ch. Verúm: parasitus cum áncilla. *Pa.* Ipsa est: ílicet!
Desíne: iam conclamátum est. *Ch.* Alias rés agis.

V. 53. Bentl. ne *dono* in thesi occultetur, corr. *quaé data dóno est.*

---

nunc coniunctio accipienda est: non, ut alias, pro adverbio ponitur. — 52. *In hanc nostram plateam.*] Recte, quia vicina est illis Thais, ad quam deducitur. — 53. *Nulla erat.*] Etenim ingressa iam fuerat. — 54. *Comites secuti scilicet sunt virginem?*] Interrogative quidem: sed sic, ut scire videatur id quod quaerit, sed ad hoc quaerere, ut quod scit, confirmet. — 55. *Verum: parasitus.*] *Verum* modo inceptiva est, non relativa particula. Ut in Andria, *Verum: vidi Cantharam suffarcinatam.* [Heaut. V. 3. 11.] — 56. *Iam conclamatum est.*] Transactum ac finitum. Ut conclamata corpora nihil reliqui iam habent ad vitae officia. *Conclamatum est.*] Manifestum significat, ipsam eandem esse, vel pulchram esse, quia et ipse dixerat, *Haec superat ipsam Thaidem.* Ut in conclamatis funeribus nulla dilatio est doloris et luctus. Unde *Lucanus* ait: ---- *Corpora nondum Conclamata iacent.* — Aut *conclamatum*, satis deploratum, satisque vociferatum est, quia dixerat, *O infortunatum senem: si et hic amare coeperit.* Tanquam dicat, Iam occisum patrem tandem scimus, iamque deflemus. *Alias res agis.*] Recte, quia dixit ille, *Iam conclamatum est. Alias res agis.*] Aut, *non attendis ad id quod dico*, significat, ut nulla sit in eo attentio: nam hinc natum est, *Agite, amabo*: aut, *nugatorias*

VII. 23. — *Advorterat.*] Phrasis nautica, apta Chaerese, publico custodi in portu Attico. Ovidius, Heroid. XII. 28. *Iussus inexpertam Colchos* advertere *puppim.*

55. *Ilicet.*] Vide supra I. 1. 9. Plautus, Amph. I. 1. 182. Ilicet, *mandata heri perierunt.*

56. *Conclamatum.*] Locutio translata a re funebri, extremam fere desperationem indicat. Scilicet homine morti proximo omnis familia conclamabat, seu, ut vicini concurrerent, seu, ut anima forte delitescens in angulo quodam corporis excitaretur. Vide Comment. maiorem. — *Alias res agis.*] Vide ad And. I. 2. 15. Qui autem animum et cogitationem non occupant in re praesenti, *alias res agere*

Pa. Istúc ago equidem. *Ch.* Nóstin' quae sit? díc mihi: aut
Vidístin'? *Pa.* Vidi: návi: scio, quo abdúcta sit.
Ch. Eho, Pármeno mi, nóstin'? [*Pa.* Novi. *Ch.*] Et scis úbi siet?
Pa. Húc deducta 'st ád meretricem Thaídem: ei donó data est.
Ch. Quís is est tam poténs cum tanto múnere hoc? *Pa.* Milés Thraso;
Phaédriae rivalis. *Ch.* Duras frátris partes praédicas.
Pa. Immo enim si sciás, quod donum huic dóno contra cómparet,

V. 57. Bentl. *Nóstin' quaeso, dic mihi, aut Vidistin?* ex cod. collegii corp. Christ. Idem v. 60. *Novi* delet cum Donato, et omnia Chaereae assignat.

V. 63. Bentl. corr. *quod donum dono huic contra comparet.*

---

res agis, hoc est iocaris: quasi dicat, vanas res agis. — 58. *Scio, quo abducta sit.*] Plus dixit, quam interrogabatur: credo taedio interrogantis; nam properat, ut dicturus est, ad deducendum Eunuchum ad Thaidem cum ancilla ex Aethiopia. *Scio, quo abducta sit.*] Secunda ἀποστρόφησις. — 59. *Eho, Parmeno mi, nostin'? et scis ubi siet?*] Amatorie satis repetuntur quae semel dicta sufficerant. — 60. *Huc deducta est ad meretricem.*] Et hoc confundit semel, quum acervatim dicit, velut odio interrogantis saepius, et festinatione ad mandata Phaedriae peragenda. — 62 *Phaedriae rivalis.*] Cum pronunciatione addendum, quo magis doleat, *Phaedriae rivalis. Duras fratris partes praedicas.*] Scilicet contra aemulum et divitem. Et *partes duras*, μεταφορικῶς ab actoribus scenicis. — 63. *Comparet.*] Hic iam ostenditur miles illustrior per rivalis dona, quam per sua. Et est qualitas comparativa.

---

dicuntur. Hec. V. 3. 28. Plautus, Pseud. I. 2. 19. *Hoc vide sis, ut* alias res agunt! *hoc agite, huc animum advortite.*

61. *Tam potens cum tanto munere.*] *Potens* et *potentia* ad divitias referuntur. Plautus, Epid. I. 2. 50. *Est Euboicus miles locuples, multo auro* potens. Phaedrus. I. 24. 1. *Inops* potentem *dum vult imitari, perit.* ubi v. Intpp.

62. *Rivalis.*] Vide supra II. 2. 37. — *Duras fratris partes.*] H. e. difficilem causam, quam sustineat, non valens superare tam potentem rivalem. Phorm. I. 2. 22.

63. *Si scias, tum magis id dicas.*] Plautus, Mil. V. 36. *Mage dicas, si scias, quod ego scio.* — *Contra comparet.*] H. e.

[Tum] mágis id dicas. *Ch.* Quódnam quaeso hercle?
Pa. Eúnuchum. *Ch.* Illum ne óbsecro
'Inhonestum hominem, quém mercatus ést heri, senem, múlierem?
Pa. 'Istunc ipsum. *Ch.* Homó quatietur cérte cum donó foras.

V. 64. Bentl. *Tum* delevit, metri gratia. Faernus *id* delebat, quod in codd. incertam sedem habet. Idem v. 65. sublata interpunctione *senem mulierem.*

Comparet pro emat, aut, comparandam putet. — 64. *Tum magis id dicas.*] Duras partes fratris esse. — *Quodnam quaeso hercle?*] Curiositatem addidit, παρελκόντων *quaeso* et *hercle.* Et vide quam molliter et sine intellectu spectatoris ad argumenti spectati ordinem poëta perveniat: ut de Eunucho facta mentione consilium nascatur supponendi Chaereae. *Eunuchum.*] Mire *Terentius* primo simpliciter Eunucho nomen posuit, huic quoque detracturus. — 65. *Inhonestum.*] Foedum: ut contra, *facie honesta.* Ut apud *Virgilium*, *Et laetos oculis afflarat honores.* — *Hominem.*] Opportune *hominem* dixit, tanquam incerti sexus. *Senem, mulierem?*] Non communi genere dixit *senem:* quippe qui alibi separaverit, dicendo, *senex atque anus*: sed subdistinguendum est: ut sit duplex vituperatio: una ab aetate, quod ait *senem*: altera a membrorum mollitie, quod ait *mulierem.* —. 66. *Quatietur certe cum dono foras.*] Mire *cum dono*: tanquam illi repulsae causa donum futurum sit. Tum deinde non reiicietur, sed *quatietur.* Vide quam contumeliosius dictum sit, *quatietur foras:* vel verberibus pelletur foras, non expulsione, sed detrusione. Vel sic dixit, *foras quatietur*: ut desit, *versum*: ut sit, foras versum verberabitur, ut verberetur et fugetur foras. Nam et pervulgatae consuetudinis dictum est,

---

Ei opponat, ad vincendum militis domum. Locutio translata a gladiatoribus, quorum paria invicem comparabantur. Adelph. II. 2. 4. Suetonius, Calig. 35. *Hunc e spectaculis detractum repente et in harenam deductum Thraci, et mox Hoplomacho*, comparavit.

65. *Mulierem.*] Convicium in hominem ignavum et mollem. Infra IV. 3. 20. Plautus, Bacchid. IV. 8. 4. *Non me arbitratur militem, sed* mulierem. [*Inhonestum* i. e. deformem, turpem, ut *honestus* pro pulcro Andr. I. 1. 96. *Quatietur* i. e. cum vi et iniuria extrudetur. Horat. Carm. III. 9. 19. *si flava excutitur Chloe.* Vid. Bentleius ad Hor. Carm. III. 15. 9.]

Séd istam Thaidém non scivi nóbis vicinam. *Pa.* **Haúd diu est.**
Ch. **Périi! nunquamne étiam me illam vidisse? ehodum dic mihi;**
Estne, ut fertur, fórma? *Pa.* **Sane.** *Ch.* **At nihil ad nostram hanc.** *Pa.* **Alia res [est].**
Ch. **Obsecro hercle, Pármeno, fac ut pótiar.** *Pa.* **Faciam sédulo, ac** 70
Dábo operam, adiuvábo. numquid me áliud? *Ch.* **Quo nunc ís?** *Pa.* **Domum,**

V. 69. *est* omittit cod. Bembinus: abiecit Bentleius.
V. 70. Bentl. *ac* delet, ut oratio fortius incedat per asyndeta.
V. 71. idem *adiutabo* corrigit, quia ita Terentius soleat, et spondeus in hac sede trocheo melior sit.

Feri canem foras, hoc est, feriendo canem foras elice. — 67. *Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam.*] Quomodo enim pro Eunucho veniet, si aut novit aut notus est? Et si mulierem adolescens ne novit quidem, ipse multo maxime nescietur. *Sed istam Thaidem non scivi nobis vicinam.*] *Οἰκονομία* contra illud, quod meretrix vicina erat. *Haud diu est.*] Vicina scilicet. Et est causa, an verisimile sit nescire potuisse vicinam? Et nota, apud *Terentium* vicinas poni saepius adolescentibus meretrices, ut haec sit prima amoris illecebra. — 68. *Nunquamne etiam me illam vidisse?*] Artificiose inculcat poëta *τὸ παθανόν.* — 69. *Estne, ut fertur, forma?*] Hoc propter illud, quod supra diximus. Sed nimio lepore Terentiano iam illud agitur. Nam hic ostenditur, verisimile esse pro Eunucho creditum apud vicinam meretricem Chaeream: qui adeo ignotus sit mulieri, ut nec ipse eam noverit: quod erat facilius et promptius. Et additur color, quod et illa non diu vicina est, et quod adolescens plurimum in Piraeeo commoratus est. *Nihil ad nostram hanc.*] Moraliter *nbstram* dixit pro *meam.* *Alia res est.*] Non potuit melius suam utrique gratiam reservare: nam et illa et haec amantur. — 70. *Faciam sedulo.*] Mire in promissis posterioribus difficultas rei ostenditur: quum primo *faciam* dixerit. — 71. *Numquid me aliud vis?*] Hoc dicere abeuntes so-

---

69. *Nihil ad nostram hanc.*] Particula *ad* comparationi inservit. Infra IV. 4. 14. Plautus, Capt. II. 2. 25. de Thalete Milesio: *Ad sapientiam huius nimius nugator fuit.* Cicero, Deiot. 8. *Nihil* ad *tuum equitatum.* [*Alia res* dicitur de illis, quae inter se comparari non possunt, ut contra *una res* apud Plaut. Capt. III. 1. 28.]
70. *Faciam sedulo.*] Vide And. III. 4. 18.
71. *Numquid me aliud?*] Vide supra I. 2. 111.

'Ut mancipia haec, íta uti iussit fráter, [de]ducam ad Tháidem.
Ch. 'O fortunatum ístum Eunuchum, quí quidem in hanc detúr domum!
Pa. Quíd ita? *Ch.* Rogitas? súmma forma sémper conservám domi
Vidébit: conloquétur: aderit úna in unis aédibus:
Cibúm nonnumquam cápiet cum ea: intérdum propter dórmiet.

V. 72. Bentl. cum Faërno ex cod. Bembin. *ducam* scripsit pro *deducam*, et pro vulg. *ita ut* dedit *ita uti*.

---

lent. Et bene, *Numquid me aliud vis?* quia festinat. Et simul quia hinc nascitur dolus fallendae meretricis. — 72. *Ut mancipia haec, ita ut iussit frater, deducam ad Thaidem.*] Vide *Terentium*, ut non quaesita esse haec fallacia, sed ipsa se obtulisse videatur. — 73. *O fortunatum istum Eunuchum.*] *Istum* saepe annotavimus aut ad contemptum aut ad odium referri. Ut *Virgilius*, *Aut quid petis istis?* Et, *Ista quidem quia nota mihi tua, magne, voluntas, Iupiter.* — *Qui quidem in hanc detur domum!*] Quid facilius quam imitari velle, quod laudes? nec quisquam, nisi qui cupit, eligitur pro Eunucho, qui Eunuchum putat esse beatum. Vide, quam molli descensu ad hoc consilium pervenitur. Res enim hoc suggerit potius, quam Parmeno: ideo quia servum hoc suadere Chaereae, nimis temerarium fuit. — 74. *Quid ita?*] Potuit intelligere statim servus: sed ad hoc interrogat, ut doceatur spectator. — 75. *Videbit: colloquetur: aderit una.*] Amatorie nimis quinque lineas amoris executus est: adeoque diligenter, ut etiam ordinem custodierit. *Videbit: colloquetur; aderit una in unis aedibus.*] Mire amator non simul effudit hoc bonum, sed particulatim digessit: ut maior voluptas futura esse noscatur. *Videbit: colloquetur: aderit.*] Istae enim sunt amo-

---

[75. *In unis aedibus* h. e. in una eademque domo. Liv. I. 51. *ea cum una nocte perfecta essent.* ubi vid. Drakenborch.]

76. *Cibum capiet cum ea.*] Plautus, Trin. IV. 2. 60. *Quocum una* cibum capere *soleo.* Lucilius, Sat. VIII. *Cum poclo bibo eodem, amplector, labra labellis Fingens compono, hoc est, tum ψωλοκοποῦμαι.* — *Propter dormiet.*] Particula *propter* vel notat non longe ab re aliqua, uti Phaed. II. 6. 7. *Venit per auras cornix, et* propter *volans;* [v. intpp. ad Liv. Ep. 49.] vel arctissimam coniunctionem significat. Plautus, Amph. IV. 1. 8. *Quem* propter *corpus suum stupri compleverit.* Tum *dormire* de ipso etiam concubitu usurpatur; ad-

Pa. Quid si nunc tute fórtunatus fias? *Ch.* Qua re, Pármeno?
Respónde. *Pa.* Capias tu fílius vestem. *Ch.* Véstem? quid tum póstea?
Pa. Pro illó te deducam. *Ch.* Aádio. *Pa.* Te esse íllum dicam. *Ch.* Intélligo.
Da. Tu illís fruare cómmodis, quibus [tu] íllum dicebás modo;
Cibum úna capias, ádsis, tangas, lúdas, propter dórmias:

V. 79. Bentl. ex codd. *suis deducam.* Vulgo erat *ducam*, ruente metro.

V. 80. Bentl. *tu* cum cod. Petrensi delevit.

---

ris lineae: etsi eas non omnes est persecutus. — 77. *Quid si nunc sute fortunatus fias?*] Sic videtur Parmeno dicere, potius ut iocetur, quam ut fieri credat posse. — 78. *Capias tu illius vestem.*] Non semel ostenditur, quod futurum sit: quia particulatim potest etiam quod turpe est, tamen mitti ad persuasionem. Simul in gestum respicitur. Ergo non dixit, *ibis pro Eunucho:* sed primo, *Capias illius vestem.* Tum deinde, hoc ipsum non aspernante domino, pergit servus ad caetera, quae audaciora sunt. *Vestem?*] Quam libenter audiat, repetitio dictorum per interrogationem ostendit. — 79. *Audio.*] Id est, libenter hoc admitto, et consentio. Ut in Phormione, [II. 1, 6.] *Audio, et fateor.* Et contra, *Non audio. Intelligo.*] *Audio* et *intelligo* vim modo non usitatam exprimunt, scilicet consentientis immodicum affectum. — 81. *Cibum una capias.*] Bene servus interturbavit supra dictas amandi lineas, et ordinem voluptatum, quippe qui amare non noverit. *Cibum una capias, adsis, tangas, ludas, propter dormias.*] Etsi satis erat superior versus, tamen incentiva sunt amoris, etiam sigillatim haec enumerata, quae una sententia superior versus ostenderat. —

---

dito fere *cum*, non *propter*. Ovidius, Remed. 481. *Nam, si Rex ego sum, nec mecum* dormiet *illa.*

78. *Quid sum postea?*] Ita rogare solent, qui quare quid narretur, non satis intelligunt. Infra IV. 2. 9. IV. 7. 23. Adelph. IV. 5. 15. Hec. IV. 1. 36. Plautus, Truc. II. 6. 28.

81. *Tangas.*] Verbum impudicum. Ita infra IV. 2. 10. Heaut. IV. 5. 15. Adelph. IV. 5. 52. Horatius, Sat. I. 2. 54. *Matronam nullam ego* tango. Ovidius, Metam. X. 348. *Ut praesens spectem Cinyram, tangamque, loquarque, Osculaque admoveam, si nil conceditur ultra.* Ita et *attingo.* Hec. I. 2. 61. Sed et pro ipso concubitu poni-

Quandóquidem illárum néque te quisquam nóvit, neque scit quí scies.
Praetérea forma, et aétas ipsa 'st, fácile ut pro Eunuchó probes.
Ch. **Díxti pulchre: núnquam vidi mélius consilíum dari.**

V. 83. Bentl. corr. *es aetate ipse es*, quia *in te* in hoc sermone non possit intelligi. Cod. Coll. Corp. Chr. *ipse es*.

---

82. *Quandoquidem illarum quisquam.*] Pro, *ex illis. Quisquam.*] Quia *quaequam* dicere absurdum est. — *Illarum quisquam.*] *Quisquam* multis exemplis probatur etiam feminino genere veteres protulisse: ita ut in numeris et generibus haec pronomina infinita sint. — *Neque scit qui sies.*] Hoc est, quod supra callide poëta praestruxit. — 83. *Forma, aetas, ipsa 'st.*] Deest, *in te*. *Facile ut pro Eunucho probes.*] Formam scilicet et aetatem. *Formam*, quia pulcher es: *aetatem*, quia ephebus. *Facile ut pro Eunucho probes.*] *Probes*, fingas, atque persuadeas: ut in consuetudine dicimus, *Homo sacrilegus pro innocente se probavit.* Et *Cicero*, *Hoc tu his probabis?* Itaque deest *te*, quod subaudiamus, ut sit, *pro Eunucho te probes.* *Probes.*] Ut, *Migrantes cernas.* Aut *probes*, persuadeas. Et simul honeste non dixit quod erat rectum, ut Eunuchum probes, sed *pro Eunucho*: ne esset

---

tur. Plautus, Aul. IV. 10. 25. *Ergo, quia eum* tangere *aueus, haud causificor, quin eam Ego habeam potissimum.* Neque aliter scriptores sacri. Vide Genes. XX. 6. et 1 Corinth. VII. 1. — *Ludas.*] Et hoc verbum in obscoenis est; pro lascivire et libidinari. Infra III. 5. 38. Catullus, LIX. 211. Ludite, *ut lubet*, *et brevi liberos date.*

82. *Quisquam.*] Utroque genere dixerunt *Quis*, *Quisnam*, *Quisquam*, *aliquis.* Plautus, Aul. II. 1. 16. Quis *ea Est* nam *optuma*? Paul. L. 1. D. de Verb. Sign. [Cfr. Gronov. ad Gell. II. 23. Ruhnk. ad Iul. Rufin. p. 262.]

83. *Forma et aetas.*] Vide ad And. I. 1. 45. [Bentleius legit *forma vt aetate ipse es*; sed nihil mutandum esse apparet ex Hec. I. 1. 19. *cur non aut istnec mihi aetas et forma est.* Vid. Burmann. ad Sueton. Galb. c. 14.] — *Ut pro Eunucho probes.*] Sensus est, ut probes formam et aetatem quasi Eunuchi. Recte explicat Donatus. [*Probare se pro Eunucho* significat efficere, ut pro eunucho habearis, persuadere aliis, te eunuchum esse. Cic. in Verr. V. 30. *suppositum in eius locum, quem pro illo probare vellet.* Vid. quae annotavimus ad Rutil. Lup. I. p. 15.]

Age, eámus intro: núnc iam orna me; ábduc, duc, quantúm potes.
***Pa.* Quid agís? iocabar équidem. *Ch.* Garris. *Pa.* Périi! quid ego egí miser?**
Quo trúdis? perculeris iam tu me. tíbi equidem dicó, mane.
***Ch.* Eámus. *Pa.* Pergin'? *Ch.* Cértum 'st. *Pa.* Vide ne nímium calidum hoc sít modo.**

V. 85. Bentl. distinguit: *Age eamus intro nunc iam! orna me* etc. ac dein *potes* legit ex codd.

---

contumeliosum in Chaeream. — 85. *Nunc iam orna me.*] Hortative *orna* dixit: non *despolia*, aut *exue me*. *Abduc.*] Abducimur unde volumus: ducimur quo volumus. *Quantum potes.*] Deest, *cito*. — 86. *Quid agis?*] Callide servus non vult se auctorem videri tanti facinoris. — 87. *Quo trudis?*] Comici semper ea ostendunt fieri ab altero verbis alterius personae, quae ostendi per se ipsa non poterant: ut nunc manu agere Chaeream Parmenone ipso dicente cognoscimus. *Quo trudis?*] Praebet se vi cogendum domino, quem compulit dictis. *Perculeris tu me.*] Perverteris. Unde proverbium, *Bene plaustrum perculit*. *Tibi equidem dico, mane.*] Sigillatim ista pronuncianda sunt: ex quibus intelligatur, non cessare Chaeream, quin adhuc impellat et trudat. — 88. *Pergin'?*] Quasi vero ioco dixerit, non serio. *Ne nimium calidum.*] Periculosum. Sed melius *callidum* legitur. *Nimium.*] Proverbiale: quia *nimium* pro-

---

85. *Quantum potes.*] Idem *Quam potes* dixerunt, eodem sensu. Ovidius, Arte Am. I. 489. *Neve aliquis verbis odiosae offeras aures*, Quam potes, *ambiguis callidus abde notis*. [Bentl. *potest*, i. e. fieri potest.]

86. *Garris.*] Vid ad Phorm. III. 2. 2.

87. *Perculeris.*] H. e. tundendo ad terram dederis. Plautus, Pers. V. 2. 22. *Perii*, perculit *me prope*. Unde ad fortunas refertur. Cicero, Dom. 11. *Desinant, desinant homines iisdem machinis sperare me restitutum posse labefactari, quibus antea stantem* perculerunt.

88. *Calidum.*] Temerarium, praeceps. Plautus, Mil. II. 2. 71. *Reperi, comminiscere, cedo* calidum *consilium cito*. Cicero, Off. I. 24. *Reperies multos, quibus periculosa et* calida *consilia quietis et cogitatis et splendidiora et maiora videantur*. [Liv. XXII. 24. *agitabantur pro ingenio ducis consilia calidiora*. Vid. Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 337. Graeci eodem sensu Θερμὸν dicunt. Victor. V. L. XXXIII. 6.]

Ch. Non ést profecto: síne. *Pa.* At enim istaec ín me cudetúr faba. *Ch.* Ah!
Pa. Flagítium facimus. *Ch.* An id flagitium 'st, si ín domum meretríciam
Dedúcar; et illis crúcibus, quae nos, nóstramque adolescéntiam
Hábent déspicatam, et quaé nos semper ómnibus cruciánt modis,

V. 92. Bentl. *habens despicatu*, h. e. despicatui, ut Heaut. II. 3, 116. Plaut. Poen. III. 3, 13. Men. IV. 3, 19. videlicet ne *despicatam* ad solam *adolescentiam* referatur.

pria vox est. — 89. *At enim istaec in me cudetur faba.*] Id est, in me hoc malum recidet, in me haec vindicabitur culpa: ut laborat solum, in quo cuditur, id est, batuitur faba, quum siliquis exuitur tunsa fustibus: ut in areis more rusticorum fit. Vel quod quidam male coctam fabam, et quae non maduerit, sed dura permanserit, supra caput coqui, velut ipsi fabae irati, saxo comminuunt. Tum universum malum, et omnis dolor ad coquum pervenit. Simile et alibi a pulmento proverbium est: *Tute hoc intristi, tibi hoc est exedendum: accingere.* — 90. *Flagitium facimus.*] *Flagitium* more militari dicitur, res flagitatione, hoc est increpatione digna. Nam *flagitatio* a strepitu dicitur: unde *flamma*, et *flagella*, et *flagitare*, id est, personare intelligimus dici. Nam haec omnia sine sonitu crepituque non sunt. *An id flagitium est?*] An liceat? an deceat? Et prius, quia licet. — *An id flagitium est?*] *Terentius* laudat argumentum huius fabulae: in quo exemplum promitur, quod prosit parentibus, obsit meretricibus: et simul deliberationibus tractans ad faciendum. *Si in domum meretriciam deducar.*] Hoc tale est; nulla lex prohibeat, et defendatur in licitum. — 91. *Et illis crucibus.*] Hoc iam ad illud pertinet, ut ostendatur decere. Et primo a persona eius fit. — 92. *Habent despicatam.*] Contem-

89. *Istaec faba in me cudetur.*] Sensus videtur esse, Dum tibi istius calidi consilii auctor sum, obsequium in speciem tibi praestans, sed revera maximum conciens malum, vereor, ne meo id faciam damno, et ne fraus illa in me recidat. Origo huius dicti obscurior. Vide Comment. maiorem; et Taubm. ad Plaut. Capt. II. 1. 7.

90. *Flagitium facimus.*] Plautus, Cas. III. 2. 19. Flagitium *maximum* feci, *miser*. Vox *flagitium* etiam in amoribus illicitis sedem fixit. Cicero, Tusc. IV. 32. *Et ut turpes sunt, qui efferunt se laetitia tum, quum fruuntur venereis voluptatibus, sic* flagitiosi, *qui eas inflammato animo concupiscunt.*

91. *Crucibus.*] Ita de meretricibus. Plautus, Aul. III. 5. 48. *Aut aliqua mala* crux *semper est, quae petat aliquid.*

92. *Habent despicatam.*] Plautus, Cas. II. 2. 15. *Vir me*

Nunc réferam gratiam; átque eas itidem fállam, ut ab illis fállimur?
An pótius haec pati? aéquum est fieri, ut á me ludatúr dolis.
Quod quí rescierint, cúlpent: illud mérito factum omnés putent.
***Pa.* Quid istúc? si certum 'st fácere, facias: vérum, ne post cónferas**

V. 95. Bentl. *An pótius par atque aequum est, pater ut a me ludatur dolis.* Multi codd. *patri*, quod sublata interpunctione probamus.

---

ptam atque despectam. Et ita est ἐκθεσις et μυκτηρισμός. Vel certe alterius verbi declinatio, ab eo quod est *despicor*, ut *conspicor*. *Sallustius*, *Quum interea Metellus monte digrediens cum exercitu conspicatur, primo dubius quidnam insolita facies ostenderet.* — 93. *Nunc referam gratiam.*] Non eas, inquit, lacessam: sed quod iustum est, vicem reddam. quasi ipse in aliis laesus sit. *Ut ab illis fallimur?*] Non dixit, *alii falluntur.* — 94. *An potius haec pati? aequum est fieri.*] Illic vicissitudo extat in *Pati dolos*. *Ut a me ludatur dolis.*] Σύλληψις: subauditur *pati*. — 95. *Quod qui rescierint.*] Ex consequentibus argumentum: nam illud factum vituperatio sequitur, hoc approbatio. *Illud merito factum omnes putent.*] Bene, non *iudicent*: quia et hoc ipsum non satis probum est, vel meretricem fallere. — 96. *Quid istuc?*] Adverbium est aegre concedentis. — *Facias.*] Pro, *facito*. *Verum, ne post conferas.*] Si *ne* prohibentis est, nihil deest: si percontantis, ut sit *ne forte*, deest, *timeo*. *Verum, ne post conferas culpam in me.*] In hoc negotio non auctor vult interesse, sed ser-

---

habet *pessumis* despicatam *modis*. [*Habent despicatam* i. e. contemnunt.' *Depicatus* est ab inusitato verbo *despicor* pro despicio. Saepe autem *habere* cum participio ponitur. Ovid. Epist. XXI. 234. *Neglectum queritur testis habere fidem.* Liv. XXXIX. 16. *necdum omnia, in quae coniuraverant, edita facinora habebant.* Valer Max. II. 6. 7. *clausas portas habet.* Buchner. de commut. rat. dic. XXI. 1. p. 320.]

93. *Referam gratiam.*] H. e. Ulciscar, par pari referam. Infra IV. 4. 51. V. 3. 2. Plautus, Pers. V. 2. 71. *Sciunt* referre *probe inimico* gratiam. Phaedrus, III. 2. 1. *Solet a despectis par* referri gratia. — *Eas itidem fallam.*] Ovidius, Arte Am. I. 645. *Fallite fallentes.*

96. *Quid istuc?*] Vide ad And. III. 3. 40. — *Ne post conferas culpam in me.*] Plautus, Amph. II. 2. 156. *Ne posterius culpam in me conferas.*

Culpam in me. *Ch.* Non faciám. *Pa.* Iubesne? *Ch.* Iúbeo, cogo, atque ímpero. Nunquám defugiam auctóritatem. séquere. *Pa.* Dí vortánt bene.

V. 97. Bentl. *istic.* Id. v. 98. *sequere* Parmenoni tribuit.

---

vus. *Verum.*] Deest, *vide.* — 97. *Cogo, atque impero.*] Evidenter ostendit plus esse *imperare* quam *iubere.* — 98. *Nunquam defugiam auctoritatem.*] Non, inquit, recusabo facere, dum tu tamen auctor sis facti.

---

98. *Nunquam defugiam auctoritatem.*] H. e. nunquam negabo, me fuisse auctorem et impulsorem. Plaut. Poen. I. 1. 17. *Ag. Si tibi lubido est, aut voluptati, sino. Suspende, vinci, verbera, auctor sum, sino. Mi. Si* auctoritatem *postea* defugeris; *Ubi dissolutus tu sies, ego pendeam.* Cicero, Sul. 11. *Itaque attende iam, Torquate, quam ego* defugiam auctoritatem *consulatus mei.* Sensus est: Quam ego recusem, me auctore dici gesta, quae in meo consulatu, et oppressione coniurationis gesta sunt. Vide Donatum, infra V. 5. 20. [Antiquus et elegans loquendi modus. *Auctoritas* est eorum omnium, qui aliquid se fecisse aut fieri iussisse profitentur. Cic. pro Sull. c. 11. *quam ego defugiam auctoritatem consulatus mei.* Vid. Muretus ad h. l. et in Epist. III. 72. Victorii V. L. V. 22. *Defugere* pro recusare, vitare, exemplis illustrant viri docti ad Caes. B. G. I. 82.]

ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

THRASO. GNATHO. PARMENO.

Th. **Magnás vero agere grátias Thaís mihi?**

1. *Magnas vero agere gratias.*] Hic sermo sic prodit, ut post scenam inchoatus esse videatur. Continent autem adsentationem parasiticam, et stultitiam gloriosi militis. *Agere.*] Plus sonat in-

Gn. Ingénteis. *Th.* Ain' tu? laéta 'st? *Gn.* Non tam ipsó quidem
Dónó, quam abs te datum ésse: id vero sério:
Triúmphat. *Pa.* Huc proviso, ut ubi tempús siet,
Dedúcam. sed eccum Militem. *Th.* Est istúc datum
Profécto, ut grata míhi sint, quae facio, ómnia.
Gn. Advórti hercle animum. *Th.* Vél rex semper máxumas

finitus modus finito. — 2. *Ingenteis.*] Vide quantum adiiciat parasitus. Ille *magnas* dixit, hic respondit *ingenteis*: ille, *laeta 'st*: hic, *triumphat.* — 3. *Quam abs te datum esse.*] Maioris est gratiae, tantum potuisse amorem militis, ut meretrix minus laetaretur ob lucrum. *Id vero serio.*] *Id*, ob id: ut, *Id amabo adiuta me.* Alias παρέλκεται, id est, productionis locus est. — 4. *Triumphat.*] Ut militaribus dictis tangit Militem Parasitus! *Huc proviso.*] Tertia persona venit in scenam: sed separatim loquitur, et secum. — 5. *Sed eccum militem.*] Iniuriose *militem.* Honorifice proprio nomine dicitur: ut in subiectis, *Audire vocem visa sum modo militis. Est istuc datum.*] Fato decretoque concessum: ut, *Non dabitur regnis, esto, prohibere Latinis.* — *Ut grata mihi sint, quae facio, omnia.*] Gratae nobis sunt aut res aut personae: sed nunc res dicit. *Quae facio, omnia.*] Ἔλλειψις vel σύλληψις. — 7. *Advorti hercle animum.*] Approbat dictum et hoc, *Ait, aio. Vel rex semper maxumas mihi agebat.*] Quam intempestive miles ad regem transitum fecit, cum de meretrice agatur. *Vel rex.*] Ut in Hecyra, *Vel hic Pamphilus iurabat quoties Bacchidi, quam sancte?* —

---

2. *Ingentes.*] Citat et explicat hunc locum Cicero, Lael. 26. Lucretius, V. 677. Maxima, *quae vidit quisque, haec* ingentia *fingit.*

3. *Abs te datum esse.*] Ovidius, Heroid. XVII. 70. *Te potius, quam tua dona sequar.*

4. *Triumphas.*] Ita Heaut. IV. 2. 5. Phorm. III. 3. 10. Cicero, Att. IX. 16. *Meum factum probari abs te*, triumpho *gaudio.*

5. *Est istuc datum.*] Subaudi natura, vel a diis immortalibus. Lucretius, II. 302. *Quantum cuique* datum est *per foedera naturai.* Cicero, Catil. IV. 1. *Mihi quidem si haec conditio consulatus* data est. [Formulam copiosius illustrat Bentl. ad Horat. Serm. II. 2, 31., quem iam Ruhnken. laudavit. De proximis Ruhnkenius: „*Ut grata mihi sint* i. e. ut gratiam mihi afferant apud omnes. Heaut. II. 3. 21. *Quod tamen nunc facio: tum cum gratum mi esse potuit, nolui.* Contra Heaut. V. 1. 61. *ingratum tibi est*, i. e. nullam gratiam eo inis. Cic. ad Div. V. 5. *sin autem ingrata esse sentiam.* Vid. Graevius ad Cic. pro Mil. c. 37."

Mihi agébat, quidquid féceram: aliis nón item.
Gn. **Labóre alieno mágnam partam glóriam**
Verbís saepe in se tránsmovet, qui habét salem;
Quod in té est. ***Th.*** **Habes.** ***Gn.*** **Rex te érgo in oculis.** ***Th.*** **Scílicet.**

V. 9. Bentl. *magno.*
V. 10. Bentl. *qui sal habet*, ut vitetur iambus in quinta sede. Sed v. Prolog. Andr. v. 33. — Idem v. 12. ex cod. Bemb. *gestare.* *Th. Verum.* coll. Act. II. 3, 55. ubi *verum* similiter positum.

Vel rex semper maxumas.] Subauditur *gratias*: ab eo quod supra dixit, *Magnas verò agere gratias Thais mihi.* — 9. *Partam gloriam.*] Id est, quae paritur. Ut, *Vectus equo spumante Saces,* — 10. *Verbis saepe in se transmovet, qui habet salem.*] Mire adulator hoc attribuit militi, quod minime habet, vel *verba*, vel *salem.* *Qui habet salem.*] *Sal* neutraliter, condimentum est: masculini, sapientia. — 11. *Quod in te est.*] Quod tu habes. *Habes.*] Intelligis. Quod enim tenemus corpore, habemus animo: quodque item animo habemus, intelligimus. *Habes.*] Pro intelligis. Sic dicitur *accipe*, et *da.* *Habes* etiam, id est, dicis. Ut *Sallustius: Tartessum, Hispaniae civitatem, quam nunc Tyrii mutato nomine Gadirum habent.* *Rex te ergo in oculis. Scilicet. Gestire. verum.*] Vide inconditam properationem laudari se cupientis, adeo, ut non sinat verba impleri, quin praefestinet, *scilicet* et *verum*

8. *Aliis non item.*] Cicero, Fam. XV. 21. *Quod tibi facetum videtur, quidquid ego dixi*, aliis *fortasse* non item.

9. *Labore alieno magnam partam gloriam verbis in se transmovet.*] Haec Gnatho aversus dicit spectatoribus, Thrasone non audiente. Reliqua rursus ad Thrasonem conversus. Sallustius, Ing. 85. *Neque* gloriam *meam* laborem *illorum faciam.* De usu vocis *gloria* vide Burm. ad Val. Flacc. Argonaut. I. 77.

10. *Qui habet salem; quod in te est.*] Ingenii acumen, et sermonis elegantiam *salem* et *sales* dixerunt. Catullus, Carm. LXXXIV. 4. *Nulla in tam magno corpore mica* salis. Afranius, in Compitalibus: *Quidquid loquitur*, sal *merum est.* Idem vero Gnatho eundem Thrasonem infra V. 5. 49. *Insulsum* et *fatuum* vocat. [Bentleius legit *qui sal habet*, *quod in te est.* Nam *sal* et masculini et neutrius generis dicitur. Forte melius est legere, ut pleraeque editiones habent, *qui habet salem*, *quod in te est.* Nam saepe pronomen *quod* respicit totam phrasin. Heaut. II. 3. 123. *In tempore ad eam veni, quod rerum omnium est primum.* Plin. Panegyr. c. 59. *Esse denique consules*, *quod concupierunt.* ubi vid. Schwarzium.]

11. *Rex te ergo in oculis.*] Summi amoris et benevolen-

Gn. Gestíre. *Th.* Vero: crédere ómnem exércitum,
Consília. *Gn.* Mirum. *Th.* Tum sícubi eum sátietas
Hóminum, aút negoti si quando odium céperat:
Requiéscere ubi volébat; quasi, nostin'? *Gn.* Scio:
Quasi ubi íllam exspueret míseriam ex animó. *Th.*
Tenes.

V. 13. vulgo legebatur *satias.*

---

dicere. — 12. *Credere omnem exercitum.*] Magis ridebis, si consideres militem notum esse, qui * *Credere omnem exercitum, consilia.*] Sub obtentu militis, ea stultitia, descripsit breviter comitem regium, acceptumque imperatori. Nam qui nunc credit exercitum, credit et consilia. *Virgilius: Nulla meis sine te quaeretur gloria rebus, Seu pacem, seu bella geram: tibi maxima rerum, Verborumque fides.* — 13. *Consilia.*] Αὔξησις. Plus enim est consilia, quam totus exercitus. *Mirum.*] Melius per ἐμφασιν pronunciamus *mirum.* Quasi dicat, Quis non crederet tali viro? sed potest etiam simpliciter pro admirantis gestu accipi. *Ubi satietas hominum, aut negotii si quando odium ceperat.*] Reipub. princeps duas res patitur, homines et negotia, id est, personas et res hominum. *Satietas hominum, aut negotii si quando odium ceperat.*] Proprié reddidit et decenter, *hominum satietas, negotii odium.* Non enim par erat Reip. principem *hominum odio* laborare. — 15. *Requiescere ubi volebat.*] Bono verbo usus est. Nam *cessat* desidiosus: *requiescit* defessus. *Quasi, nostin'?*] Grate expressit stulti infantiam militis, qui ante vult intelligi quod sentit, quam ipse dicat. Et proprie hoc morale est stolidi, sive ruditer loquentis. *Quasi, nostin'?*] Ἀποσιώπησις, pro, habes hoc? hoc est, quod supra, *Intelligis?* — 16. *Quasi ubi illam exspueret miseriam.*]

---

tiae expressio; quae varie effertur. Cicero, Fam. XVI. 27. *Te, ut dixi,* fero oculis. Idem Philipp. VI. 4. *Oderat tum, quum ille tabulis novis adversabatur, iam* fert in oculis. Et Att. VI. 2. *Publicanis* in oculis sumus. Persarum autem reges Satrapas suos *oculos* vocabant.

12. *Vero.*] H. e. certe, utique. Adelph. III. 5. 23.

13. *Satias.*] Ita infra V. 6. 3. Hec. IV. 2. 18. Phorm. V. 5. 6. Est autem *satias* et *satietas* fastidium. Lucret. II. 1037. *Fessus* satiate *videndi.* Mela, III. 5. *Ubi eos vivendi* satietas *magis, quam taedium* cepit. [*Odium i.* e. taedium. Infra V. 5. 2. *Neque agri neque urbis odium me unquam percipit.* Hec. II. 1. 22. *Audivi cepisse odium tui Philumenam.*]

15. *Requiescere.*] Sallustius, Catil. 4. *Igitur ubi animus ex multis miseriis et periculis* requievit.

16. *Exspueret miseriam ex animo.*] Metaphora, qualis

Tum mé convivam sólum abducebát sibi. *Gn.* Hui!
Regem élegantem nárras. *Th.* Immo sic homo 'st,
Perpaúcorum hominum. *Gn.* 'Immo nullorum árbitror,
Si técum vivit. *Th.* 'Invidere 'omnés mihi: 20

V. 19. Bentl. *hominumst*, quia *hominum* in hac versus sede non posit non elidi. Habet tamen elisionis neglectio excusationem ab interpunctione.

Ubi pro *quando*, et in his, et supra. *Expueret.*] *Expuere* est cum fastidio aliquid reiicere et expellere. Nam *expuere* est extra pus mittere, id est, foras. Nam *pus* est omnis humor corpori onerosus. — 17. *Tum me convivam solum abducebat sibi.*] Hoc superat, ut, qui esset minister magnarum rerum, id est, consiliarius, voluptatum quoque regis particeps esset. Et vide quo significatu dicatur, *Me*, et *Convivam*, et *Solum*, et *Abducebat*: nam non *vocabat*. Et *Sibi*, quasi non propter me, sed ut *sibi* bene esset. *Tum me convivam.*] Id est, quum satietas hominum esset, cum ediss et negotia. *Convivam solum abducebat.*] Ut, ---- *solam nam perfidus ille Te colere.* Significat autem saepiuscule factum. — 18. *Regem elegantem narras.*] Qui eligere sciat, aut qui ipse sit eligendus. — 19. *Perpaucorum hominum.*] Aut qui paucis utitur: aut qui de paucis est, aut qui paucis placet: hoc est, bonis et sapientibus, qui fere pauci sunt. *Immo nullorum arbitror, si secum vivit.*] Hoc aversus, ne miles audiat. Potest tamen et aliter intelligi, maxime cum milite. — 20. *Invidere omnes mihi.*] Plus potest ad significandum infinitum tempus, quam

---

illa Lucretii, II. 1040. *Expuere ex animo rationem.* [*Expueret miseriam* i. e. eiiceret. Vile verbum est *expuere*, quod parasitus studio captavit; sic Propertius IV. 5. 66. de anicula contemptissima: *Atque animam in tegetes putrem exputare paternas.* ubi vid. Broukhus. *Miseria* est molestia, ut Adelph. V. 4. 13. et Hec. III. 4. 6. Sic *miserum habere* pro molestia afficere apud Cic. ad Div. XIV. 7.]

17. *Abducebat.*] Ita Heaut. I. 2. 9. Eadem est Hamanis iactantia, Esth. V. 12.

18. *Regem elegantem.*] H. e. eligere scientem. Infra III. 5. 18. Heaut. V. 5. 19. [V. Ernesti Clav. Cicer. s. v.]

19. *Perpaucorum hominum.*] Horatius, Serm. I. 9. 44. Paucorum hominum, *et mentis bene sanae.* [Plura dabit Bentleius ad h. l.]

20. *Tecum vivit.*] H. e. te familiariter utitur. Cicero, Lael. 4. *Sed tamen recordatione nostrae amicitiae sic fruor, ut beate vixisse videar, qui* cum Scipione vixerim. [Bentl. ad Hor. Serm. I. 8. 57.]

Mordére clanculum: égo non flocci péndere.
Illi invidere mísere; verum unús tamen
Impénse, elephantis quem Indicis praefécerat.
Is ábi molestus mágis est; quaeso, inquám, Strato,
Eone és ferox, quia habés imperium in béluas?
***Gn.* Pulchré mehercle dictum, et sapientér. papae!**

finitum. — 21. *Ego non flocci pendere.*] Quod morderent clanculum, vel quod inviderent. — 22. *Illi invidere misere*] *Miser* enim est, cui animae miseria inest. *Verum unus.*] Proprie *unus*. Nam *unus* ex multis dicitur. Et mire est facta nullius ponderis repetitio, ad inertiam loquentis exprimendam. Nam postquam dixit, *Invidere omnes mihi:* repetit, *Illi invidere misere.* Quin et *impense* et *misere* idem significant: et mox tamen sine ullo auctu addidit, *Verum unus, tamen impense.* Aut plus est *misere*, quam *impense.* — 23. *Elephantis quem Indicis praefecerat.*] Et hoc stulte: cum hoc ad dignitatem sumit, et sic pronunciat, ut magna esse praefectura videatur haec ipsa. Et hoc a stolido milite sic profertur, tanquam magnum hominem velit esse, qui sibi inviderit. Et *Indicis πρὸς ἀντιδιαστολήν.* — 24. *Is ubi molestus magis est.*] More suo *magis* addidit, ne diceret *molestior. Quaeso, inquam, Strato.*] *Strato*, nomen accommodatum militiae. — 25. *Eone es ferox.*] Causale est, *ideone* significans. — *Quia habes imperium in belluas?*] Mire extulit, *Imperium in belluas.* Sic *Virgilius: ---- illa se iactet in aula Aeolus, et clauso ventorum carcere regnet.* — 26. *Pulchre mehercle dictum.*] Immodica laudatione vertit, etiam si quid facete dictum est. Sufficeret enim *pulchre*, quod est *sapienter.*

---

21. *Mordere clanculum.*] Et homo et res mordere nos dicitur, ubi molestiam creat. Infra vs. 55. Adelph. V. 3. 21. Eadem metaphora et *allatrare* et *rodere* dixerunt. — *Flocci pendere.*] Supra II. 3. 11.

23. *Impense.*] H. e. supra modum. Plautus, Epid. IV. 1. 39. *Ut alias res est* impense *improbus.* [Infra III. 5. 39. *impendio* dicitur. Ruhnk.] — *Elephantis Indicis praefecerat.*] Plautus, Mil. I. 1. 25. *vel* elephanto in India *Quo pacto pugno perfregisti brachium?* Sallustius, Iug. 52. Elephantis *et parti copiarum pedestrium Bomilcarem* praefecit.

25. *Belluas.*] Proprie de elephantis. Ovidius, Trist. IV. 6. 7. *Quaeque sui monitis obtemperat:* Inda *magistri* Bellua, *servitium tempore victa subit.* v. Graevius ad Flor. II. 6.

Iuguláras hominem, quíd ille? *Th.* Mutus ílico.
***Gn.* Quidni ésset? *Pa.* Di vostrám fidem! hominem**
pérditum
Miserúmque, et illum sácrilegum. *Th.* Quid illúd, Gnatho,
Quo pácto Rhodium tétigerim in convívio,
Nunquíd tibi dixi? *Gn.* Núnquam: sed narra, óbsecro.
Plus míllies iam audívi. *Th.* Una in convívio
Erat híc, quem dico, Rhódius adolescéntulus.
Forte hábui scortum: coépit ad id adlúdere,

V. 31. Bentl. ex Bembino et aliis *Numquam tibi dixi?* Idem v. 35. *irritare* corr. praeter necessitatem. Dein: *Quid agis, homini inquam, impudens?* Cod. Bembin. *homini*, sed ordine vulgari conservato.

— 27, *Iugularas hominem.*] Pulchre tangit militem, *iugularas* dicendo, non, *occideras*: quasi gladio, non verbis usus sit. *Mutus ilico.*] Tam hoc stultum est, quam si diceret, *statim nihil.* Recte autem diceret, *Ex illo mutus fuit.* Tale est et illud, *Tacere festinat.* — 28. *Quidni esset?*] Hoc est, ut posset esse, *iugularas. Hominem perditum.*] Deest, *ó*: ut sit, *ó hominem perditum!* sed sic melius sonat: maioris enim stuporis est, hoc modo pronunciatum. *Hominem perditum miserumque, et illum sacrilegum.*] Vide quantum addiderit, qui non hominem simpliciter, sed *perditum* et *miserum illum*, nec malum, sed *sacrilegum* dixerit. — 30. *Tetigerim.*] Luserim, fatigaverim. Nam *tangere*, cum multa, tum etiam hoc significat. — 31. *Numquam: sed narra, obsecro.*] Callide parasitus intelligit ad hoc se interrogatum, ut audire postulet. — 32. *Plus millies iam audivi.*] Ὑπερβολή. Aut superfutura * ut aequatur: aut subiacet, ut tantum non *millies* convenit stultum eundem et immemorem esse, qua et intelligentia est. — 34. *Forte habui scortum.*] Vide quemadmodum miles, dum mul-

27. *Iugularas.*] H. e. pudore suffusum ad silentium redegeras. Adelph. V. 8. 35. Horatius, Serm. I. 7. 35. *Per magnos, Brute, Deos te Oro, qui reges consueris tollere, cur non Hunc regem* iugulas?

30. *Rhodium.*] Plautus, Epid. II. 2. 115. *Auro opulentus, magnus miles*, Rhodius, *raptor hostium, Gloriosus.* [*Tangere* est aculeato dicto perstringere. Muret. ad Catull. XXI. 8. et Victorii V. L. IX. 19.]

32. *Plus millies.*] Phorm. III. 2. 2.

34. *Ad id adludere.*] Plautus, Stich. II. 58. *Quando adhi-*

Et me irrīdere. Quid agis, inquam, homo impudens?

Lepus túte es, et pul[pá]mentum quaeris? *Gn.* **Ha, ha, he!**

Th. **Quid ést?** *Gn.* **Facete, lépide, laute: níl supra.**

V. 36. Bentl. corr. *pulmentum.* Quo admisso ictus cadunt rectius. Nisi forte *es et* deleri malueris.

---

ta ad dictum suum pervenire fateatur, interim quam contemptus sit atque derisus. Abdomen in corpore foeminarum, patiens iniuriae coitus, *scortum* dicitur, ideo quia *scorta* sunt dura coria. A parte ergo sui meretrices *scorta* dicuntur: vel ἀπὸ τοῦ σκαίρειν, quod Graece *palpitare* intelligitur: quod illae faciunt saltando assidue, vel potius crissando, ut *Lucretius* ait, lib. 4. ob eam causam, ut concinniorem Venerem exhibeant viris: aut sibi abigant conceptum, quod in vulvam foeminae, in ipso coitu non se moventis, incidit. — 36. *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris?*] *Lepus* pro infamia multa ponitur: vel quod magis a posteriori parte, hoc est, armis, pulpamentum de se praebeat, cum in convivio carpitur appositus. Ut *Horatius* ait, *Foecundi leporis sapiens sectabitur armos.* Vel quod venantur illum, et persectantur canes: quos pro amatoribus ἀλληγορικῶς intelligimus: ut ipse *Terentius* ait, *Cervam videre fugere, sectari canes.* Vel quod illum sic fugiant omnes, constituat ut hunc libido effeminata. Vel quod a Physicis dicatur incerti sexus, ac esse modo mas, modo foemina. *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris?*] Quod in te habes, hoc quaeris in altero. Et est τρόπος ἀλληγορία. *Ha, ha, he!*] Parasitus hic interiectionem risus addidit: quo magis nunc primum hoc audisse credatur. — 37. *Quid est?*] Haec interrogatio gestum vultumque continet cuiusdam alacris, et certi, quod laudandus sit. — *Facete.*] *Facetus* est, qui facit verbis quod vult. *Lepide.*] *Lepidus*, qui politus est ut λεπὶς, id est, lamina. —

---

bero, adludiabo. Iustinus, I. 4. de puero: *Quem ubi in manum mulier accepit, velut ad notam* adlusit. [*Alludere* i. e. amorem suum ostendere visu, motu, tactu manus aut pedis. Lactant. III. 10. de animalibus: *colloqui videntur, dum aut homini alludunt aut suis quisque coniugibus.* Burmann. ad Phaedr. III. 19. 12.]

36. *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris?*] Explicat Donatus. Eodem sensu Catullus, Carm. XCI. *Ipsa olera olla legit.* Et Cicero ad Q. Fr. III. 1. *Ipsi fontes iam sitiunt.* Vide Comment. maiorem, et Gronov. ad Iust. III. 3. 7.

Tuum óbsecro ne hoc dictum erat? vetus crédidi.
Th. Audíeras? Gn. Saepe; et fértur in primis. Th. Meum 'st.
Gn. Dolet, dictum imprudenti ádolescenti et libero.
Pa. At té Di perdant. Gn. Quíd ille, quaeso? Th. Pérditus.
Risu ómnes, qui aderant, émoriri; dénique

V. 38. monet Bentl. *Tuum obsecro ne* dictum esse pro *Tuumne obsecro*, ut Eun. IV. 2, 53. Adelph. III. 4, 19. ubi *utrum - ne*.

Laute.] *Lautus* qui mundus et splendidus est. — 38. *Tuum obsecrone hoc dictum erat?*] Et dicta, et proverbia, et adagiones, quod rem agant, facetis hominibus adscribuntur: et hoc laudis genus est, ad potiores referre, quod alter probatur dixisse. *Vetus credidi.*] Quia omnia vetera magna sunt. — 39. *Saepe.*] Non ex ipso: nam esset contrarium superiori. *Meum est*] Non sensu tantummodo, sed verbis quoque ipsis agreste est, quod nunc dicit, *Meum est.* — 40. *dolet dictum imprudenti adolescenti et liberoi*] Deest *mihi*, ut sit, *Dolet mihi.* Et *dictum* participium est, id est, quod dixisti. Addidit enim parasitus, quo gravius sit dictum, commiserationem eius in quem dictum est, utpote imprudentem adolescentem et liberum. Scit enim homines stultos malos videri velle. Et vide parasitum in iisdem versari, cum ait supra, *Iugularas*, hic, *Dolet dictum. Imprudenti.*] Scilicet qui minime crederet, tali se percuti posse convicio: aut cum tali viro sibi rem futuram. Et sic laudat militem, ut miseratione iam dignus sit adolescens. Tam festive * ut etiam misereri inimicorum vacet. — 41. *At te Di perdant.*] Nove Parmeno, non ipsi, sed de ipso loquitur, non audiente eo. *Εἰρωνικῶς.* Parmeno hic male facit; *At te Di perdant*, inquit. — 42. *Risu omnes, qui aderant, emoriri.*] Disciplina est comicis, ut stultas sententias, ita etiam vitiosa verba, adscribere ridiculis imperitisque personis. Ut *Plautus*,

---

89. *Fertur.*] H. e. celebratur. Quinctilianus, Instit. Orat. X. 1. *Nobis pueris insignes Oratores* ferebantur. Ubi vide Burm. [*Fertur imprimis* i. e. in omnium ore est, circumfertur ut elegans et venustum. Sueton. Caes. c. 20. *ut vulgo mox ferrentur hi versus.* Vid. Schulting. ad Senec. Controv. II. p. 170.]

[40. *Imprudens* hic in laude ponitur, ut *adolescentes imperiti rerum*, *educti libere* Andr. V. 4. 8. Vid. Bentlei, h. l. Minus recte hunc locum accepit Schulting. ad Senec. Controv. I. p. 152.]

42. *Emoriri.*] Ita Plautus passim. Ovidius, Metam. XIV. 215. *Mortemque timens, expiduaque* moriri.

Metuébant omnes iám me. *Gn.* Non inúria.
Th. Sed heús tu, purgon' égo me de istac Thaídi?
Quod eám me amare súspicata 'st? *Gn.* Níl minus. 45
Immo aúge magis suspicionem. *Th.* Cúr? *Gn.* Rogas?
Scin'? sí quando illa méntionem Phaédriae
Facit, aút si laudat, te út male úrat. *Th.* Séntio.
Gn. Id út ne fiat, haéc res sola est rémedio.
Ubi nóminabit Phaédriam, tu Pámphilam 50
Contínuo: si quando ílla dicet, Phaédriam
Intrómittamus cómmissatum: [tu,] Pámphilam

V. 52. Bentl., ut metrum sustentetur, cùm aliquot codd. et vett. editt.

Latronibus ego denumerem stipendium, inquit ex persona militis. Itaque hic *emoriri* dixit. At vero Atticus adolescens in Heautont. *Emori cupio.* Vide igitur poëtam pro loco ac tempore scire quid dicat. — 43. *Metuebant omnes iam me.*] Ne cui dicerem, *Lepus tute es, et pulpamentum quaeris.* Aut, *Equus es ferox, quia habes imperium in belluas? Non iniuria.*] Hoc sic pronuncia, quemadmodum illud supra, *Quidni esset?* — 44. *Purgon' ego me de istac Thaidi?*] Οἰκονομία ad litem futuram inter militem et Thaidem. — 45. *Quod eam me amare suspicata 'st?*] Quia apparet illam militi quoque κατὰ τὸ ἐσκωπτημένον ostendisse, quod dixit Phaedriae. — 46. *Immo auge magis suspicionem.*] Haec erit causa reiiciendi militis. — 47. *Scin'?*] Monentis est dicere *scin'*, vel *scito*. *Si quando illa mentionem.*] *Si quando* et prima syllaba acui potest, et media. Tamen variat sententiam. — 49. *Id ut ne fiat.*] Modo *Ne*, non, significat. *Haec res sola est remedio.*] Si te suspicetur amare Pamphilam. — 50. *Ubi nominabit.*] Et locum et tempus significat *ubi*. *Tu Pamphilam continuo.*] Hic magna οἰκονομία est, qua *Terentius* praeparat quemadmodum iurgium inter Thaidem militemque, et Gnathonem, per duas partes serpat fabulae. Et bene *continuo:* ut intelligat meretrix, non tam Pamphilam amari, quam sibi vicem dari. — 52. *Pam-*

---

44. *Purgon' ego me de istac Thaidi?*] Plautus, Amph. III. 2. 28. *Et id huc revorti, uti* me purgarem tibi.

48. *Te ut male urat.*] Plautus, Bacchid. V. 1. 5. *Magis quam id reputo, tam magis* uror, *quae meus filius turbavit.*

50. *Ubi nominabit Phaedriam.*] Sex integros hosce versus citat Cicero, Fam. I. 9.

52. *Commissatum.*] ad compotationem post coenam. Plautus,

BODLEIAN LIBRARY OXFORD

Cantátum provocémus, si laudábit haec
Illíus formam: tu húius contra; dénique
Par [tú] pari referto; quód eam mórdeat. 55
Th. **Siquidém me amaret, tum ístuc prodessét, Gnatho.**
Gn. **Quando íllud, quod tu dás, exspectat, átque amat:**
Iam dúdum te amat: iám dudum illi fácile fit,

tu delet, ac deinde v. 53. *Cantum tu provoc.* scribit, ut *cantum* a *canere* derivetur.

V. 55. vett. editt. et codd. *Par propari referto.* Sed frustra quaeras huius locutionis exemplum. Vulgo *par pari.* Bentl. corr. *Par tu pari ref.*

---

philam cantatum provocemus.] Eleganter, quia ille foris est, haec intus: illum *intromittamus*, hanc *provocemus.* Haec est in verbis poëtae germana proprietas. — 54. *Tu huius contra.*] Hic *contra* vicem significat. — 55. *Quod eam mordeat.*] *Quod par.* Aut absolute *Quod*, quae res. — 56. *Siquidem me amaret, tum istuc prodesset, Gnatho.*] His versiculis, personam Militis et Gnathonis continentibus, *οἰκονομία* inducitur, quod verisimile sit, facile militem ferre posse, anteponi sibi Phaedriam, qui se semper intellexerit non amari. Nam si hoc tollas, aut excludendus est Phaedria, aut ex dolore militis in hac fabula fit exitus tragicus. Et hoc miles, ut sapiens, locutus est. Ergo meminisse convenit ridiculas personas non omnino stultas et excordes induci a poëtis comicis. Nam nulla delectatio est, ubi omnino, qui deluditur, nihil sapit. Stultitia autem est in his quatuor modis: aut non venire in mentem, quod oportet: aut si venerit, non tenere: aut bonum consilium amittere: aut malum admittere. Vide ergo, ut hoc commode miles viderat, non tenuerit, totumque amiserit. Hoc autem idcirco interposuit poëta, ut ostenderet, quid veneni haberet assentatio: per quam non modo errantes decipiuntur ac praecipites eunt, verum etiam sapientes interdum sanique evertuntur. — 57. *Quando illud, quod tu das, exspectat.*] Hac sententia tollitur militi, quod recte senserat: nec persuadetur tamen, quod ametur ab amica. — 58. *Iam dudum te*

Mostell. I. 4. 5. *Nunc* commissatum *ibo ad Philolachetem.* — *Pamphilam cantatum provocemus.*] Nimirum e gynaeceo. Tangit morem, de quo refert Livius, XXXIX. 6. *Tum psaltriae sambucistriaeque, et convivalia ludionum oblectamenta addita epulis.*

55. *Par pari referto.*] Phorm. I. 4. 35. Plautus, Pers. II. 2. 41. *Par pari respondes dicto.* Citat Servius ad Virg. Aen. I. 265. — *Mordeat.*] Supra versu 21. Livius, VIII. 4. *Sin autem tandem libertatis desiderium remordet animos.*

Quod dóleat: metuit sémper, quem ipsa núnc capit
Fructúm, ne quando irátus tu alio cónferas. 60
Th. **Bene díxti: at mihi istuc nón in mentem vénerat.**
Gn. **Ridículum: non enim cógitaras; caéterum**
Idem hóc tute melius quánto invenissés. Thraso!

V. 59. V. *metuet.* Cod. Bemb. et alii *metuit*, quod etiam Bentleio magis placuit.

V. 63. Bentl. corr. *Idem hoc aut melius tute invenisses Thraso.* Nam si *idem* est, inquit, quomodo *melius?* Nolumus haec argumentis confutare.

---

amat.] Vel nimium et valde, vel iam pridem. — 59. *Quod doleat.*] Hoc ad illud refertur, quod supra dixit, *Par pari refero, quod eam mordeat.* — 60. *Ne quando iratus tu alio conferas.*] Et hic locum pro persona posuit, ut ne diceret, *ad aliam.* — 61. *At mihi istuc non in mentem venerat.*] Sic pronunciandum est, quasi militi monstri simile videatur, sapiens dictum alii prius venisse in mentem, quam sibi. — 62. *Ridiculum.*] Vel hominem vel dictum significamus. *Caeterum idem hoc tute melius quanto invenisses, Thraso!*] Scilicet si cogitasses.

---

59. *Capit fructum.*] Supra I. 1. 85.

60. *Alio con[illegible]as.*] Cicero, Off. I. 14. *Quas enim copias his et suppeditari c[illegible]est, et relinqui, eas* transferunt *ad alienos.*

63. *Tute melius.*] Cicero, Fam. IV. 13. *Sed* haec tu melius, *vel optume omnium.*

ACTUS TERTIUS.

SCENA SECUNDA.

THAIS. THRASO. PARMENO. GNATHO. PYTHIAS.

Th. Audire vocem visa sum modo militis.
Atque éccum! salve, mi Thraso. *Thr.* O Thaís mea,
Meum suávium, quid ágitur? ecquid nós amas
De fidicina istac? *Pa.* Quám venuste! quód dedit

Audire vocem visa sum modo militis.] *Hic inducitur multiplex concursus dissimilium personarum, et tamen virtute et consilio poëtae discretarum, ut confusio nulla sit facta sermonis: simul etiam pro se cuique accommodata mire repraesentatur oratio.* — 1. *Audire vocem visa sum modo militis.*] Omnes sensus *visa* dicuntur, ab eo quod est certissimum oculorum: Ergo *visa sum*, sensu. Ut *Virgilius*: ---- *visaeque canes ululare per umbram, Adventante Dea.* — 2. *Salve, mi Thraso.*] Quia secum, *Militis:* quia apud illum, *Thraso.* Est quaedam actio, cuius nomen honestum est: sicut oratoris, philosophus; est quaedam, cuius nomen offensum est, ut miles, lanarius. — 3. *Meum suavium.*] Tria sunt osculandi genera, *osculum* scilicet, *basium*, et *suavium. Oscula* officiorum sunt: *Basia*, pudicorum affectuum: *Suavia*, libidinum vel amorum. *Meum suavium.*] Cum oscularetur, dixit. *Quid agitur?*] Et hoc blandimenti genus est post osculum. Sed duri est et agrestis: infert enim *Ecquid nos amas?* Et *Ecquid*, aliquantulumne significat: et ideo illa *plurimum*, recitat. *Cicero* in Catilinam, *Quid est, Catilina? ecquid attendis? ecquid animadvertis horum silentium?* — 4. *De fidicina istac?*] *De, propter:* ut sit, propter fidicinam. Et vide non puellam, sed *fidicinam*, quasi ab amatore dictam, et eo amatore, qui quasi memor sit artis, qua delectatur: et quia puella sit aemula meretricis: nam meretricum est fidicinam esse. *Quam ve-*

1. *Audire vocem visa sum modo militis.*] Plaut. Cistell. II. 3. 1. *Audire vocem visa sum ante aedes modo Mei Lampadisci servi.*

[4. *Quod dedit principium* i. e. quam inficete sermonem suum orsus est commemorando munere, quod dedit. *Dare* pro facere frequens est comicis. *Principium* est prooemium apud rhetores. Schulting. ad Senec. Controv. II. p. 123.]

Princípium adveniens! *Th.* Plúrimum meritó tuo.
Gn. Eámus ergo ad coénam: quid stas? *Pa.* Hem álterum:
Ex hómine hunc natum dícas? *Thr.* Ubi vis, nón moror.
***Pa.* Adíbo, atque adsimulábo, quasi nunc éxeam.**
Itúran', Thais, quópiam es? *Th.* Ehem! Pármeno,

V. 7. Bentl. corr. *Abdomini hunc natum dicas*, quod eleganter dicatur de parasito, qui de ventre solo cogitaverat. Dictione utitur Cicero in Pison. c. 17.

---

nuste! quod dedit principium adveniens!] Bene reprehendit Parmeno. Nam in beneficiis debet oblivisci qui dedit, et meminisse qui accepit. Et est gravis *εἰρωνεία*, *Quam venuste!* — 5. *Plurimum merito tuo.*] Facete meretrix amorem suum non ad avaritiam retulit, sed ad officium. Et cum de fidicina, inquit, te amem praecipue merito tuo. Alii sic respondere intelligunt, ut ipsa de fidicina gratias agat. Nam cum ille dixerit, *Ecquid nos amas?* illa respondit, *Plurimum.* Quod autem *de fidicina* hac dixit ille, subiecit haec, *Merito tuo*, id est, quoniam mereris, dando eam. Sed melius est, ut praeter munus *Meritum* dixerit; quamquam multi *munus meritum* intelligant. Ut est illud *Virgilii: Quique sui memores alios fecere merendo*; id est, gratos sibi reddidere munerando. — 6. *Eamus ergo ad coenam.*] Decuit parasitum de coena etiam importune admonere, cum quadam *ἐμφάσει* velut magnae rei. *Hem alterum.*] Bene *alterum*, quia duo sunt. *Hem alterum.*] Si hic reprehendatur miles, *alterum dictum:* si parasitus, *alterum hominem.* Vult enim Parmeno et parasito esse verutior, et debet esse, cum peioris conditionis sit. *Hem alterum.*] *Alterum*, non respective, sed absolute; ac si dixisset, aliud dictum, vel alterum stultum. — 7. *Ex homine hunc natum dicas.*] Recte reprehendit Parmeno duos, quorum unus beneficium Thaidi exprobrat, alter pro beneficio coenam ostendit, tanquam ad eam currendum sit: nam hoc significat, *Quid stas?* quasi sit causa properandi. *Ubi vis, non moror.*] Ad, *Eamus ad coenam, Ubi vis* retulit: Ad, *Quid stas? Non moror.* — 8. *Quasi nunc exeam.*] Mire, *Nunc exeam*, quippe qui iam dudum procul steterit. — 9. *Iturane, Thais,*

6. *Eamus ergo ad coenam.*] Ita solent servi et parasiti quemvis sermonem aut negotium interturbantes mentionem coenarum facere. Adelph. III. 4. 57. IV. 2. 49.

7. *Ex homine hunc natum dicas?*] H. e. credas hunc esse hominem, et non belluam potius? Ita infra, versu 86. et Plautus,

Bene fécisti: hodie itúra. *Pa.* **Quo?** *Th.* **Quid? hunc nón vides?**
Pa. **Video, ét me taedet. úbi vis, dona adsúnt tibi**
A Phaédria. *Thr.* **Quid stámus? cur non ímus hinc?**
Pa. **Quaeso hércle ut liceat, páce quod fiát tua,**

V. 10. Bentl. coni. *Bene pol fecisti*, i. e. fecisti. Nam codd. cum vett. editt. *Bene pol fecisti.*

---

quopiam es?] Ut experiatur Thaidis animum, fingit nescire quo eat. *Ehem! Parmeno.*] Vide deprehensam meretricem velle blandimentis satisfacere Parmenoni. — 10. *Bene fecisti.*] Quid bene fecit Parmeno? An quasi perturbata haec loquitur, etiam de nihilo blandiens, utpote meretrix et faceta? An quod illuserit convicio? — *Hodie.*] Dulciter additum *hodie*, quasi cum exceptione: quo se significat non perpetuo obsecuturam militi: et ut quae promiserit, biduum tantum abfuturum Phaedriam. *Quid? hunc non vides?* Si dixerit *militem*, laedit praesentem; si *amicum*, laedit Parmenonem. Mire igitur pronomen invenit. — 11. *Video, et me taedet.*] Opportune Parmeno fatetur odium militis, ut retundat ab eo amorem Thaidis. — *Ubi vis, dona adsunt tibi a Phaedria.*] Nil potuit exitiosius militi contingere, quam ut continuo rivalis mitteret munus, et posterior, et coram ipso. *Dona adsunt tibi a Phaedria.*] Cum illa sub pronomine celaverit nomen militis, ex arte Parmeno pronunciavit, *A Phaedria.* — 12. *Quid stamus?*] *Quid stamus?* ad moram refertur. — *Quid stamus?*] His verbis miles insulsus dolere se indicat. *Cur non imus hinc?*] Ubi servus rivalis est Parmeno. — 13. *Pace quod fiat tua.*] *Pace*, aut gratia, aut voluntate: et deest *cum*. Et sic locutus est, quasi bellum his verbis omnibus indixerit. *Pace quod fiat tua, dare huic quae volumus, convenire et conloqui.*] Proprie: quia *pax*, *datio*, *deditio*, *conventio*, *colloquium*, militiae verba sunt; et invidiose sic ait, quasi per eum non accipere liceat dona Thaidem. Et sic pronunciandum, ut subaudiatur *vel:* ut sit, vel dare, vel convenire, et colloqui: ut inter hostes solet. *Sallustius: Quae pacta in conventione non praestitissent.* Et alibi, *Cuius ad verba voluntate, colloquio militibus promisso, corruptio facta paucorum, et exercitus Syl-*

Mil. II. 2. 80. *Herus meus elephanti corio circumtentus est, non suo, Neque habet plus sapientiae, quam lapis.*

13. *Pace quod fiat tua.*] Eleganter ad militem nil nisi caedem spirantem. Habet autem formulae speciem. Plautus, Amph. I. 1. 132. *Obsecro, ut* per pacem *liceat te alloqui.* Cicero, Fam. VII. 17. Face tua *dixerim.*

Dare huíc quae volumus, cónvenire et cónloquí.
***Thr.* Perpúlchra credo dóna, haud nostris símilia.**
***Pa.* Res índicabit. heús, iubete istós foras**
Exíre, quos iussí, ócius. procéde tu huc.
Ex Aéthiopia est úsque haec. *Thr.* Hic sunt trés minae.
***Gn.* Vix. *Pa.* 'Ubi tu es, Dore? accéde huc. hem Eunuchúm tibi!**

V. 15. Bentl. cum Faërno: *aut nostris s.*

---

lae datus est. — 14. *Dare huic quae volumus.*] Haec singula cum invidia pronuncianda sunt. *Convenire et conloqui.*] Sic pronunciandum est, ut quasi dicat, liceat per te, miles, quod etiam inter hostes, et in bello licet. — 15. *Perpulchra credo dona.*] Εἰρωνεία de fiducia pulchrae virginis. *Nostris similia.*] Et *his similia*, et *horum similia*, dicimus. — 16. *Res indicabit.*] Scit Eunuchi nomen posse contemni: et ideo videri vult potius, quam sperari munera sua, id est, Chaeream. *Iubete istos foras exire, quos iussi, ocius.*] Cum fiducia et alto vultu pronunciat; et festinat, ne occupet miles prius abire, quam videat. Et est ordo, *ocius exire.* — 17. *Procede tu huc.*] Bene *procede* dixit, non *accede*, aut *veni*: ut appareat dignitas in incessu. Et callide ab inferiore incipit munere, hoc est, a puella ad Chaeream venturus, simul ut a vero mancipio incipiens ad falsum sine suspicione transiret. — 18. *Ex Aethiopia est usque haec.*] Quod Thais cupiebat. Nam supra, *Nonne ubi dixti cupere te ex Aethiopia ancillulam. Usque* additum, ut longinquitas monstraretur. Et hoc est quod facit, *Munus nostrum ornato verbis, quod poteris. Ex Aethiopia est usque.*] Hic ostendit quid sit *ex Aethiopia*, addendo *usque*: ut ex longinquitate dignitas muneris ponderetur. Et quid erit iam criminis in colore, quando ipse dicere gloriatur unde sit? Et mire ab inferiore coepit, ut αὔξησιν doni faceret in Chaerea: et turpi praecedente lenocinium comparat secuturo pulchro. *Usque* modo adverbium de loco est: ut, *Siculo prospexit ab usque Pachyno.* — *Hic sunt tres minae.*] Callide munus ad pretium revocavit, ut ad avaritiam converteret meretricem: ne officio donantis et gratia leniretur. Et ideo non dixit, *tribus minis valet*, sed, *hic sunt tres minae*: quasi iam vendenda sit. — 19. *Vix.*] Aut *difficile* significat,

---

18. *Ex Aethiopia est usque haec.*] Emphasis est in voce *usque*. Cicero, Deiot. 7. *Cui magnificentissima dona, ut scriptum legimus*, usque *ad Numantiam misit* ex Asia. Nepos, Hannib. 2. *Ut* usque a rubro mari *arma conatus sit inferre Italiae.*

Quam liberali fácie, quam aetate íntegra! 20
Th. **Ita mé Di ament, honéstus est.** ***Ph.*** **Quid tu ais, Gnatho?**
Numquíd habes, quod contémnas? quid tu autém, Thraso?
Tacént: satis laudant. fác periclum in líteris,

aut *non:* ut sit, *nec hoc. Lucilius: Carcer vix carcere dignus. Ubi tu es, Dore?*] Tanquam quaerat eum, ut nomen indicet: quo audito magis dissimulet Chaeream. *Accede huc.*] Vultu eo dicitur, quo debuit dicere, et dicto aemulorum laesus, et confidentia destitutus, velut in eo dumtaxat conspectu Chaereae confidens. *Hem Eunuchum tibi!*] Mire postquam dixit, ---- *Eunuchum porro dixti velle te, Quia solae utuntur his reginae, repperi.* — 20. *Quam liberali facie.*] Non narrative laudat, sed per interrogationem, quae maior fiducia est. *Quam aetate integra!*] Id est, qua florent puberes, ut *Virgilius, atque integer aevi Ascanius.* — 21. *Ita me Di ament.*] Iuravit ideo, ut non amore Phaedriae, sed veritate cogi ad laudandum videatur coram milite. *Honestus.*] Pulcher. *Virgilius, Et laetos oculis afflarat honores.* — *Honestus.*] Hic subdidit, quod in ancilla praetermisit, quia Aethiopissa honesta dici non potuit. — 22. *Numquid habes.*] *Habes* pro invenisti. *Quod contemnas?*] Plus est *contemnas*, quam *vituperes*: et deest, *in hoc:* ut sit, *numquid habes, quod in hoc contemnas?* — 23. *Tacent: satis laudant.*] Taciturnitas confessionis genus est, praesertim contra adversarii interrogationem. Ideo tacere hoc, vel quasi laudis argumentum est: quia supra tacere vituperavit: ideo et ipse sic ait: *Quid tu ais, Gnatho? numquid habes, quod contemnas? Tacent: satis laudant.* Et, *Quid tu autem, Thraso?* quia supra contempserat puellam. *Fac periculum in literis, fac in palaestra, in musicis.*] Si totum singulariter

---

20. *Quam liberali facie, quam aetate integra.*] Vide And. I. 1. 45. et 96.

21. *Ita me Di ament.*] Formula iurandi, Terentio et Plauto familiaris.

23. *Tacent: satis laudant.*] Cicero, Sext. 18. Tacenda loqui, *non inficiando confiteri videbantur.* — *Fac periculum in literis.*] And. III. 3. 33. Sunt, qui *literas* de arte arithmetica intelligunt, quod in ea literis uterentur veteres: non obstat tamen, quo minus de literis humanioribus studiisque liberalibus intelligamus. Quin non tantum homines liberi, sed et servi literis imbuebantur, quo carius venirent. Horatius, Epist. II. 2. 6. *Verna ministeriis ad nutus aptus heriles*, Literulis Graecis *imbutus, idoneus arti Cuilibet.* [*Listo-*

Fac in palaestra, in músicis: quae liberum
Scire aéquum est adolescéntem, solertém dabo. 25
Thr. **Ego íllum Eunuchum, si ópus siet, vel sóbrius.**
Pa. **Atque haéc qui misit, nón sibi soli póstulat**
Te vívere, et sua causa excludi caéteros.

V. 26. *siet* pro vulg. *sit* reposuit Bentl. cum Faërno.

---

diceret, esset ὁροστάλευτον, *Litera, palaestra, musica.* — 24. *Quae liberum scire aequum est.*] Quondam liberi pueri his artibus erudiebantur. Et est figura ἔλλειψις: deest enim, *His.* — 25. *Solertem.*] Id est, disertum. Utrum *haec solertem.* Ut *Horatius, Doctae sermones utriusque linguae.* An assumendum est *His* extrinsecus? *Solertem.*] Deest, *His.* *Solers*, quasi totus ex arte consistens, ut ὅλος ἀρετῆ, quod Latinis verbis quasi *solus in arte* sit. Huic *iners* contrarium. Nam *solers* quasi ὅλος ἀρετῆ dictus. *Olov solum, ut ἓξ sex*, et *ὑς sus* dicimus. — 26. *Ego illum Eunuchum, si siet opus, vel sobrius.*] Hoc ut militare est, ita importunum praesente Thaide: extra quam, miles si saperet, nihil amatorie contemplari debuit. Sed et hoc accedit ad eius odium, praeterquam quod iam in suspicione est amicae suae, quod fidicinam magis diligat. Et hoc mire, quod nemo prior Eunuchum esse Chaeream, quam miles, credidit: adeo stultus etiam nomine ipso appellavit. Sed statim stulte miles primo quidem convicium ipsi Eunucho facit: in quo potest iam laedere amicam. Deinde attestatur hoc dicto pulchritudinem huius muneris. Quid igitur proficit? Satis autem ioculare est, si cogites Chaeream esse, qui haec de se audiat, et tacere cogatur. *Vel sobrius.*] Honesta ἔλλειψις, propter mulieris praesentiam. Ut *Virgilius, Novimus et qui te.* Et ipse in Heautont. *Qui se vidente amicam patiatur suam.* Hoc tamen miles coactus a Parmenone dicit, quia reprehensus est tacuisse. — 27. *Atque haec qui misit.*] Id est, tanta munera. Hoc enim *haec* significat. *Non sibi soli postulat.*] Hoc est, *Istum aemulum, quod potes, ab ipsa pellito.* — 28. *Sua causa excludi caeteros.*] Nihil potuit dici

---

rae sunt artes liberales omnes, ut apud Cic. de Orat. III. 34. et Nep. Attic. c. 1. Iungit vero litteras, palaestram, musicam, quod Graeci has artes imprimis pueros docebant. Perizon. ad Aelian. V. H. VII. 15.]

24. *Quae liberum scire aequum est adolescentem.*] Cicero, de Oratore, cap. 1. *Sic sentio, neminem esse in oratorum numero habendum, qui non sit omnibus iis artibus, quae sunt* libero homine *dignae, expolitus.*

25. *Solertem dabo.*] *Solers* opponitur rudi. Sallustius, Iug. 96. *Rudis antea et ignarus belli* solertissimus *omnium in paucis tempestatibus factus est.* *Dabo* i. e. exhibebo.

Neque púgnas narrat, néque cicatrícés suas
Osténtat: neque tibi óbstat, quod quidám facit:
Verum úbi molestum nón erit, ubi tú voles,
Ubi témpus tibi erit, sát habet, si tum recípitur.
Thr. Appáret servum hunc ésse domini paúperis
Miseríque. *Gn.* Nam hercle némo posset, sát scio,

V. 32. Bentl. *tum si rec.* corr.

invidiosius. Non enim dixit *Phaedriam*, sed *caeteros.*, quasi futuri amatores fuissent, nisi metueretur exemplum Phaedriae. — 29. *Neque pugnas narrat.*] Descriptio militis, tantum excepto nomine. *Neque cicatrices.*] Insigne foeditatis. Nam apud meretricem quid aliud cicatrices valent? Nam cicatrices etsi semper gloriosae sint, non tamen etiam apud meretrices, quibus post pretium forma placet. Ut *Sallustius* quoque fatetur, *Haec sunt virtutis insignia: dehonestamento tamen esse corpori, maxime laetabatur.* — 30. *Neque tibi obstat.*] Qui a te repellat amatores tuos. *Quod quidam facit.*] *Quidam* recte, Nam et figuratum et aptum sententiae est, et contemptum indicat hoc verbum. — 31. *Ubi molestum non erit.*] Ad superiora retulit, quod nunc dicit: Scilicet ad *Non sibi soli postulat te vivere, et sua causa excludi caeteros: neque pugnas narrat*, etc. *Ubi molestum non erit, ubi tu voles.* Ad, *Neque tibi obstat: Ubi tempus tibi erit.* Et mire occupat animum meretricis, cum illam huius impulsu inducit facere, quidquid dure fecit excludendo Phaedriam. Hic igitur qui scit praecepta de beneficiis aestimandis, intelligit oratorie in utramque partem dicta omnia. *Verum ubi molestum.*] Utrum *tibi* molestum, an *aliis*? sed *aliis*, quia illaturus est — 32. *Ubi tempus sibi erit.*] Non amatori. Et *ubi tu voles:* non ut nunc in milite pateris. *Ubi tempus tibi erit, sat habet, si tum recipitur.*] His dictis et militem repulit ab animo meretricis, et commendavit adolescentem: et perfecit, ne iniuria videatur apud Thaidem, quod sponte susceperit Phaedriam. — 33. *Apparet servum hunc esse domini pauperis.*] Tristiores enim sunt servi pauperum, et ob hoc ipsum nequiores. Et hoc melius erat: quamvis illud aliter parasitus exponat. *Domini pauperis miserique.*] Bene additum *miseri*: quia non continuo pauper etiam miser est. — 34. *Nam hercle*

29. *Pugnas narrat.*] Ita solent milites gloriosi. Plautus, Mil. I. 1. True. II. 6. 1. — *Cicatrices ostentat.*] Livius, II. 23. *Ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum* cicatrices *adverso pectore* ostentabat. Ovidius, Amor. III. 8. 9. *Cerne* cicatrices, *veteris vestigia pugnae.*

[32. *Sat habet* i. e. contentus est. Caes. B. C. III. 46. *qui satis habebant sine detrimento discedere.* Nep. Epam. c. 8. *Lacedaemonii satis haberent si salvi esse possent.* Vid. Drakenb. ad Liv. V. 21. 9.]

Qui habéret, qui paráret alium, hunc pérpeti.
Pa. Tace tú, quem ego infra esse ínfimos omneís puto
Hominés: nam qui huic animum ássentari indúxeris,
E flámma petere té cibum posse árbitror.
Thr. Iamne ímus? *Th.* Hos prius introducam, et quaé volo,

V. 36. vulgo erat *esse infra.* Correxit Bentl. ex Donato. Ita *infra* recte sub ictum cadit.

V. 37. Bentl. ex suis codd. et vett. editt. *nam qui huic assentari animum induxeris.*

---

nemo posset.] Secundum, illud, *Ait, aio*, approbat parasitus quod miles dixit. Et est ordo, *Nam hercle satis scio, nemo posset hunc perpeti, qui haberet, qui pararet alium servum. Nam hercle nemo posset.*] Aliam causam subtiliorem assignat parasitus, quam dixerat miles. — 35. *Qui haberet, qui pararet.*] Prius *Qui*, pronomen: sequens adverbium est. — 36. *Quem ego esse puto infra omnis infimos homines.*] Nam haec sententia vult illum hominem servis etiam esse peiorem: quia et servus, homo. Ut in Phormione, *Servum hominem causum orare leges non sinunt.* — 37. *Qui huic animum assentari induxeris.*] Proprie: nam *animus inducitur* adversum obiectas difficultates. — 38. *E flamma te petere cibum posse arbitror.*] Unde sine damno aut malo nihil potest auferri. *E flamma.*] Hoc intelligit non ex foco, sed ex medio igni, vel incendio flammae. Nam antiquum verbum est *Petere cibum e flamma*, mordetque utrumque simul: ut nescias quem peius vituperaverit, huiusne famem, an illius immanitatem, vel voraginem. Et simul vide convicium redditum, unde coniectum est: id est, de paupertate et egestate. — 39. *Iamne imus?*] Odium Parmenonis et stomachum militis ista indicat festinatio. Et *Iam* increpatio morae

---

[35. *Qui pararet alium; qui* ponitur pro *ut*, ut ad Andr. prol. 6. notavimus. [imo valet: *quo.*] *Parare* est comparare, emere. Catull. X. 20. *non possem octo homines parare rectos.* ubi vid. Muretus. Caes. B. G. IV. 2. *quae impenso parant pretio.* Buchner. de comm. rat. dic. p. 13. et Gronov. ad Senec. de Ben. IV. 12.]

36. *Esse infra omnes.*] Naevius, incerta fabula: *pessimorum pessime.* Ovidius, Trist. V. 8. 1. *Non adeo cecidi, quamvis abiectus, ut infra Te quoque sim; inferius quo nihil esse potest.*

38. *E flamma petere te cibum.*] Lucilius, Lib. XXII. *Mordicus petere aurum ex flamma expediat, et e coeno cibum.* Catullus, Carm. LVII. *Ipso rapere de rogo coenam.* Cuiusmodi hominem Plautus *bustirapum* vocat, Psend. I. 3. 127. Rud. I. 2. 52.

Simul ímperabo: póst [huc] continuo éxeo.
Thr. Ego hinc ábeo, tu istanc ópperire. *Pa.* Haud cónvenit,
Una íre cum amica imperatorem ín via.
Thr. Quid tíbi ego multa dícam? domini símilis es.
Gn. Ha, ha, hé. *Thr.* Quid rides? *Gn.* Istuc quod dixtí modo:
Et illúd de Rhodio dictum [cum] in mentém venit.
Sed Thaís exit. *Thr.* Ábi prae, curre, ut sint domi

V. 40. Bentl. ex codd. *postea continuo exeo*, quia in *continuo* necessaria sit synaloephe. Sed vide an recte ex Donato et cod. Guelferb. *huc* interponatur.

V. 41. pro vulg. *istam* cum Bentl. ex codd. repositum *istanc*. Nam *hinc* et similia in versus initio corripi, frequentissimum.

V. 43. Bentl. corr. *domini simia es*, ingeniosius quam verius. Vulgatum tuetur etiam Priscianus T. II. p. 117. et 228. ed. Krehl.

V. 45. ex codd. Bemb. et Victor. post *dictum* Faërnus *cum* interposuit. Etenim alias ultima vocis *dictum*, quia in thesi est, non posset non elidi. Bentleius *cum* post *in mentem* posuit.

V. 46. Palmer. et Bentl. *cura*.

---

est. — 40. *Post huc continuo exeo.*] Legitur et *postea*, ut sit *post* pro *postea*. ΑΠΟΡΩΤΙΗΔΕ quomodo pro postremo *post*. — 41. *Ego hinc abeo.*] Consequens erat, ut offenderetur miles, tam diligenter rivalis munus suscipiente meretrice. — 42. *Una ire cum amica imperatorem in via.*] Vide προπαροινίαν futurae litis inter Thaidem et militem. — *Cum amica.*] Mirifice *amicam* dixit, non *meretricem*. — *Imperatorem in via.*] Congrue in militem: quasi ipse sit, sub quo est. Et hic servat Parmeno, quod sibi mandatum est, *Et istum aemulum, quod poteris, ab ea pellito*. Et bene mutat nomina, hinc ad honorem, hinc ad invidiam. Hanc, non *meretricem*, sed *amicam* dixit: hunc, non *militem*, sed *imperatorem*. — 43. *Quid tibi ego multa dicam?*] Non habuit aliud miles stultus: et redit ad illa quae supra dixit, *Domini pauperis miserique*. *Domini similis es.*] Ineptus iocus, in quo servus iniuriae vice domino comparatur. — 44. *Quid rides?*] Et hoc eo vultu dicitur, quasi sibi conscius sit miles facete dicti convicii. Nam non quod nesciat causam risus, eo interrogat quid riserit: sed ideo, ut denuo laudetur. — 45. *Et illud de Rhodio dictum.*] Hoc est illud, *Eorum ingenia admiror simul*. Et huic, ut apparet, fit amicior: ideo facilius ab amica, quam a parasito separabitur. — 46. *Abi*

---

43. *Domini similis es.*] Petronius, cap. 58. *Qualis dominus, talis et servus.*

Paráta. *Gn.* Fiat. *Th.* Díligenter, Pýthias,
Fac cúres, si Chremés huc forte advénerit,
Ut óres, primum ut máneat: si id non cómmodum 'st,
Ut rédeat: si id non póterit, ad me addúcito.
Py. Ita fáciam. *Th.* Quid? quid áliud volui dícere?
Ehem, cúrate istam díligenter vírginem.
Domi adsítis, facite. *Thr.* Eámus. *Th.* Vos me séquimini.

V. 48. Bentl. cum editt. vett. et duobus codd.: *Fac cúres: si forte húc Chremes advénerit.*

V. 49. Bentl. corr.: *primum ut redeat; si id non commodum 'st, ut maneat.*

V. 53. idem *Domi ut sitis, facite.*

---

prae, curre, ut sint domi parata omnia.] Non dixit *quae*: quia intelligitur. *Domi ut sint parata omnia.*] Ἔλλειψις ἡθικὴ, in qua plus vultu significatur, quam verbis. — 47. *Fiat.*] *Faciam*, vel *fiet*, diceret servus: liber vero, *fiat*: tanquam et ipse iubeat sibi. — 48. *Si Chremes huc forte ad me venerit.*] Οἰκονομία ad litem futuram, et exitum fabulae. Et hoc non audit miles: nam si audiret, nimis irasceretur. — 50. *Ad me adducito.*] Modo *ubi sum* significat. — 51. *Quid? quid aliud volui dicere?*] Pro, *quid aliud?* hinc est illud *Ciceronis*, *Quem, quemnam? recte admones: Polycletum esse dicebant.* — 52. *Curate istam diligenter virginem.*] Haec res est, quae faciet virginem claudi, in lectulo collocari, et obdormire. *Curate istam diligenter virginem.*] Ridiculum, quum contra eventurum sit. — 53. *Vos me sequimini.*] Κωφὰ πρόσωπα sunt puellae, quae sequuntur.

---

51. *Quid? quid aliud volui dicere?*] Infra V. 3. 1. Cicero ad Q. Fr. III. 1. *Quid praeterea? Quid? etiam.* Att. I. 17. *Quid aliud scribam ad te? quid? multa sunt, sed in aliud tempus.* Vide ad And. V. 1. 22.

ACTUS TERTIUS.

SCENA TERTIA.

CHREMES. PYTHIAS.

Ch. **Profécto quanto mágis magisque cógito,**
Nimírum dabit haec Tháis mihi magnúm malum:
Ita mé video ab ea astúte labefactárier.

V. 3. Bentl. ex codd. corr. *Ita me áb ea astute video labefactárier.*

1. *Profecto quanto magis magisque cogito.*] Haec persona apud *Menandrum*, adolescentis rustici est, et inconsequens oratio est. Sed conceditur secum loquentibus multa transcendere, quae taciti intelligunt: est enim integrum hoc modo, *Profecto quanto magis magisque cogito, nimirum intelligo vel invenio, quod dabit haec Thais mihi magnum malum.* Potest autem *nimirum* et pro confirmatione accipi, ut nihil desit: ut sit *nimirum*, sine dubio, pro certo. — 2. *Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum.*] Solve *nimirum*, et fac, *non est mirum:* et statim consequens erit per *ἀσύνδετον* tota sententia, quasi dixerit, *non est mirum*, et subdistinctione interposita mox intulerit, *dabit haec Thais mihi magnum malum.* Nam *ni* ne significat, et *ne* non. *Ni* pro ne: *Virgilius*, *Lueti discrimine parvo Ni teneant.* *Ne* pro non *Plautus*, *Ne vult*, inquit, pro non vult. — *Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum.*] His verbis intelligitur se sentire paulatim labi in amorem meretricis, quamvis invitum, et adhuc retinentem

2. *Dabit mihi magnum malum.*] Vide And. I. 1. 116. [*Magis magisque.* Frequens haec geminatio. Liv. VIII. 39. *quidquid progrediebantur, magis magisque turbatos hostes cernebant.* ubi vid. Drakenb. *Nimirum* i. e. certe, sine dubio. Horat. Epist. I. 14. 11. *cui placet alterius, sua nimirum est odio sors.* Donatus ad h. l.]

3. *Labefactarier.*] H. e. sensim convelli, et a proposito abduci. Metaphora a turri aliave mole translata. Plautus, Merc. II. 3. 68. *Labefacto paulatim.* Supra I. 2, 98.

Iam tum cum primum iussit me ad se arcessier;
Rogét quis, quid tibi cum illa? ne norám quidem;
Ubi véni, causam, ut ibi manerem, répperit.
Ait, rém divinam fécisse, et rem sériam
Velle ágere mecum. Iám tum erat suspício,
Doló malo haec fieri ómnia: ipsa accúmbere

V. 5. Bentl. ex codd. *cum ea*, ut sit anapaestus, neglecta synaloepha. Nam ita *cum* sub ictu est, ut elisio negligi recte potuerit.
V. 8. B. *iám erat tum suspicio*, ex coniectura.

---

mentem. — 5. *Roget quis, quid tibi cum illa?*] Prius intulit, quam interrogavit. — 6. *Ut ibi manerem.*] *Manerem*, modo, non dormirem, sed remanerem significat. — 7. *Et rem seriam velle agere mecum.*] Scilicet, quae non posset nunc agi, cum operetur. An *rem seriam* magis agendam tunc putabat, cum rem divinam fecisset? — 9. *Dolo malo haec fieri omnia.*] *Dolus* a laedendo dictus, id est, a dolando, id est minuendo. Nam et δόλος Graece laesio dicitur: et *dolones*, tela quaedam bellica. et *dolare* fabri, lignum est ascia caedere. Quod autem addidit *malo*, aut ἀφαίρεμα est, quia sic in duodecim Tabulis a veteribus scriptum est: aut ἐπίθετον *doli* est perpetuum: aut diastole est, quia est et *bonus*, quo a medentibus falli aegros, non tamen decipi, *Lucretius* poeta testatur initio lib. 4. *Accumbere mecum.*] *Mecum*, *penes me* si-

---

[5. *Quid tibi cum illa;* suppl. negotii est. Cic. ad Div. XV. 10. *Si mihi tecum minus esset quam est cum tuis omnibus.* Nep. Alcib. c. 10. *Quae regi cum Lacedaemoniis essent.* Schulting. ad Senec. Controv. I. p. 119.]

6. *Causam, ut ibi manerem, repperit.*] Ita Virgilius, Aen. IV. 51. de simili re: *Indulge hospitio, causasque innecte morandi.*

7. *Rem divinam fecisse.*] Intelligit sacrificium Veneri oblatum. Ita Hec. I. 1. 109. Auspicabantur autem res serias a sacrificiis. Porro *rem divinam* et *res divinas* promiscue eodem sensu dixerunt. Plautus, Amph. III. 3. 11. *Ego rem divinam intus faciam.* Virgilius, Aen. VIII. 306. *Exin se cuncti* divinis rebus *ad urbem* Perfectis *referunt.* Et simpliciter *facere.* Virgilius, Ecl. III. 77. *Cum* faciam *vitula pro frugibus, ipse venito.* [Inter *serius* et *severus* hoc discrimen est, ut prius fere semper dicatur de rebus, posterius de hominibus. Nep. Pelop. c. 3. *in crastinum differo res serias.* Duker. ad Liv. XXIII. 7. 11.]

9. *Dolo malo.*] De discrimine *doli boni* et *doli mali* vide Ulp. I. 1. §. 2. et 3. ff. de Dol. mal. Cicero, Off. III. 14. *Sed quid faceret? Nondum enim Aquilius, collega et familiaris meus, protulerat de* dolo malo *formulas; in quibus ipsis cum ex eo quaereretur,* Quid esset

Mecúm, mihi sese dáre, sermónem quaérere.
Ubi fríget, huc evásit: quam pridém pater
Mihi et máter mortui éssent. dico, iám diu.
Rus Súnii ecquod hábeam, et quam longe á mari?
Credo ei placere hoc: spérat se a me avéllere.
Postrémo, ecqua inde párva perissét soror?
Ecquís cum ea una? quíd habuisset, cúm perit?

V. 13. Bentl. *Sunio*, quia non oppidum, sed regionem notet. *Habeam* plerique libri; vulgo *haberem*.
V. 16. Bentl. *ecquid habuisset*, de coniectura.

---

gnificat. — 10. *Mihi sese dare.*] Non potest magis significari profusa petulantia. *Sermonem quaerere.*] *Sermonem quaerimus*, quando non solum quod dicamus quaerimus, verum etiam quomodo alter nobis respondeat et obloquatur: puta cum deficientibus sermocinandi causis, *quota sit hora?* et, *satis recte quis valuerit?* percontamur. — 11. *Huc evasit.*] Tanquam impudenter contenderit ad hanc inquisitionem. *Quam pridem pater mihi et mater mortui essent.*] Hoc propter aetatem puellae inquisitum est. — 12. *Iam diu.*] Iam olim. — 13. *Et quam longe a mari?*] Hoc ideo meretrix inquisivit, ut sciret, utrum rapina praedonibus fuisset: quippe ad mediterraneum locum, qui accessus esse potuit piratis? Sed tamen non abhorret a suspicione huius meretricis, quod et scire vellet, cuius pretii fundum habeat Chremes: hoc est, quam amoenum, vel quam maritimum. — 14. *Sperat se a me avellere.*] Bono usu est verbo *avellere*, tanquam a pertinaciter retinente. — 16. *Quid habuisset, cum perit.*] *Cum*,

---

dolus malus? *respondebas*, cum esset aliud simulatum, aliud actum. — *Ipsa accumbere mecum.*] Id probrosum erat, non tantum Graecis, sed et Romanis moribus. Apud illos segregabantur a mensa virorum mulieres; apud hos adsidebant ad pedes. Vide Comment. maiorem.

10. *Mihi sese dare.*] H. e. accommodare se voluntati meae. Heaut. IV. 3. 10. Adelph. V. 3. 52. Cicero, Att. IX. 5. *Video, ut se huic* dent, *ut* daturi *sint.* Ad Div. II. 8. *Da te homini.* ubi v. intpp. — *Sermonem quaerere.*] Explicat Donatus. Ovidius, Arte Am. I. 143. *Hic tibi* quaeratur *socii* sermonis origo. Id *longe arcessere fabulas* dixit Petronius, cap. 37. ubi vide Burm.

11. *Ubi friget.*] Subaudi, sermo. H. e. ubi iam non amplius suppetit, quod roget. Cicero, Fam. III. 8. Refrigerato *iam lavissimo* sermone *hominum provincialium.* ubi v. Manut.

14. *Avellere.*] Cicero, pro Flacco, c. 24. Avulsum *est enim praeter spem, quod erat spe devoratum lucrum.*

Ecquís eam posset nóscere? Haec cur quaéritet?
Nisi si illa forte, quae ólim periit párvula
Soror, hánc se intendit ésse, ut est audácia.
Verum éa si vivit, ánnos nata 'st sédecim,
Non máior. Thais, quám ego sum, maiúscula 'st.
Misit porro orare, út venirem, sério.
Aut díçat quod volt; aút molesta né siet:
Non hércle veniam tértio. Heus, heus. 'Ecquis hic?

V. 19. Bentl. *Eam sése intendit esse*, ex uno Eugraphio. Nam *soror* hic putide repeti.
V. 23. Bentl. *dicas quid volt* ex codd. et editt. vett.

---

pro quando: aut, *cum periret.* — 17. *Haec cur quaeritet?*] In gestu ac vultu id quod restat ostenditur. Nam deest, *nescio.* — 19. *Hanc se intendit esse.*] Proprie *intendere*, est crimen in adversarium iacere. — 21. *Maiuscula 'st.*] Diminutive dixit, ut ostenderet utramque esse primaevam. — 22. *Misit porro orare.*] *Porro* pro *postea. Ut venirem serio.*] Utrum, *ut venirem serio*, an *orare serio?* — 23. *Aut dicat quid volt.*] Pro, *quid velit.* In Hecyra, *At vide, quam immerito aegritudo haec oritur mihi abs te, Sostrata.* — *Aut molesta ne siet.*] Aut hoc moraliter, (nam cui hoc imperat?) aut cum quo hoc agit. — 24. *Heus, heus. Hic quis est?*] Haec separatim pronuncianda sunt; nam appareat in-

---

18. *Perits parvula soror.*] Plautus, Rud. Prol. 89. *Huic filiola virgo periit parvola.*

[19. *Intendit* h. e. contendit. Cic. ad Div. I. 2. *Lupus insendere coepit.* Gesnerus in Thes. L. L. *intendit* explicat per probare vult: quo sensu verbum hoc usitatum est Ictis.]

22. *Misit.*] Legati et Nuncii *missi* proprie dicuntur. Plerumque autem verbum hoc absolute usurpatur, sine nomine addito; uti h. l. Cicero Fam. XVI. 2. *Curio* misi, *ut medico haberetur honos.* Phaedrus, I. 1. 22. de ranis: Misere *ad Iovem.* [*Misit orare.* Graecorum more dicitur pro misit oratum. Vossius de Construct. c. 51. p. 435. *Mittere* simpliciter est nuntium vel litteras mittere. Cic. ad Div. V. 20. *Si ad me misisses.* ubi vid. Manutius. Iustin. V. 3. *Statim igitur Athenas mittit.* Grenov. ad Liv. VIII. 33. 1. et Duker. ad Thucyd. IV. 93.] — *Orare serio.*] Id *orabat maxime opere* vocat mox versu 26.

23. *Molesta ne siet.*] And. IV. 1. 17. supra III. 1. 24. Adelph. II. 1. 27. Phorm. IV. 3. 30. Plautus, Rud. IV. 3. 92. *Mihi molestus ne sies.*

24. *Heus, heus; ecquis hic? ego sum Chremes.*] Ita

Ego súm Chremes. *Py.* O cápitulum lepidíssimum!
Ch. Dico égo mi insidias fieri. *Py.* Thais máximo
Te orábat opere, ut crás redires. *Ch.* Rús eo.
Py. Fac amábo. *Ch.* Non possum, ínquam. *Py.* At tu apud nos híc mane,
Dum rédeat ipsa. *Ch.* Níl minus. *Py.* Cur, mi Chremes?
Ch. Malám rem! hinc ibis? *Py.* Si ístuc ita certum ést tibi,

V. 30. Bentl. ex codd. *malam rem hinc ibis?* pro vulg. *hinc abis.* Nec aliter versus sustentatur. Dicitur autem *malam rem ire*, ut *domum ire.*

---

ter haec verba pulsatam ianuam personare. — 25. *Ego sum Chremes.*] Vide quantum distet ac varia sit huius rusticitas, *Ego sum Chremes*, a faceta meretricis disciplina. *O capitulum lepidissimum.*] Nam rusticum esse statim magis apparebit, ubi dixerit, *Rus eo:* et ὑποκορίσματα συν ΠΟΝΙCΜΩ. — 26. *Dico ego mihi insidias fieri.*] Blandimentum rusticus *insidias* putat. — 27. *Rus eo.*] Pro potiore negotio *rus* posuit. Et maior negatio est, quam si diceret, *Non huc venio.* — 28. *Non possum, inquam.*] Plus est, quam *nolo.* — *Dum redeat ipsa.*] *Ipsa*, vel domina, vel ipsa, de qua agitur. *Nihil minus.*] Deest, *faciam.* — 30. *Malam rem hinc ibis?*] Hoc adverbialiter dixit: quemadmodum dicimus, *Domum ibis.* Et apparet illum manu tactum esse, qui sic irascitur, quia dixit Pythias, *Cur, mi Chremes?* quasi dicat, Cur meus sic indignatus est adolescens? nam ab eo, quod est *meus*, vocati-

---

Adelph. IV. 4. 24. Plautus, Rud. III. 4. 57. *Heus, ecquis hic est? heus.* Vide Comment. maiorem.

25. *O capitulum lepidissimum.*] Ita Adelph. V. 9. 9. Phorm. III. 3. 26. Plautus, Mil. III. 1. 131. *O lepidum caput.*

26. *Mihi insidias fieri.*] Phorm. II. 1. 44. Attius: *Vigilandum est semper: multae insidiae sunt bonis.* Phaedrus, I. 19. 1. *Habent insidias hominis blanditiae mali.* — *Maximo te orabat opere.*] Plautus, Mil. I. 1. 75. *Rex Seleucus me opere oravit maximo.* [Saepe divisim legitur magno opere, summo opere. Drakenb. ad Liv. XXVIII. 18. 4. Aliquando alia quoque vox interponitur ut h. l. Cic. ad Div. XIII. 7. *quantoque opere eius municipii causa laborarem, tibi ostendi.*]

28. *Hic mane, dum redeat ipsa.*] Plautus, Rud. III. 6. 41. *Manete, dum ego huc redeo.*

Amábo, ut illuc tránseas, ubi illa ést. *Ch.* **Eo.**
***Py.* Abi, Dórias, cito húnc deduce ad mílitem.**

V. 32. Bentl. ex codd. et vett. editt. *deduc*, ut alibi *abduc*.

---

vus *mi* facit. — 31. *Amabo, ut illuc transeas, ubi illa est.*] Vide non esse otiosum, quod omnia praetenta sunt potius, quam res importuna fieret, ut ad militis domum Chremes deduceretur. Neque enim hoc conveniebat personae Bacchiali: quoniam aut inficetum, et praeter usum, aut importunum: ideo hoc ipsum Doriae praecepit. *Ut illuc transeas ubi illa est.*] Ut brevem viam demonstraret, non *eas*, sed *transeas*, dixit. *Amabo.*] Interiectio est amantis: sic verbum sonat.

ACTUS TERTIUS.

SCENA QUARTA.

ANTIPHO.

Heri áliquot adolescéntuli coímus in Piraéo,

Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeo.] *In hoc proloquio insinuatio personae eius est, cui narraturus est Chaerea, quae a se post scenam facta sunt. Fit autem hoc populi causa, ut spectator auribus accipiat, quod subiicere oculis poëta non potuit.* — 1. *Heri aliquot adolescentuli.*] Bene inventa persona est, cui narret Chaerea, ne unus diu loquatur: ut apud *Menandrum*. *Coimus.*] *Coimus*, consensimus, ac peppigimus: ne sit soloecismus. *In Pi-*

---

1. *Heri aliquot adolescentuli coimus in Piraeo.*] Videntur illi *aliquot adolescentuli* custodes publice fuisse una cum Chaerea, atque *coiisse*, id est, convenisse, et pacti esse, ut de Symbolis ederent postridie. Supra II. 2. 59. De *Piraeeo* vide Cellar. Geogr. Antiq. II. 2. et de ratione scribendi vocabuli Gronov. Obss. I. 3. [De ephebis, Atticae terrae circuitoribus, s. περιπόλοις, v. Harpocration s. v. περίπολος, ibique Valesius et Massaucus: Ulpianus ad Demosth. Olynth. III. p. 42. C. coll. Platon. Leg. VI. p. 778. D.]

In húnc diem ut de sýmbolis essémus. Chaeream ei rei
Praefécimus: dati ánnuli: locus, témpus constitútum est.
Praetériit tempus: quo ín loco dictum ést, parati níhil est.
Homo ípse nusquam 'st: néque scio quid dícam, aut quid coniéctem.
Nunc mi hóc negoti caéteri dedére, ut illum quaéram: Idque ádeo visam, sí domi est. Quisnam hic a Thaide éxit?

V. 7. Bentl. *si domist. set quisnam a Thaide éxit.* Codd. *set quisnam hinc a Th.* Itaque Faërnus *set*, Bentleius *hinc* eiecit. Illum ut plerumque sequitur Westerhov.

---

raeco.] Pro, *in Piraeum.* — 2. *Ut de symbolis essemus.*] *Plautus* in Menaechmis, *Minore numquam fui dispendio.* Sed melius *essemus*, producta (*e*) litera. — 3. *Praefecimus.*] Id est, *συμποσιαρχον* fecimus. *Dati annuli.*] Nihil interim de scorto. Apparet enim ephebos esse. — 4. *Praeteriit tempus.*] Quia *tempus* constitutum est. — *Quo in loco.*] Quia *locus* constitutus est. — 5. *Homo ipse.*] Quia Chaeream ei rei praefecimus. — 6. *Caeteri dedere.*] *Caeteri*, exceptis me atque illo. — 7. *Quisnam hinc a Thaide.*] Causa sciscitandi est admiratio de habitu commu-

---

2. *Ut de symbolis essemus.*] H. e. coenam coenaremus, in quam quisque symbolam dedit. Plautus, Truc. IV. 2. 28. *De eo nunc bene sumus.* De *symbolis* vide ad And. I. 1. 61.

3. *Praefecimus.*] De conviviorum praefectis, qui et Reges, et Magistri, et Arbitri dicebantur, vide Interpretes ad Plaut. Pers. V. 1. 15. — *Dati annuli.*] Hi pro pignore dabantur conviviorum Regibus. Kirchman. de Annulis, cap. 18. [*Parati nihil* pro paratum nihil. Sic apud Liv. IX. 16. *nihil satis praeparati erat ad obsidionem tolerandam.* XXXI. 7. *nihil parati.* Sic alibi *quid integri, hoc signi* etc. Vid. Gronov. ad Liv. XXXII. 37. 5.] — *Constitutum.*] And. I. 5. 34. supra I. 2. 125. Heaut. IV. 4. 4.

4. *Praeteriit tempus.*] Id de apparatu convivii intelligendum, non de ipso convivio. Infra III. 5. 59.

6. *Hoc negoti caeteri dedere.*] Vide And. Prol. 2.

7. *Ibo ad eum, visam, si domi est.*] Plautus, Aul. II. 1. 54. *Ego conveniam Euclionem, si domi est.* [*Si* ponitur pro *an*, ut *εἰ* apud Graecos. Propert. II. 29. 23. *volui, si sola quiesceret illa, Visere.* Cic. ad Div. IX. 26. *cum illo, si quis quidquam quaereret, di-*

Is ést, an non est? ípsus est. quid hoc hóminis! qui hic ornátu' est?
Quid illúd mali est? nequeó satis mirári, neque coniícere.
Nisi quídquid est, procul híne lubet prius quíd sit, sciscitári.

V. 8. Bentl. ex aliquot codd. *Quid hoc ornatus?*

---

tato, et vix agnitus Chaerea. — 8. *Is est, an non est? ipsus est.*] Vide an potuerit meretricem ignotam hoc habitu atque ornatu fallere, qui ab Antiphone vix agnoscitur. *Quid hoc hominis!*] Vide an longam narrationem possit audire, qui nondum amico narrat, et iam affectus pendet. *Quid hoc hominis!*] Quod a Thaide ephebus exit. *Qui hic ornatus est?*] Quia Eunuchi veste indutus est. — 9. *Quid illud mali est?*] Quod timidus egreditur. — 10. *Quid sit, sciscitari.*] *Sciscitari* est occulta magis et secretiora rimari ac velle cognoscere, ut, *Suspensi Eurypilum scitatum oracula Phoebi Mittimus.*

---

sisset. Duker ad Flor. III. 3. p. 445.] — *A Thaide exit.*] And. I. 3. 21.

8. *Quid hoc hominis?*] Ita admirans et contemnens simul loquitur. Infra V. 1. 17. Heaut. IV. 8. 6. Vide Donatum ad Hec. IV. 4. 21. Plautus, Amph. II. 1. 26. *Quid hoc sit hominis?* — *Qui hic ornatu' est.*] Supra II. 2. 6. Plautus, Menaechm. I. 2. 37. *Qui illic est ornatus tuus?*

9. *Quid illud mali est?*] Interrogatio cum admiratione et stomacho. And. V. 2. 2. Infra V. 8. 5. Heaut. I. 1. 30. Phorm. I. 9. 7.

[10. *Procul* etiam dicitur de spatio breviore. Sic Hec. IV. 3. 1. *procul sermonem accipere* dicitur, qui tam prope adest, ut sermonem audire possit. Salmas. Exercit. Plin. p. 96. et Perizon. ad Sanctii Min. I. 16. p. 152.] *Nisi* pro *sed* positum.

ACTUS TERTIUS.

SCENA QUINTA.

CHAEREA. ANTIPHO.

Ch. Numquis hic est? némo est. numquis hínc me sequitur? némo homo 'st.
Iámne érumpere hóc mihi licet gaúdium? prô Iúppiter!
Nunc ést profecto, intérfici cum pérpeti me póssum,

V. 2. vulg. *licet miki* in *mihi licet* Bentl. ex codd. mutavit. Idem deinde magna cum audacia correxit: *prô supreme Iuppiter*, extrusa voce *gaudium*, cuius frigidam scilicet repetitionem fastidiebat.

Numquis hic est? nemo est.] *In hac scena verba gestum vultumque indicant exeuntis: cui obvia persona obiicitur, sub cuius occasione spectatoribus gesta narrabuntur.* — 1. *Numquis hic est? nemo est. Numquis hinc me sequitur?*] Duo metuit, ne quis obvius comprehensor occurrat: et ne quis sui persecutor existat. *Nemo homo 'st.*] Quamvis per *nemo* homo intelligatur, tamen addidit *homo*, ut veteres solent, τῷ ἀρχαϊσμῷ. — 2. *Iamne erumpere hoc licet mihi gaudium?*] *Erumpere* quasi activum verbum posuit, pro naturali; ut sit, *Licetne mihi erumpere hoc gaudium?* Aut *erumpere* quasi exire. *Mihi* pro a me. *Erumpere.*] Utrumne *erumpere* pro emittere posuit? An *erumpere* pro exclamare? ut *erumpere vocem* dicitur, qui exclamat. Nam *Prô Iuppiter* dicturus est. — 3. *Nunc est profecto.*] Ordo et sensus hic est, *Nunc est profecto tempus, cum perpeti me possum interfici.* Hoc autem cur ipse dixerit, statim subiicit causam. *Cum*

1. *Nemo homo.*] Ita Adelph. II. 3. 6. Hec. III. 1. 1. Phorm. IV. 2. 1. Lucilius, XXIX. 70. *Quis tu homo es?* nemo *sum* homo.

2. *Erumpere hoc gaudium?*] Prior Donati explicatio vera est. Ita Cicero, Att. XVI. 3. *Ne in me* stomachum erumpant, *quum sint tibi irati.* [Plura Gronov. ad Liv. XXXVI. 7. 13. a Ruhnkenio laudatus.]

3. *Nunc est.*] Caecilius apud Non. Nunc *enimvero* est, *cum meae morti remedium reperibit nemo.* Plautus, Capt. III. 3. 1. Nunc

Ne hoc gaúdium contáminet vita aégritudine áliqua.
Sed néminemne cúriosum intérvenire núnc mihi,
Qui mé sequatur, quóquo eam: rogitándo obtundat, énecet:
Quid géstiam, aut quid laétus sim: quo pérgam, unde emergam; úbi siem
Vestítum hunc nactus; quíd mihi quaeram: sánus sim, anne insániam?

perpeti me possum.] Animadvertendum est, quod si *cum* coniuncte legeris, *quando* significat: si separatim, *dum* significat. *Nunc est profecto.*] Figurate ac coniuncte lege sine disiunctione. — 4. *Contaminet vita aegritudine aliqua.*] Mire vitae crimen ostendit: velut ipsa sit campus, possessioque fortunae instabilis variorum. — 5. *Sed neminemne curiosum.*] Apparatus ad intentionem futurae narrationis dicitur. — 6. *Qui me sequatur.*] Id cupit gaudens, quod tristibus molestum est. Nam contra *Menedemus* gravatur narrare quae dolet. *Obtundat.*] Odiose instet ac repetat, molestus et odiosus sit. *Enecet.*] Εὐφωνότερον quam *enicet.* — 7. *Quid gestiam?*] Deest *quaerens:* ut sit, *rogitando obtundat et enecet, quaerens quid gestiam. Gestire* est motu corporis monstrare quid sentias. Constat autem a pecudibus ad homines esse translatum. *Quid gestiam.*] *Gestire* proprie est sensum corporis gestu indicare, quod magis brutorum est animalium. *Virgilius, Et studio incassum videas gestire lavandi.* — *Aut quid laetus sim.*] Propter quid. *Unde emergam.*] Proprie dixit *emergam*, ut ex lustris atque inhonestis locis, utpote meretricis domo. *Cicero: At ne tum quidem emersisti, lutulente Caesoni, ex miserrimis naturae tuae sordibus.* — 8. *Vestitum hunc nactus.*] Bene *nactus* dixit, ut qui

---

illud est, *quum me fuisse, quam esse, nimio mavelim.* De ellipsi huius locutionis vide Sanct. Min. IV. 4. Ovidius, Trist. IV. 8. 5. Nunc erat, *ut posito deberem fine laborum Vivere.*

4. *Aegritudine.*] Vide And. V. 5. 5.

5. *Curiosum.*] Adiectiva terminata in *osus* fere in deteriorem partem sumuntur. Plautus, Stich. I. 3. 44. *Sed* curiosi *sunt hic quam plures mali, Alienas res qui curant studio maximo.*

6. *Obtundat.*] Vide Donatum ad And. II. 2. 11. — *Enecet.*] Excruciet. Plautus, Rud. IV. 3. 7. Enecas *iam me odio, quisquis es.*

7. *Quid gestiam.*] *Gestire* est gestibus et motu corporis magnum desiderium declarare. Ovidius, Metam. IV. 130. *Quantaque vitarit, narrare pericula* gestit. — *Unde emergam.*] Respicit lu-

An. Adíbo, atque ab eo grátiam hanc, quam vídeo velle, iníbo.
Chaérea, quid est, quód sic gestis? quíd sibi hic vestítus quaerit?
Quíd est, quod laetus sís? quid tibi vis? sátin' sanus? quíd me adspectas?
Quid táces? *Ch.* O festús dies hominis! amice, sálve.

V. 11. Bentl. *quod laetus es*, et *sanu's* i. e. *sanus es:* utrumque ex coniectura.

V. 12. Bentl. audacter: *Quid dices?* CH. *o festús dies! o meus amicus! salve.* Qui nolint illud *taces* producta prima syllaba ferre, quod nec ab ictu videtur excusationem habere, ii cum Bothio legant. *Taces quid?*

---

non sumeret, nisi suasisset haec occasio. — 9. *Adibo, atque ab eo gratiam.*] Sensus et ordo hic est, *Adibo, atque ab eo gratiam hanc inibo. Gratiam inire* est dare beneficium, ac per hoc alicuius inire gratiam, id est, amicitiam. Sed haec est elocutio, *gratiam ab eo inibo*, pro, eius gratiam merebor. Nam *ab eo* amat *Terentius* pro *eius* ponere: ut in Andria, *Haec primum animadvertenda ab eo iniuria est.* Id est, *eius iniuria. Inire* autem *gratiam* est mereri gratiam. *Plautus: Inies tamen solidam et grandem gratiam.* — 10. *Quid est, quod sic gestis?*] Facete repetit verba eius interrogationis, ut sciat se iampridem esse participem. *Quid sibi hic vestitus quaerit?*] Facete et figurate dictum est. Sic et alibi, *Ut pernoscatis, quid sibi Eunuchus velit.* — 11. *Quid est, quod laetus sis?*] Vide aliud esse *gestire*, aliud *laetum esse. Quid tibi vis?*] Πρὸς τὸ, *Quid mihi velim. Satin' sanus?*] Πρὸς τὸ, *Sanus sim, an insaniam? Quid me adspectas? quid taces?*] His duabus interrogatiunculis descripsit vultum dicturi. — 12. *O festus dies hominis! amice, salve.*] Decet a salutatione incipere luculente dicturum. Illud autem verisimile est, et percussum re nova, et audiendi cupidum, immemorem extitisse salutandi. *O festus dies.*]

---

panaria subterranea; unde proprie se *emergebant* amatores. And. III. 3. 30.

9. *Ab eo gratiam hanc inibo.*] Plautus, Epid. III. 4. 5. *Ecquam abs te inibo gratiam?* Nepos, Alcib. 9. *Magnam se ab eo initurum gratiam videbat.*

12. *O festus dies hominis!*] Hominem *festivum* et exoptatum dicebant *Festum diem.* Plautus, Casin. I. 1. 49. *Sine, amabo, te amari, meus* festus dies. Varias de hoc loco coniecturas vide in

Nemó 'st hominum, quem ego núnc magis cuperém
videre quám te.
An. **Narra ístuc quaeso quíd sit.** ***Ch.*** **Immo ego te**
óbsecro hercle ut aúdias.
Nostíne hanc, quam amat fráter? ***An.*** **Novi: némpe,**
opinor, Thaídem.
Ch. **Istam ípsam.** ***An.*** **Sic commémineram.** ***Ch.***
Quaedam hódie est ei donó data

V. 13. Bentl., ne ictus male cadant, corrigit: *Nemo ómniumst, quem ego núnc magis vidére cuperem quám te.* Illud *Nemo omnium 'st* habent codd. non pauci.
V. 14. ante Bentl. erat *quid siet*, quod ex editt. vett. emendatum.
V. 16. Bentl. ex vett. editt. et mss. *Hodie quaedam est ei dono data*, melioribus numeris.

Utrum quia causa est festi ac laeti diei? an quia ipse tantus sit, quantus est festus dies? *O festus dies hominis.*] Pro, *homo festi diei.* Sic dicitur etiam *scelus homo.* Ennius, *O pietas animi.* — 13. *Quem ego nunc magis.*] Bene additum *magis;* ut his amicis se antepositum intelligat, quos cum optet videre Chaerea, tamen eum magis. adeo ut aliis amicis antepositum neminem cupiat. — 14. *Immo ego te obsecro hercle ut audias.*] Bonum compendium, ne multa diceret ad commendandum, ut solet, narrationem futuram. *Immo ego te obsecro hercle ut audias.*] Bene contulit verba, ut ex his appareat, quid agere velit. Ille dixit *Quaeso*, hic *Obsecro.* — 15. *Nostin' hanc, quam amat frater?*] Quaeritur, an verisimile sit Antiphoni notam esse Thaidem, quam frater ipse nesciverit. Sed intelligere debemus, modo notitiam non vultus, sed famae positam esse: quam tamen potuit ex Phaedria et Antiphone scire. At vero aliam notitiam negaverat Chaerea sibi fuisse cum Thaide, hoc est, visus, vultus, oris, et corporis. *Novi, nempe, opinor, Thaidem.*] Verisimile est haec scire Antiphonem, qui adeo sit familiaris Chaereae. Et est ordo hic: *Novi, nempe, opinor, Thaidem. Opinor, Thaidem.*] Optime et ab illo tacitum, et ab hoc nomen ab-

---

Comment. maiore. [*O festus dies hominis, amice, salve.* Ex vulgata lect. nullus idoneus sensus elicitur. Bentleius conilcit *o festus dies! o meus amicus, salve. Festus dies* blandientis dictum esse planum est ex Plaut. Cas. I. 1. 49. *Sine, amabo, te amari, meus festus dies, meus pullus passer, mea columba, mi lepus.* Vid. Gesner. in Thes. L. L. v. *festus.* Cl. Oudendorp. * putabat *o festus dies, o meus* scil. dies. Poetae eleganter *diem meum* vocant diem faustum, felicem. Gronov. Diatr. Stat. c. 43.]

Virgó, quid ego eius tibi nunc faciem praédicem, aut laudem, Antipho:
Cum me ipsúm noris, quam élegans formárum spectatór siem?
In hác commotus sum. *An.* **Aín' tu?** *Ch.* **Primam díces, scio, si víderis.**
Quid múlta verba? amáre coepi. fórte fortuná domi 20

V. 17. Bentl. ex coniectura: *Virgo. eius quid ego:* ne *quid* in thesi latitet.

V. 18. Bentl. *Cum me ipse noris.* Vett. editt. et aliquot codd. *Cum me ipsum noris.*

---

latum est: ut appareat quam noverit, et quam possibile sit assequi quae dicentur. — 17. *Quid ego eius tibi.*] Ordo hic esse debet, *Quid ego eius tibi nunc faciem praedicem, aut laudem, Antipho? in hac commotus sum: cum me ipsum noris, quam elegans formarum spectator siem*, ut sit sensus: *In hac commotus sum*: ille scilicet, qui, ut scis, formas solet eligere, ac fastidire pro merito. *Faciem praedicem, aut laudem.*] *Praedicamus*, ut res sunt: *Laudamus* extollendo. Vel *praedicamus* voce: *laudamus* argumentis. — 18. *Quam elegans formarum spectator siem?*] *Elegans spectator* est, qui sit cunctantis et fastidiosi iudicii: cui non quid placet facile. *Spectator.*] Probator: ut *pecuniae spectatores* dicuntur. — 19. *In hac commotus sum.*] Non est consequens: esset autem, si diceretur, *In hac commotum me scias.* Erit ergo ordo et sensus qui supra. *Primam dices, scio.*] O fiduciam elegantiae, et de alienis oculis iudicare. — 20. *Quid multa verba? amare coepi.*] Ordine

---

18. *Elegans formarum spectator.*] Vide supra III. 1. 18. Cicero, Fam. VII. 23. *Hominem in omni iudicio, ut ego semper iudicavi*, elegantissimum, *quae me digna putaris, coëmisse.*

19. *In hac commotus sum.*] Ita And. I. 1. 67. Solent autem verba amorem significantia ablativo fere iungi cum praepositione. Ovidius, Metam. VIII. 50. *Merito Deus arsit in illa.* Remed. Amor. 811. *Haeserat in quadam nuper mea cura puella.* Et ita fere Scriptor Sacer, Proverb. V. 19. 20. [Poetae Latini cum de amore loquuntur, ablativo potius utuntur quam accusativo. Ovid. Art. Am. I. 731, *Pallidus in Lyrica silvis errabat Orion: Pallidus in lenta Naïde Daphnis erat.* Met. VII. 22. *Quid in hospite, regia virgo, Ureris.* Heinsius ad Virg. Aen. VII. 623. et Broukhus. ad Propert. III. 6. 28.] — *Primam.*] Praecipuam, pulcherrimam. Supra I. 1. 5. et ibi Donat. Infra V. 9. 51. Heaut. V. 2. 10. Phaedrus, I. 13. 8. *Si vocem haberes, nulla* prior *ales foret.*

Erat quídam Eunuchus, quém mercatus fúerat frater Thaídi:
Neque ís deductus étiamdum ad eam. súbmonuit me Pármeno
Ibi sérvus, quod ego arrípui. *An.* Quid id est? *Ch.* Tácitus citius aúdies.
Ut véstem cum illo mútem, et pro illo iúbeam me illuc dúcier.
An. Pro Eunúchon'? *Ch.* Sic est. *An.* Quíd ex ea re tándem ut caperes cómmodi?
Ch. Rogás? viderem, audírem, essem una, quácum cupiebam, 'Antipho.

V. 21. Bentl. *frâter fuerat* ex codd. suis, quia id magis sit ex more Terentii.
V. 22. scripsit *etiam tum* ex editt. et mss. plurimis.
V. 24. ante Bentl. erat *deducier*. Illud habet cod. Bembinus et Donatus.
V. 25. Bentl. *Quid ut ex ea re t. c.* A vett. editt. et codd. Bentl. *ut* prorsus abest.
V. 26. Bentl. corr. *quicum*, coll. Adelph. IV. 7, 33. Phorm. V. 1, 32.

---

egit. Nam prius est, *commoveri*: inde *amare*. Et bene non ante dicit, quid aggressus fuerit, nisi amoris mentione praelata: quo cogente nihil est infectum cupientibus. — 22. *Submonuit.*] Leviter monuit, et recte, quia *arripui* dicturus est. Et totum optime: nam ut non erat boni adolescentis, hanc technam reperire: sic ab illo repertam fuit plane veri amatoris arripere. — 23. *Tacitus citius audies.*] In oratione solemus corripere extra ordinem percontantes. Et bene celeritatem promisit, qua facile tenetur auditor. Et mire, tanquam sola interrogatio morae sit. — 24. *Et pro illo iubeam me illuc ducier.*] *Iubeam* amico dixit, tanquam inter honesta sit, quod utile sit. Et turpe factum plerumque perseverante impudentia relevatur. — 25. *Quid ex ea re tandem.*] Transit a repre-

---

23. *Arripui.*] H. e. avide amplexus sum, neque amisi. Virgilius, Aen. XI. 459. *Immo, ait, ô cives*, arrepto *tempore*, *Turnus*. Petronius, cap. 80. *Nihil timui, immo conditionem praecipuam festinatione* rapui. Idem Graecis valet ἁρπάσας. [Cic. pro Mur. c. 30. *Haec Stoicorum placita Cato arripuit.* Idem ad Attic. XVI. 15. *Id non perinde atque ego putarem arripere visus est.* ubi vid. Victorium.]

[26. *Essem una;* verecunda locutione exprimit rem obscoenam, Cic. pro Coel. c. 20. *Cum hac si quis adolescens forte fuerit.* Ovid.

Num párva causa, aut párva ratio 'st? tráditus sum múlieri.
Illa ílico ubi me accépit, laeta véro ad se abdúcit domum:
Commendat virginém. *An.* Cui? tibine? *Ch.* Mihi. *An.* Satis tutó tamen?
Ch. Edícit, ne vir quísquam ad eam adeat: ét mi, ne abscedam, ímperat:
In ínteriore párte ut maneam sólus cum sola. ánnuo,

V. 27. Bentl.: *aut pravè ratio est.*

---

hensione facti, ad causam ipsius facti. — 27. *Num parva causa, aut parva ratio 'st?*] Sic illata interrogatio est, quasi ad hanc annuere et vultu consentire Antipho sit coactus. — 28. *Laeta vero ad se abducit domum: commendat virginem.*] Omnia mire, quod *laeta*, quod *abducit*, quod *domum*, quod *commendat virginem*. Specta singula, et mirare virtutem poëtae. Hic enim commendandus est locus, erroris initium continens, apud Thaidem convicium. — 29. *Tibi ne?*] Non interrogat, sed miratur. *Satis tuto tamen.*] Quid hic facit *tamen*? Utrum hoc? etsi meretrix, tamen satis tuto agit. An? etsi Chaereae, satis tuto tamen: quia nullus accedet alius. — 30. *Edicit.*] *Edicimus*, iubemus: vel iure dicimus. *Edicta* enim imperatoris sunt. *Et mihi, ne abscedam, imperat.*] Certe nullus vir accedit. — 31. *Maneam solus.*] Remaneam, perseveremque in loco, ac per hoc sim miser, utpote dono

---

Art. Am. III. 664. *Mecum non semel illa fuit.* Broukhus. ad Tibull. IV. 7. 10.]

28. *Laeta vero.*] Particula *vero* nominibus adiectivis et verbis iuncta eorum significationem intendit. And. I. 2. 15. II. 1. 37. III. 4. 17. et passim alibi.

30. *Edicit.*] Pro imperio scilicet in ancillas. Vide ad And. I. 2. 23.

31. *In interiore parte.*] Nepos, Praefat. In interiore parte *aedium*, *quae γυναικωνῖτις appellatur; quo nemo accedit, nisi propinqua cognatione coniunctus.* Phorm. V. 6. 23. *Gynaeceum* vocat. Virgilius, Aen. 494.? *Tecto interiore.* — *Annuo, terram intuens modeste.*] Non respondet, sed *annuit*, ut quasi Eunuchus et recens mancipium timorem simulet; tum *terram intuetur* ob modestiam scilicet, pudorem et venerationem. Ita de coniuratis Cicero, Catil. III. 5. *Sic enim obstipuerant, sic* terram intuebantur, *sic furtim nonnunquam inter se adspiciebant.* Ovidius, Fast. I. 147. *Sumsi animum, grataeque*

Terram intuens modeste. *An.* Miser! *Ch.* Ego, inquit, ad coenam hinc eo.
Abdúcit secum ancíllas: paucae, quae circum illam essént, manent
Novítiae puéllae. continuo haec adornant, út lavet.
Adhórtor, properent. dum ápparatur, vírgo in conclavi sedet,
Suspéctans tabulam quándam pictam, ubi ínerat pictura haéc: Iovem

datus, et serviens meretrici. Et est εἰρωνεία. — 32. *Ego, inquit, ad coenam hinc eo.*] Μίμησις, ad imprudentiam mulieris exprimendam, quae hoc die erit secura de custode Eunucho. — 33. *Abduxit secum ancillas.*] Memoriter: nam dixerat abiens, *Vos me sequimini. Paucae, quae circa illam essent.*] Relictae nonnullae, ut lavari possit ea virgo, quae sub vitii huius occasione nuptura est. Hoc enim totum sic inducit poëta, ut non abhorreat a legitimis nuptiis, in ea praesertim, quae uxor futura est. *Manent.*] Pro, remanent, ἀφαίρεσις. — 34. *Novitiae puellae.*] Ἔνδειξις, *novitiae*, et *puellae*. *Continuo haec adornant, ut lavet.*] *Haec* pluraliter pro *hae*. Ut in Phormione, *Haec illae erant itiones*. *Adornant* autem, ex medio significatu, pro *apparant*. — 35. *Dum apparatur, virgo in conclavi sedet.*] Impersonaliter dixit. Et *dum apparatur*, pro, *dum apparetur:* et *sedet*, pro *sedebat*. *Virgo in conclavi sedet.*] *Conclave* est separatior locus in interioribus tectis: vel quod intra eum loca multa et cubicula clausa sint adhaerentia triclinio. — 36. *Suspectans tabu-*

Deo non territus egi; Verbaque sum spectans *pauca locutus* humum. Vide Comment. maiorem. et Add. ad h. l.

33. *Quae circum illam essent.*] H. e. quae praesto essent virgini, eamque diligenter curarent; quod iusserat Thais, supra III. 2. 52. Ita aulici dicuntur esse *circa* regem; Gr. οἱ περὶ τὸν βασιλέα. Nepos, Eum. 10. [Cfr. Drakenb. ad Liv. I. 41. quem Ruhnk. laudat.]

34. *Novitiae puellae.*] Petronius, cap. 139. *Unus ex* novitiis servulis *subito adcucurrit.* — *Adornant.*] H. l. absolute; frequentius tamen cum accusativo; infra IV. 4. 6. Plautus, Aul. II. 1. 35. *Nuptias adorna.* — *Lavet.*] De balneis fere intelligitur, quoties absolute nmitur. Livius, XLIV. 6. Lavanti *regi dicitur nunciatum, hostes adesse.*

36. *Suspectans.*] Ergo tabula picta altius erat suspensa ad parietem. Virgilius, Aen. I. 438. *fastigia* suspicit *urbis.* — *Ubi.*]

Quo pácto Danaae mísisse aiunt quóndam in gremium imbrem aúreum.
Egomét quoque id spectáre coepi. et quía consimilem lúserat
Iam olim ílle ludum, impéndio magis ánimus gaudebát mihi:

Iam quàndam pictam.] Bene; accedit repente pictura ad hortamenta aggrediendae virginis: ideo quia non ad hoc venerat Chaeres, ut continuo vitiaret puellam: sed ut videret, audiret, essetque una: cum nihil amplius cogitaret, ausus, incitatusque dum picturam cerneret. *Iovem quo pacto.*] Mira inventio, qua haec pictura domui tribuitur meretricis, adversus omnium pudicitiam amorum, contra parsimoniam, contra dignitatem, contra pudicitiam. — 37. *Misisse aiunt.*] Bene *Aiunt:* et quia fabula est, et quia tam turpis Iovi, quam apta meretrici. *Quo pacto Danaae misisse aiunt quondam in gremium imbrem aureum.*] Quae aptior pictura domui meretricis ad amatorum illecebras, quam haec, quae exemplum continet amoris, et amoris puellae, et amoris ad Iovem pertinentis: et amoris non gratuiti, nec parvi propositi, sed auro in gremium fluente venalis? Tum quod in gremium Danaae etiam ipse Iupiter ut splendidus imber illabitur: nonne videtur meretrix dicere adolescentulis, illam corporis partem auctore Iove velut inauratam fuisse? *Imbrem aureum.*] Non rorem vel pluviam, sed *imbrem* addiderat. O avaritiam meretricis! — 38. *Egomet quoque id spectare coepi.*] Moris est ad id oculos vertere, quod videmus, et eum quem aspicimus, intueri. — 39. *Iam olim ille ludum*] Bene, non

---

H. e. in qua; ita supra Prol. 26. II. 3. 20. Plautus, Mil. II. 1. 40. *Capiunt praedones navem*, ubi *vectus fui*. Phaedrus, III. 5. 5. Unde *accipere possis*, *monstrabo tibi*, h. e. a quo viro. — *Pictura.*] Usus *picturarum* fuit frequens apud veteres. Plautus, Menaechm. I. 2. 34. *Dic mihi, nunquam tu vidisti* tabulam pictam *in pariete*, Ubi *aquila Catamitum raperet*, *aut ubi Venus Adoneum*? Cicero, Verr. IV. 1. *Nego ullam* picturam, *neque in tabula*, *neque in textili fuisse.*

37. *Danaae.*] De Danaës, Acrisii, Argivorum, regis filiae, fabula vide Apollodorum, Biblioth. Lib. II. Ovidius, Metam. IV. 610. *Persea*, *quem pluvio Danaë conceperat auro.* Rem explicuit Horatius, Carm. III. 16. et Lactantius, Instit Div. I. 11. *Danaën violaturus Iupiter aureos nummos largiter in sinum eius infudit.*

38. *Luserat ludum.*] Horatius, Carm. III. 29. 50. Ludum *insolentem* ludere *pertinax.* Est autem vox honesta in re turpi. Idem Graecis παίζειν est.

39. *Impendio magis.*] Cicero, Att. X. 4. *At ille* impendio

Deum sése in hominem convertisse, atque in alienas tégulas
Venísse clanculum pér impluvium, fúcum factum múlieri.

V. 40. Bentl. *Deum sése in pretium convertisse, et pér alienas tegulas Venisse clanculum: per pluviam fúcum factum múlieri.*

scelus, sed *ludum* dixit. *Impendio.*] Id est, magis magisque luserat. Et *luserat ludum*, ut, *Hunc oro, sine, me furere ante furorem.* Figura ἀρχαϊσμός. — 40. *Deum sese in hominem convertisse.*] Philosophice nunc *Terentius* demonstravit, quam clademmoribus hominum, et civitatibus afferant figmenta poëtarum, quum exempla scelerum afferant peccaturis. *Deum sese in hominem convertisse.*] Utrum quia Iupiter humana forma aurum infundens pictus erat in tabulis, non pro Iove aurum? an, *in hominem*, id est, hominis audaciam atque flagitia? *Atque in alienas tegulas.*] Hinc apparet Iovem separatim, separatim aurum fuisse pictum. — *In alienas tegulas.*] Satis comico charactere locutus est, et presse stylo. — 41. *Venisse clanculum per impluvium.*] Haec omnia non ut difficilia factu, sed ut humilia, et Iove indigna proferuntur, ut merito sequatur, *Ego homuncio hoc non facerem?* quod non solum non Iovi, sed ne homini quidem, nisi furi, aptum erat. *Fucum factum mulieri.*] Id est, *ut fucum faceret*, hoc est, insidias et fraudem. *Fucum*, astutam fraudem: et *mu-*

nunc magis *odit Senatum.* Plautus, Aul. Prol. 18. *Minus minusque impendio.*

40. *Alienas tegulas.*] Omnis vis est in voce *alienas*. Ita Adelph. I. 2. 8. Cicero, Philipp. II. 18. *Cum tamen tu nocta socia, hortante libidine, cogente mercede*, per tegulas *demitterere*. Id διὰ τῶν κεράμων dicitur in Evang. Lucae V. 19. [*In hominem.* Atqui Iuppiter se non in hominem convertit, sed in aurum. Bentleius igitur audaci coniectura legit: *Deum sese in pretium convertisse*, ut Horat. Carm. III. 16. 8. *Converso in pretium Deo.* Sed Oudendorpius ad Sueton. Caes. c. 1. vulgatam lectionem sic defendit, ut *hominem* capiat pro affectu humano, hoc sensu: Iuppiter humanum ingenium sibi induit. Sic *pater* dicitur pro animo paterno, *mater* pro materno. Vid. Heinsius ad Ovid. Met. VI. 629.]

41. *Per impluvium.*] *Impluvium*, teste Asconio ad Cic. Verr. I. 23. *est locus sine tecto in aedibus, qui* impluere *imber in domum possit.* Festus *impluvium* vocat, *quo aqua* impluit, *collecta e tecto.* Plautus, Mil. II. 2. 3. *Mihi quidem iam arbitri vicini sunt, meae quid fiat domi, Ita* per impluvium *intro spectant.* [*Impluvium* est locus subdivalis in mediis aedibus, in quem aqua de tectis confluit. Vid. Asçon. ad

At quém Deum! qui témpla coeli súmma sonita cóncutit.
Ego homúncio hoc non fácerem? ego illud véro ita feci, ác lubens.
Dum haec mécum reputo, arcéssitur lavátum interea vírgo:
Ilt, lávit, rediit. deínde eam in léctum íllae conlocárunt. 45

V. 43. Bentl. *fecerim? ego vero illud fecerim ac lubens.* Verba nondum persanata. Bentleii emendationem verissimam vocat Ruhnken.

V. 45. ante Bentl. erat *It, lavit* etc.

---

lieri pro, *feminae.* — 42. *Qui templa coeli summa sonitu concutit.*] Ab auctoritate personae, ut fit in exemplis. *Sonitu concutit.*] Παρῳδία de Ennio. *Templa coeli.*] Sententia tragica: sed de industria, non errore. — 43. *Ego homuncio hoc non facerem?*] Oratorie. Ut Iovem extulit, ita detraxit sibi: ut puto, Ille est Deus, et magnus: ego non homo, sed homuncio. — 44. *Dum haec mecum reputo, arcessitur lavatum.*] Servavit ordinem nuptiarum: et proprio verbo quasi de nuptura dixit, *arcessitur*, ut alibi, *Quam mox virginem arcessant.* Nam ipse illam est habiturus uxorem. *Dum haec mecum reputo.*] Hic ostendit, non sibi primum haec nunc in mentem venisse, sed tunc etiam cogitata, quum nondum esset in domo meretricis. — 45. *It, lavit, redit.*] Συντομίᾳ, quia solet, utitur. — *Deinde illam in lecto illae conlocant.*] Vide an aliquid deest legitimis nuptiis:

Cic. Verr. I. c. 23. et Ernest. Clav. Cic. s. v.] — *Fucum factum mulieri.*] *Fucus* adulterinus color est, et mala res muliebris, qua anni celantur. Unde translate pro dolo et fraude sumitur.

42. *At quem Deum!*] Ita Phorm. II. 3. 20. *At quem virum.* — *Templa coeli summa sonitu concutit.*] Sententiam tragicam recte vocat Donatus. Praecivit Ennius, qui *coeli caerula templa*, sed et *templa coelitum* dixit. Idem in Atreo: *Sed quid tonitru turbida terro Concussa repente aequora coeli Sensimus' sonere?* Vide porro Comment. maiorem. [Bentleio magis placet *nutu concutit.* Sic. Ovid. Met. II. 849. *Qui nutu concutis orbem.* Sed *sonitus* capiendum pro tonitru. Propert. II. 16. 48. *Vidistin moto sonitus praecurrere coelo.* ubi vid. Broukhusius.]

43. *Ego illud vero ita feci, ac lubens.*] Plautus, Asin. III. 3. 6. *Ego vero, et quidem edepol lubens.*

45. *Eam in lectum illae conlocarunt.*] Apuleius, Me-

Sto exspéctans, si quid mi ímperent. venit úna, heus tu, inquit, Dóre,
Cape hóc flabellum, et véntulum huic sic fácito, dum lavámur:
Ubi nós laverimus, sí voles, laváto. accipio trístis.
An. Tum equidem ístuc os tuum ímpudens vidére nimium véllem:
Qui essét status, flabéllulum tenére te asinum tántum. 50

V. 50. vulgo erat *flabellum*. Illud reposuit Faërnus, probante Bentleio: Guietus in codice scripto invenit.

---

nam et ipsum verbum *conlocant* proprium est, et adscribitur pronubis. — 46. *Sto exspectans, si quid mihi imperent.*] Ἐνέργεια. Non enim dixit *stabam*. *Exspectans*, desiderans. Et mire omne tempus executus est salva veritate, in qua *Virgilius* negligens invenitur: cum post occisum *Mezentium*, non facta noctis mentione, statim intulit: *Oceanum interea surgens aurora reliquit.* — 47. *Cape hoc flabellum.*] Praeclare non sensum, sed verba ipsa per μίμησιν induxit, per quam puellaris error exprimitur. *Cape hoc flabellum, et ventulum huic sic facito.*] Quam particulatim, cum qua diligentia et δεικτικῶς iubet, quasi novitio et imperito. *Ventulum huic sic facito, dum lavamur.*] Demonstrativum, et gestu explicandum. — 48. *Ubi nos laverimus.*] Vide usum verbi tam cito variatum, *dum lavamur:* et, *ubi laverimus. Si voles, lavato.*] Quasi satisfacientis est, cum solum illum relinquant cum virgine. *Accipio tristis.*] Id est, tristi similis: ut, *Namque, ut conspectu in medio turbatus inermis Constitit.* — *Accipio tristis.*] Bene *tristis*, tanquam aliud magis vellet, hoc est, lavare, aut ludere: metuit enim, ne quod cupit, prodatur gaudio. — 49. *Os tuum impudens.*] Licet iocanti et amico officium iocunde facere. — 50. *Quis esset status.*]

---

tam. II. *Vesperi quoque cum somno concederes, et in cubiculum te duxit comiter, et blande* lectulo collocavit, *et satis amanter cooperuit.*

47. *Ventulum huic sic facito.*] Plautus, Casin. III. 5. 14. *Contine pectus*, face ventulum, *amabo.* Curc. II. 3. 36. *nolo equidem mihi* Fieri ventulum. Suetonius, Aug. 82. *Aestate apertis cubiculi foribus, ac saepe in peristylio saliente aqua, atque etiam* ventilante *aliquo cubabat.* [*Dum lavamur; ubi nos laverimus, si voles lavato.* Activo et passivo simul usus est Terentius; utrumque bonis scriptoribus usitatum, sed passivum frequentius. Vid. Bentlei. ad Horat. Serm. I. 5. 24.]

50. *Status.*] Intelligit stantis formam et modum. Horatius,

Ch. Vix élocuta 'st hóc, foras simul ómnes proruúnt se.
Abeúnt lavatum: pérstrepunt, ita út fit, domini ubi ábsunt.
Intérea somnus vírginem opprimít: ego limis spécto,
Sic pér flabellum clánculum: simul ália circumspécto,
Satine éxplorata sint, video esse: péssulum ostio óbdo. 55

Statura corpori adscribitur: *Status* ad habitum refertur. Ergo *status* est σχῆμα: *Statura*, longitudo corporis. *Te asinum tantum.*] Quia hoc ministerium delicatorum servorum est. — 51. *Omnes proruunt se.*] Verbo neutrali quasi activo usus est. — 52. *Ubi absunt.*] *Ubi* et temporis et loci potest esse. — 53. *Interea somnus virginem opprimit.*] Utpote compressam somno, et oblectatam flabello, atque ab Eunucho nihil metuentem. *Ego limis specto.*] *Limis*, si nominativus singularis est, *transversus* significat: si septimus pluralis, deest *oculis*. Nam *limis* est transversus: unde *limen* dicitur quoque, quod ingredientibus exeuntibusque transversum est. Quum igitur dissimulant homines se videre quod vident, et non recta facie, sed transversa intuentur, *limis* dicuntur *aspicere*. *Limis specto.*] Cum *limi* dicantur obliqui generaliter, hoc tamen de oculis dicitur. — 54. *Sic per flabellum clanculum.*] *Sic* δεικτικὸν est, et necessario additum. Nam et *limis* et *per flabellum* sine demonstratione parum intelligitur. — 55. *Pessulum ostio obdo.*] Scilicet ut amoveret, arceretque auxilium virginis. —

Carm. III. 4. 54. *minaci Porphyrion* statu. — *Flabellum tenere.*] De *Flabellorum*, e pavonum pennis factorum, usu et forma vide Casaub. ad Suet. Aug. 82. et Heins. ad Ovid. Art. Am. I. 161. ubi *flabella* etiam ex tabulis tenuioribus esse facta docet. — *Te asinum tantum.*] Appellatio *asini* in conviciis erat. Ita Adelph. V. 8. 12. Plautus, Pseud. I. 2. 4. *Neque ego homines magis* asinos *unquam vidi.* [*Tantus* refertur ad corporis magnitudinem. Apul. Met. I. p. 13. Vid. quae annotavimus ad Rutil. Lup. p. 94.]

51. *Proruunt se.*] Apuleius in Floridis, de aquila: *Et quaerit, quorsum potissimum in praedam superne* se ruat.

53. *Somnus virginem opprimit.*] Ita Adelph. IV. 1. 9. — *Limis specto.*] Explicat Donatus. Oculi limi etiam lasciviae indices. Plautus, Bacchid. V. 2. 12. *Viden'* limulis, *obsecro, ut intuentur.* Ovid. Am. III. 1. 33.

55. *Explorata.*] Tuta, certa. Phorm. IV. 3. 23. — *Pessulum ostio obdo.*] Plautus, Cas. V. 2. 17. in re simili: forem obdo; *ne senex me opprimat.*

An. Quid túm? *Ch.* Quid? quíd tum? fátue. *An.* Fateor. *Ch.* An ego occasiónem
Mi ostén[ta]tam, tantam, tám brevem, tam optátam, tam insperátam,
Amítterem? tum pól ego essem vére, qui simulábar.
An. Sane hércle ut dicis. séd interim de sýmbolis quid áctum est?
Ch. Parátum 'st. *An.* Frugi es. úbi? domin'? *Ch.* Immo ápud libertum Díscum.
An. Perlónge 'st: sed tanto ócius properémus. muta véstem.

V. 56. Bentl. *Quid túm? Ch. Quid tum? quid* etc. quod postulat repetitio.

V. 57. Faërnus et Bentl. ex codd. *ostentam*. Iidem v. 58. *essem vero*, e libro Bembino, et *qui adsimulabar*, ex compluribus aliis.

---

56. *Quid tum, fatue?*] Quid enim praeter vitium superest, ubi amator est adolescens, et virgo dormiens et inclusa? Grate explicata narrátio est, quam audientis curiositas finit, et cuius in extrema parte maior attentio est. — *Fateor.*] Me fatuum, qui hoc quaesierim, subauditur. *An ego occasionem mihi ostentatam, tantam, tam brevem, tam optatam, tam insperatam, amisterem?*] Vide quanta dixerit: non voluntatem, sed *occasionem:* non animadversam, sed *ostentatam:* non hanc, sed *tantam:* non angustam, sed *brevem:* non appetitam, sed *optatam:* non repentinam, sed *insperatam*. Et bene *insperatam:* aliud enim sibi promiserat; ut supra diximus, non quod pictura occasioque persuasit. — 58. *Tum pol ego is essem vere, qui simulabar.*] Eunuchus scilicet. — 59. *Sane hercle ut dicis.*] Deest, *ita est*. *Sed interim de symbolis quid actum est?*] Bene memor est personae, quam induxit poëta, per hanc interrogationem. — *Sed interim de symbolis.*] Παροιμιῶδες, ἀλλὰ περὶ τοῦ χοιριδίου. — 60. *Frugi es.*] Utilis et necessarius, ut fruges humano generi. *Frugi* est ergo, in quo est aliquid quo fruamur, id est, utamur. *Discum.*] Nomen est proprium *Discum*. — 61. *Sed tanto ocius properemus.*] *Pro-*

---

58. *Amitterem.*] Plautus, Mostell. II. 2. 8. *peccavisti largiter, Qui* occasionem *hanc* amisisti *tam bonam*. [Plura Drakenborch. ad Liv. VIII. 34. 9. laudatus a Ruhnkenio.]

60. *Frugi es.*] Servi proprie *frugi* dicebantur, si utiles essent. Infra IV. 7. 46. Heaut. III. 3. 36. Inde vox ad quasvis virtutes cuiusvis hominis translata.

Ch. Ubi mútem? perii: nám domo exuló nunc: metuo frátrem,
Ne intús sit: porro autém, pater ne rúre redierít iam.
An. Eámus ad me: ibi próximum 'st, ubi mátes. *Ch.* Recte dícis.
Eámus: et de istác simul, quo pácto porro póssim
Potíri, consilium volo capere ína tecum. *An.* Fiat.

V. 62. Bentl. *Ubi mútem? perii: nam éxulo domó nunc; metuo frátrem, Ne intus sit: porro autem patrem, ne rure redierit iam.* Nam *domo* in thesi obscuratur, et *patrem* postulat praecedens *fratrem*. De posteriore tamen ratione est cur dubitemus.

---

peremus dixit pro *ambulemus*. *Musa vestem.*] Haec οἰκονομία est ad id, quod in domum Thaidis rediturus est Chaerea. — 62, *Ubi mutem?*] Vultu ostendit, quod subaudiatur, *nescio*. *Nam domo exulo.*] Deest *prope*, aut *veluti:* ut sit, Prope iam exulo. *Exulo* duobus modis dicitur: et de loco in quo exul est, et de loco ex quo eiectus est. — *Nunc metuo fratrem.*] Causas ostendit, cur domo penitus veluti exulet. — 63. *Pater ne rure redierit.*] Praeparatur iam interventus senis: et est ζεῦγμα ad superiora. Nam et hic *metuo* est subaudiendum. — 64. *Ibi proximum est.*] Hoc est, domus mea. *Recte dicis. Eamus.*] Ipsa verba quodammodo festinationem sonant. — 65, *Quo pacto porro.*] *Porro*, postea, deinceps.

---

64. *Ad me.*] Vide And. I. 3. 21, Plautus, Epid. III. 2. 43. *abeamus intro hinc* ad me.

66. *Fiat.*] Formula assentiendi et concedendi, comicis familiaris.

ACTUS QUARTUS.

SCENA PRIMA.

DORIAS.

Ita me Di [bene] ament, quántum ego illum vídi, non nil tímeo misera,
Né quam ille hodie insánus turbam fáciat, aut vim Thaídi.
Nam póstquam iste advenít Chremes adoléscens, frater vírginis,
Mílitem rogat, út illum admitti iúbeat. ille continuo irasci:
Néque negare audére. Thais pérro instare, ut hóminem invitet.
'Id faciebat rétinendi illius caúsa: quia illa, quaé cupiebat

V. 1. Bentl. cum codd. *bene* eiecit. Idem v. 3. ne versus iambicus inter trochaicos veniat, voc. *Chremes*, in compluribus libris omissum, delevit et *adveneral* correxit.

Ita me Di bene ament.] *Ea persona quaesita est, quae terribilem credat militem: et eo magis in experiendo vanus ac ridiculus esse possit.* — 1. *Ita me Di bene ament.*] Hoc loco quid post scenam gestum sit, hoc est, in convivio militis, ancilla demonstrat: ut iam quae in proscenio agantur, ex his possimus agnoscere. — 2. *Ne quam ille hodie insanus.*] *Illum*, et *Ille insanus*, sic effertur, ut omnibus insuavis miles esse noscatur. — 3. *Nam postquam iste advenit.*] Instanter admonet, qui scilicet sit Chremes. — 4. *Militem rogat.*] Et hoc quasi de odioso *militem* dixit, non *Thrasonem*. *Continuo irasci.*] Ut rivali. — 5. *Neque negare audere.*] Ut amicae poscenti. *Instare, ut hominem invitet.*] Vide impudentiam meretricis; primum petit, ut iubeat eum admitti: postea *ut invitet*, quod est maius. — 6. *Id facie-*

1. *Quantum ego illum vidi.*] H. e. pro eo atque ego illum vidi. Supra I. 2. 62.

Dé sorore eius índicare, ad eám rem tempus nón erat.
Invítat tristis: mánsit. ibi illa cum íllo sermonem óccipit.
Míles vero síbi putare addúctum ante oculos aémulum:
Vóluit facere cóntra huic aegre. heús! inquit, puer, Pámphilam
'Arcesse, ut deléctet hic nos, ílla exclamat, mínime gentium!

V. 8. corr. Bentl. *'Invitatust. mánsit. ibi illa cum illo sermonem óccipit.* ut iambi tollantur.

V. 9. et 10. sic refingit: *Miles vero, sibi putans adductum ante oculos aemulum, Vóluit facere cóntra huic aégre: heus, inquit, puer, i Pamphilam,* i. e. accerse Pamphilam. Hiatus in *aegre heus*, etsi ab interpunctione habet excusationem, tamen molestus est. Nec numeri elegantes sunt.

V. 11. ultima vocis *gentium* ad sequentem versum trahenda, mo-

---

bat retinendi illius causa.] Admonet spectatorem, ne existimet alteri rivali iniuriam fieri Phaedriae. Et simul est hic προπαρασκευὴ virginis agnoscendae. — 8. *Invitat tristis.*] *Tristis*, invitus, non libenter. Ut e contrario *Virgilius*, *Vobis* laetus *ego hoc candentem in littore taurum Constituam ante aras, voti reus.* Et, *Accipio tristis*, eodem modo. *Mansit ibi.*] Adolescens scilicet. Et *mansit* pro remoratus est, id est, accubuit, nec recessit, *mansit* significat. Simile est, *mansit*, passus est. Sic, *Chremes mansit*, immoratus est, conviva necessitate discessit, accipiendus est. *Sermonem occipit.*] *Sermonem* colloquium dicit. — 9. *Adductum aemulum.*] Plus dixit *adductum*, quam *admissum:* et simul quia videbat furibundum Chremem, et totum crimen revocat ad Thaidem. Et haec est causa, cur a milite in eius domo nullam rixam patiatur Chremes. — 10. *Huic aegre.*] Huic Thaidi, non adducto. *Heus! inquit, puer.*] Hic ostenditur, quod supra apparatum est. *Pamphilam arcesse.*] Non *provoca*, sed *arcesse:* quia non est aptum militi. — 11. *Ut delectet hic nos.*] Quasi

---

7. *Tempus.*] H. l. est *occasio.* Sallustius, Catil. 29. *Res*, tempus, *pericula*, *egestas*, *belli spolia magnifica*, *non magis quam oratio adhortentur.* Indicat autem Thais Chremeti infra IV. 6. 7.

10. *Facere huic aegre.*] Plautus, Casin. III. IV. *Quin cupio tibi aliquid aegre facere.* — *Pamphilam arcesse.*] Id monuerat Gnatho, supra III. 1. 50. seqq.

'In convivium illam? miles tendere. inde ad iúrgium.
'Interea aurum sibi clam mulier démit: dat mihi ut aúferam.
Hóc est signi, ubi primum poterit, se illinc subducét, scio.

nente Bentleio. Aliter totum hunc locum constituit Hermann. Element. Doctr. Metr. p. 170.

---

dicat, quod haec non facit. Sed *delectare* fidicinae est: quia supra de illa dixerat, *Et fidibus scire.* Et bene *hic*, quasi insuaviter nunc tractemur. *Illa exclamat.*] Non *respondit*, inquit, sed *exclamat. Minime gentium.*] Hoc magis mirum, *minime gentium*, quam *nusquam gentium.* — 12. *In convivium illam?*] Ἐμφατικῶς, ut, *Cantando tu illum? Illam?*] Deest *arcessas:* et est figura ἀποσιώπησις. *Miles tendere.*] Proprie dixit *tendere*, quod significat pertinacem contentionem. *Virgilius*, ---- *Vasto certamine tendunt.* — *Inde ad iurgium.*] Subauditur, *ventum est.* — 13. *Interea aurum sibi clam mulier demit.*] Ne aurum pro virgine, quod retinebat, amitteret. Vel *aurum demit*, ut esset ad fugam expeditior, vel ad rixam. Et opportune *mulierem* dixit, non *Thaidem:* ut ostenderet malitiam sexus. — 14. *Hoc est signi, ubi primum poterit.*] Ad quam rem *signi?* Utrum, *Hoc est signi, quamobrem metuam ne quam ille hodie insanus turbam faciat, aut vim Thaidi?* An, *Hoc est signi, unde scio quod ubi primum poterit, se illinc subducet?* Erit igitur subaudiendum sic, *unde* et *quod:* ut sit, *Unde scio, quod ubi primum poterit.*

---

12. *In convivium illam?*] Noluit Thais, virginem castam et honestam praeter Graecorum morem in convivium adduci. Cicero, *Verr.* I. 26. Sed et Romanorum conviviis virgines arcebantur, teste Varrone apud Non. V. *Acerbum.* — *Tendere.*] H. e. contendere. Horatius, Epist. I. 19. 16. *Dum studet humanus*, tenditque *disertus haberi.*

13. *Aurum.*] Id contra leges Atticas gestavit Thais meretrix. Meursius, Them. Att. I. 6. Intellige annulos, inaures, armillas, caetera. vide Comment. maiorem.

14. *Se illinc subducet.*] H. e. clam abibit. Infra IV. 7. 25. Plautus, Asin. V. 2. 62. *Tempus est* subducere hinc me: *pulchre hoc gliscit praelium.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA SECUNDA.

PHAEDRIA.

Dum rús eo, coepi égomet mecum intér vias,
Ita út fit, ubi quid ín animo est moléstiae,
Aliám rem ex alia cógitare, et ea ómnia in
Peiórem partem. quid opu'st verbis? dum haéc puto,
Praetérii imprudens víllam. longe iam ábieram, 5

V. 4. Bentl. *omnia Peiorem in partem.*

Dum rus eo, coepi egomet.] *Hic nunc causa narratur, cur statim in urbem redeat Phaedria, qui discesserat abfuturus biduum, ad tollendum iurgium militis, et importune redit.* — 1. *Dum rus eo.*] Iam tempus est revocandi in scenam Phaedriam, postquam acta sunt omnia, quae illius absentiam desiderabant. *Coepi egomet mecum.*] Ordo, *coepi aliam rem ex alia re cogitare. Inter vias.*] Figurate et nove, *inter vias.* — 3. *Et ea omnia in peiorem partem.*] Utrum subaudiatur, *cogitare*? an, *ibant*, aut *vergebant*, aut quid tale? — 4. *Dum haec puto.*] Id est, existimo. Ut *Virgilius*, *Multa putans*, *sortemque animo miseratus iniquam.* Et est ἀφαίρεσις pro *reputo*. *Putamus* enim instantia: *Reputamus* prae-

1. *Inter vias.*] Ita Plautus, Aul. II. 8, 9, *Egomet mecum cogitare* inter vias *Occepi.* Sed Cicero, Att. IV. 3. *Inter viam.* Tibullus, IV. 1. 79. *nostras* inter *sunt cognita* terras. Virgilius, Aen. III. 646. *Inter deserta ferarum.* Iustinus. II. 2. *Inter silvas.* [*Inter vias* h. e. in via, dum eo. *Inter* saepe denotat temporis durationem, per quam interim aliquid simul fit. Sic *inter tumultum*, *inter coenam*, *inter pocula.* Sueton. Domit. c. 4. *inter spectacula muneris*, Gronov. Obss. IV. 20. et Duker. ad Flor. III. 21. p. 628.]

2. *Ubi quid in animo est molestiae.*] Ita dixit uti supra III, 1. 16. *Exspueret miseriam ex animo.* Heaut. IV. 1. 17. *Esse in animo inscitiam.* Vide de hoc loquendi genere Nic. Heinsium ad Ovid. Metam. XIV. 209.

[4. *Puto* i. e. considero, cogito. Plaut. Cas. III. 2. 25. *cum eum mecum rationem puto.* Virg. Aen. VI. 332. *multa putans.* ubi vid. Servius. Adelph V. 3. 10. *rem ipsam putemus.*]

Cum sénsi. redeo rúrsum, male me véro habens.
Ubi ad ípsum veni díverticulum, cónstiti.
Occépi mecum cógitare: Hem! bíduum hic
Manéndum est soli síne illa? quid tum póstea?
Nil ést, quid? nil? si nón tangendi cópia 'st,
Eho, né videndi quídem erit? si illud nón licet,
Saltem hóc licebit, cérte extrema línea

V. 6. ante Bentleium erat: *male vero me habens.* Melius est, quod eius codd. suppeditarunt.
V. 7, idem ex cod. Acad. *ad ipsum venio.*

terita. — 7. *Ubi ad ipsum veni diverticulum.*] *Diverticulum* est, ubi iter de via flectitur. Et proprie *diverticula* dicuntur in via domicilia, ad quae de itinere divertendum sit. *Constiti.*] Plus est nunc scientem stetisse, quam praeteriisse nescientem. — 8. *Hem! biduum hic manendum est.*] Interiectio laborantis animi. *Biduum* sic pronuncia, ut longum nimiumque tempus. Tum deinde *hic*, tanquam in loco solo atque tristi. — 9. *Soli sine illa?*] Aut sine alio oblectamento. *Sine illa?*] Satis amatorie. *Sine illa?*] Iam causa est, cur *biduum* gravetur loco tristi, cur solatium conquirendum. Sunt autem qui idem putent *soli* esse, et *sine illa*; ut *sine illa* ἐξήγησις eius sit, quod dixerat, *soli*. — 10. *Nihil est. quid? nihil?*] Amantium disputationes intermiscent quaedam consilia sanae mentis, quae tamen statim resurgentis amoris saevitia devincuntur. — 11. *Eho, ne videndi quidem erit?*] *Eho* ridicule additum: tanquam omnino non secum loquatur, sed cum altero. *Si illud non licet, saltem hoc licebit.*] Bene bis dictum *licet, licebit:* quasi de re magna loquatur. Totum ergo amatorie. — 12. *Certe extrema linea.*] Et hoc recte: quia quinque lineae perfectae sunt ad amorem; prima visus, secunda loqui, tertia tactus, quarta osculari, quinta coitus. An sic dixit *extrema linea*, quemadmodum dicitur *longis lineis quid fieri?* Id est, de lon-

7. *Ubi ad ipsum veni diverticulum.*] Suetonius, Ner. 48. *Ut ad* diverticulum *ventum est.* Sed Cl. Burmannus ad Petron. cap. 10. *Deverticulum* tuetur. Est autem locus, quo *devertitur* a via. [*Deverticulum* est in via domicilium, ad quod de itinere devertendum est. *Divertit* qui a via regia discedens semitam inde in diversa tendentem incedit; *devertit*, qui de via deflectens hospitium subit. Sic horum verbum differentiam constituit Drakenborch. ad Liv. XLIV, 42. 2.]

10. *Tangendi.*] Proprie, de amica vel virgine. Heaut. IV. 6, 15. Adelph. IV. 5. 52. Imitatur Ovidius, Metam. III. 748. *Liceat, quod* tangere *non est, Adspicere, et misero praebere alimenta furori.*

12. *Extrema linea amare.*] Variis coniecturis sensus huius

Amáre haud nihil est. víllam praetereó sciens.
Sed quíd hoc, quod timida súbito egreditur Pýthias?

ginquo. — 13. *Amare haud nihil est.*] *Amare* modo frui amore dicit. *Plautus*, in Bacchidibus, *Prius hic adero. quam te amare desinam.* Et, *Sine te amem. Villam praetereo sciens.*] Sciens quidem, sed non minus amator, quam prius. — 14. *Sed quid hoc, quod timida subito egreditur Pythias?*] Ex his verbis persona in scenam veniens, et locutura describitur. Et *timida*, modo aegra, turbata, commota. *Plautus*, *Manum ex mari, timide.* Et hic ipse, *Uxorem* inquit *Philumenam pavisare, nescio quid, dixerunt.* Timidum aliud naturale, aliud eventu est: ut, *Addit se sociam, timidisque supervenit Aegle.*

---

dicti sollicitatur. Videtur autem a Circo petita locutio, et *extrema linea* dictum pro *extrema parte lineae.* Ipsae autem *lineae* sedilium ordines dicebantur. Respexit eo Ovidius cum alibi, tum Amor. III. 2. 19. *Quid frustra refugis? cogit nos* linea *iungi. Haec in lege loci commoda Circus habet.* Phaedria igitur biduo proximo eum saltem amoris sui fructum peroepturum se confidit, procul videndo Thaidem, quem *extrema linea*, id est, extremis lineae partibus seiuncti sedentes in Circo, seque e longinquo videntes percipiunt. Vide porro Comment. maiorem. [*Extrema linea amare* est e longinquo amare, non adire amicam aut tangere. Donatus observat Veteres dixisse *longis lineis quid fieri*, quod fit e longinquo. Valer. Max. I. 7. 8. *Propioribus tamen, ut ita dicam, lineis Aterii Rufi somnium certo eventu admonitum est.* Metaphora ducta videtur a lineis stadii, quibus cursores insistebant, ut ex aequo procurrerent. Sed alii aliunde metaphoram repetunt. Vid. Salmasius Exercit. Plin. p. 648. et Heinsius ad Ovid. Amor. III. 2. 19.]

13. *Haud nihil est.*] Ita dixit, uti Ovidius, Heroid. III. 131. Est aliquid, *collum solitis tetigisse lacertis, Praesentisque oculos admonuisse sui.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA TERTIA.

PYTHIAS. PHAEDRIA. DORIAS.

Py. Ubi ego illum scelerósum, misera, atque ímpium inveniam? aút ubi quaeram?
Hóccine tam audax fácinus facere esse aúsum? *Ph.* Perii! hoc quíd sit vereor.
Py. Quín etiam insupér scelus, postquam lúdificatus est vírginem,

V. 2. Bentl. *Perii* ad Pythiae orationem traxit, coll. Andr. III. 5, 1.

Ubi ego illum.] *In hac scena operae pretium delectationis est spectatoribus ex querela ancillae Thaidis atque errore Phaedriae.* — 1. *Ubi ego illum.*] Hoc initio ostenditur tanquam persequentem fugientem, progressam esse personam. *Scelerosum.*] *Scelerosus* est multorum: *Scelestus* vel unius. *Scelerosus* proprie auctor est sceleris: *Sceleratus*, in quo scelus sit constitutum vel commissum. *Scelerosum atque impium.*] *Scelerosum* in Thaidem, *Impium* in virginem. — 2. *Audax facinus facere.*] *Facinus facere*, figura ἀρχαϊσμός. *Hoc quid sit? vereor.*] Pro duobus unum dixit, scilicet *vereor*, pro, et nescio, et vereor. — 3. *Quin etiam insuper.*] Accusatio facti. *Scelus.*] Ἄῤῥησις. Plus enim est *scelus*, quam *scelestus*. Ut, *Lucilius: Carcer, vix carcere dignus.* *Postquam ludificatus est virginem.*] Argumentum ab his quae sunt post negotium gesta. Et mire, *Postquam ludificatus est, Discidit* dixit: cum ille videlicet, dum virgo reluctatur, hoc fecerit. Et mire expressit vitium illatum virgini ab eo quidem,

2. *Facere esse ausum.*] De hac constructione vide ad And. I. 5. 10. [*Scelerosus* plus est, quam *sceleratus*. Nam Gellius IV. 9. observat adiectiva in *osus* exeuntia excessum quendam denotare. Voce *scelerosus* utitur etiam Lucret. I. 84. ubi vid. Lambin. De aliis huius formae adiectivis vid. Cortium ad Sallust. Iug. c. 66.]

3. *Ludificatus.*] H. e. vitiavit. Quod et *illudere* virgini vel virginem dixerunt. Vid. Heins. ad Sil. Ital. VIII. 472. Idem *ludibrio habere* dicit Hec. I. 2. 74.

Vestem, ómnem miserae díscidit: tum ipsám capillo
cónscidit.
Ph. Hem! *Py.* Quí nunc si detúr mihi,
Ut ego únguibus facileílli in oculos ínvolem venéfico!
Ph. Néscio, quid profécto absente nóbis turbatúmst
domi.

qui vitiare iam posset: sed tamen eiusmodi adolescentulo, cuius propter teneras adhuc vires, ad explendam venerem, longiore noxa adversus virginem utendum fuit. Nam ideo praeter occasionem familiae discedentis, tempus, locus, et caetera attributa negotio, etiam somnus virginem opprimens, adiuvat Chaeream. Et mire *ludificatus* potius, quam complexus est, aut tale aliquid, quod amorem indicaret. — 4. *Vestem omnem miserae discidit.*] Adeo ut non amore fecerit, sed iniuria. Et vide, ut ex his appareat, multum virginem reluctatam esse. *Tum ipsam capillo conscidit.*] Multo melius, quam si diceret, *Capillum illi conscidit.* — 6. *Ut ego unguibus facile illi in oculos involem.*] Nonne credis Pythiam id comminari, quod a virgine minus factum sit? quod, quia puella, non potuit. *Unguibus.*] Quibus armatur hic sexus. *In oculos.*] Quasi amatori. *Venefico.*] Mutanti homines, et ex virginibus mulieres facienti. An *venefico* amatori? quia amor venenum occultum est. ut *Virgilius*, *Occultum inspires ignem, fallasque veneno.* Et, *longumque bibebat amorem.* — 7. *Absente nobis turbatum 'st domi.*] Aut subdistinguendum est, et subaudiendum, *me*, aut ἀφαίρεσις figura est, *absente nobis*, pro, nobis absentibus. *Pomponius*, *Sine ergo istuc, praesente amicis inter coenam.* *Varro* in Marcellum, *Id praesente Legatis omnibus, exercitu, pronunciat. Absente nobis.*] Cum sic dicit, pro praepositione ponit *absentes:*

---

4. *Vestem discidit.*] Luctando dilaceravit. Adelph. IV. 2. 20. Propertius, II. 15. 17. *Quod si pertendens animo vestita cubaris,* Scissa veste *meas experiere manus.* — *Ipsam capillo conscidit.*] Cicero, Tusc. III. 26. De Agamemnone: Scindens *dolore identidem intonsam* comam. Virgilius, Aen. IX. 478. *Scissa comam.* Plautus, Astraba, versu II. *Capillo scisso.* [*Conscidit capillo* pro illius capillum conscidit. Rara et insolens constructio. Gronov. Obss. IV. 13. comparat illud Iustin. I. 10. *laceratus toto corpore.*]

6. *Unguibus facile illi in oculos involem.*] Ita infra V. 2. 20. ubi vide Donatum. Plautus, Mostell. I. 3. 46. *Vix comprimor, quin* involem illi in oculos. [Alia collegit Heinsius ad Ovid. Metam. XIII. 561.]

7. *Absente nobis.*] Ita et *praesente* veteres iunxerunt plurali. Ita in XII. Tabb. *praesente ambobus.* Attiui: *praesente his.* L. Pom-

Adíbo. quid istuc? quíd festínas? aút quem quaeris, Pýthias?

Py. **Ehem Phaédria, ego? quem quaéram? abi hinc, quo dignus, cum donís tuis**

Tam lépidis. ***Ph.*** **Quid istuc ést rei?**

Py. **Rogás me? Eunuchum quém dedisti nóbis, quas turbás dedit!**

Vírginem, quam herae dóno dederat míles, vitiavít.

Ph. **Quid ais!**

Py. **Périi.** ***Ph.*** **Temulénta es.** ***Py.*** **Utinam sic sint, qui mihi mále volunt!**

V. 9. Bentl. *quaéram? in' hinc quo dignus* etc. ex Vatic. et Bemb.

V. 11. Bentl. corr. *Rógan? eunuchum* etc. ut versus trochaicus nascatur.

V. 12. Bentl. *déderas dóno*, ex aliquot codd. et vett. editt.

V. 13. idem: *sic sint, mihi qui male volunt*, de mera coniectura. Id. v. 14. ex codd. aliquot: *quod istuc — monstrum.*

---

ac si diceret: Coram amicis. — 8. *Quid festinas?*] Properas, turbaris et trepidas? *Sallustius, Festinantibus in summa inopia patribus. Egon'? quem quaeram?*] Deest *rogas?* — 11. *Eunuchum quem dedisti nobis, quas turbas dedit!*] Aut ἀνάκλασις: ut, *Urbem quam statuo, vestra est.* Aut *quem* cum interrogatione pronunciandum, ut sit, *qualem. Eunuchum quem dedisi.*] Quidam volunt *quem* distingnere: quasi dicat *qualem:* sed nesciunt, hac figura multum veteres usos esse. *Eunuchum* enim ad *dedisti* verbum retulit. Nunc ergo addit propter aliud ἄξιωμα, assumendum extrinsecus, *ie Eunuchus.* Nam quoties uno nomine aut pronomine diversae declinationis enuntiationes comprehenduntur, necesse est quod alteri accommodatum fuerit, ab altero discrepare. *Quem dedisti, quas turbas.*] Et *quem* et *quas* sic accipe, quasi dixerit, *qualem Eunuchum*, et *quales turbas.* — 12. *Quid ais!*] Hoc admirantis est magis, quam interrogantis. — 13. *Temulenta es.*] Ebria, a *temeto*, quo nomine antiqui grave vinum

---

ponius: *praesente testibus.* Plautus, Amph. II. 2. 194. *Nobis praesente.* [Conf. Ruddimann. Institutt. T. II. p. 299. ed. Lips.]

11. *Quas turbas dedit.*] Imitatur Caecilium, Umbris: *Mirum adeo, nisi frater domi ebrius* turbam *aliquam* dedit. Plautus, Bacchid. II. 3. 123. *Quas ego hic turbas dabo!*

13. *Utinam sic sient, qui mihi male volunt.*] Plautus, Asin. V. 2. 13. *Utinam, male qui mihi volunt, sic rideant.*

Do. Au, óbsecro, mea Pýthias, quid ístuc nam monstrí fuit?
Ph. Insánis: qui istuc fácere Eunuchus pótuit? *Py.* Ego illum néscio
Qui fúerit: hoc, quód fécit, res ipsa índicat.
Virgo ípsa lacrumat, néque cum rogites, quíd sit, audet dícere.
Ille aútem bonus vir núsquam apparet. étiam hoc misera súspicor,
Aliquíd domo abeuntem ábstulisse. *Ph.* Néqueo mirarí satis,

V. 16. Bentl. scripsit: *Insanis: qui istuc facere eunuchus potuit? Pyth. ego illum nescio: hoc* || *Quod fécit, res ipsa indicat*: ut posterior versus sit dimetrus iambicus.

---

appellabant, eo quod tentaret mentem, id est, labefactaret. *Virgilius, Tenuisque Lagebe Tentatura pedes olim, vincturaque linguam. — Utinam sic sient, qui mihi male volunt.*] Bene, non ebriam esse, in maledictum vertit: quasi vero temulentam esse felicitatis sit. An non negat se esse ebriam, sed non vino, verum malo ebriam vult intelligi? — 14. *Mea Pythias.*] *Mea*, et *mea tu, et amabo*, et alia huiuscemodi, mulieribus apta sunt blandimenta. *Quid istuc nam monstri fuit?*] Quippe *monstrum* est omne contra naturam. Si igitur Eunuchus est, et vitiavit virginem, contra rerum naturam factum est, et recte *monstrum* est. Et ordo est: *Quid istucnam monstri fuit?* — 15. *Qui istuc facere Eunuchus potuit?*] *Istuc facere* honestius apud puellam, quam si *vitiare* dixisset. Et potest videri aliquid nutu significare. *Ego illum nescio qui fuerit.*] *Σύλληψις.* Bene vitavit Eunuchi nomen, ut vitiasse obtinere possit. — 17. *Virgo ipsa lacrumat.*] Nunc ostendit quid fecerit, et ostendit argumentis. *Neque cum rogites, quid sit, audet dicere.*] Quid si verberata esset? sed non puderet queri. Haec autem iniuria apud virginem non habet nomen. — 18. *Bonus vir.*] *Εἰρωνικῶς.* non enim iam *Eunuchus.* Bene igitur *vir*: quia hoc illum esse, contendit. *Nusquam apparet.*] Nescias utrum fuga eius quaeratur, an culpa. Sed constat, haec argumenta esse, quod ipse virginem vitiaverit. *Etiam hoc misera suspicor.*] Bene *etiam*: quia et hoc suspicatur, virginem vitiatam. — 19. *Nequeo*

---

16. *Res ipsa indicat.*] Infra IV. 4. 37. Cicero, Mil. 20. *Res ipsa loquitur.*

19. *Aliquid domo abeuntem abstulisse.*] Scilicet, sole-

Quo [hinc] file abire ignávus possit lóngius; nisi sí domum
Forte ád nos rediit. *Py.* Víse amabo, núm sit. *Ph.* Iam faxó scies.
Do. Perii! óbsecro tam infándum facinus, méa tu, ne audiví quidem.
Py. At pól ego amatorés mulierum esse audiéram eos máximos:
Sed níl potesse: vérum miserae nón in mentem vénerat:

V. 20. *hinc* versus causa de Bentleii coniectura additum.
V. 23. *mulierum* quia secundam acuit, et *audieram* tertiam, Bentl. ex codd. suis et vett. editt. scripsit: *At pol ego amatores audieram múlierum esse eos maximos.*

---

mirari satis.] Bene hic omnes suspiciones ad Eunuchum, quem novit, revocat: nescit Chaeream siquidem hunc esse. Et mira locutio, pro eo quod est, *nescio.* — 21. *Vise amabo, num sit.*] *Domi* subaudiendum est: aut, *Num sit quod dicis.* — 24. *Sed nihil potesse.*] Ut voluntatis rei sint, non etiam facti. *Verum miserae non in mentem venerat.*] Non, *nihil potesse eos*, sed, *amatores esse maximos.* Ad partem enim sententiae pertinet quod dicit, *Non in mentem venerat*: non ad totum quod audivisse se dudum. Etiam nisi penitus negative consideraveris, controversia inerit. Si enim nihil posse audieras, quid est quod in mentem non venerit ut vitares? utrum igitur amatores mulierum esse maximos audieras? Quod ipsum vitandum fuit. Neque enim hoc satis est ad pudicitiam, stuprum vitasse, cum impudica fieri vel solo oscalo possit, quam omnino integram et illibatam velis. An *verum* non erit coniunctio, sed nomen? ut illud quasi falsum audierit: hoc autem, quod verum inventum est, non ipsa suspicata sit. Nam *in mentem venire*, non reminibant servi fugitivi simul domo auferre quid furto. Phorm. I. 4. 13. Martialis, XI. 54. *Non miror furem, qui fugitivus erat.*

20. *Abire longius.*] Ita Haut. I. 2. 38. Adelph. V. 5. 1. Attius, Deiph. *Forte aliquanto, quam solitus, lembo sum progressus* longius.

21. *Ad nos.*] Vide And. I. 3. 21.

[22. *Mea tu* et *mea* solum sunt formulae blandiendi. Adelph. III. 1. 2. *modo dolores, mea tu, occipiunt primulum.* Ovid. Met. XIV. 761. *quorum memor, o mea, lentos Pone, precor, fastus.*]

23. *Amatores mulierum maximos.*] Ita Plautus, Menaechm. II. 1. 43. *Tu magnus amator mulierum es.*

24. *Nihil potesse.*] Gr. οὐδὲν δύνασθαι, μὴ δυνατὸν εἶναι,

Nam illum aliquo conclusissem, neque illi commisissem virginem.

sci tantum, sed etiam cogitare significat. Sic *Cicero*, *In mentem tibi non venit, causam publicam sustinere*, id est, non cogitas, non suspicaris. *Verum miserae.*] Si *verum* pro coniunctione accipimus, subaudiendum erit, *amatores mulierum eos esse maximos. Non in mentem venerat.*] Non quod audieram: sed, quod hic fecit. An non aliud in mentem venerat? non scilicet facturum fuisse quod fecit. *Non in mentem venerat.*] Aut, non erat cogitatum: aut, non eram recordata. — 25. *Nam illum aliquo conclusissem.*] Mire *conclusissem* dixit, ut saevam veram. Sic alibi: *Conclusam hic habeo uxorem saevam. Neque illi commisissem virginem.*] Si vel amatorem tantum meminissem.

---

subaudi, ἐνεργεῖν τὴν ἐπιθυμίαν. Martialis, XI. 97. *Una nocte quater* possum, *sed quattuor annis Si* possum, *peream, te, Thelesilla, semel.* Dixit autem *potesse* pro *posse*; qui archaïsmus Plauto familiaris.

25. *Conclusissem.*] Phorm. V. 1. 17.

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUARTA.

PHAEDRIA. DORUS. PYTHIAS. DORIAS.

Ph. Exi foras, sceléste! at etiam réstitas,

1. *Exi foras, sceleste!*] Iucundus error, in quo non dubitet Phaedria ipsum esse qui quaeritur: verum insuper sic aggreditur, tanquam sit ipse. *Sceleste!*] Quale est *scelestum* appellari, qui nihil sciat. *Restitas?*] Necessario restitat, qui miratur se protrahi. —

---

1. *Exi foras.*] Integer hic locus expressus e Plauto, Pseud. I. 2. 1. *Exite, agite, ite ignavi, male habiti, et male conciliati.* Particulae autem *at* et *etiam* obiurgationibus et imprecationibus aptae sunt. De priori vide And. IV. 1. 43. Hec. I. 2. 59. De posteriore, Plaut. Pers. II. 4. 4. *Scelerate!* etiam *respicis?* [Burmann. ad Petron.

Fugitive? prodi; male conciliate. *Do.* Obsecro.
Ph. Oh!
Illâd vide; os ut sibi distorsit cárnufex!
Quid húc tibi reditio 'st? quíd vestis mutátio?

V. 4. Bentl. ex coni. *vestis quid mutâtiost.*

---

2. *Fugitive?*] Et scelestum et fugitivum increpat, in hunc crimen transferens Chaereae. *Male conciliate.*] Opportune adolescens hic exprobrat munus magno emptum. *Male* magno significat, ut *Plautus* in Amphitruone, *Haec nox scita 'st exercendo scorto conducto male.* Ergo *male conciliate, magno empte* significat. Nam omnis conventio *conciliatio* nominatur. *Conciliatum* ergo, magno emptum. *Os ut sibi distorsit.*] Et hic memor adolescens insinuandi muneris, dicit illum sibi os distorsisse, qui natura sit pulcher. *Os* autem dicimus illi *distorquere*, quem natura pulchrum deturpamus. — 4. *Quid huc reditio 'st?*] Eleganter ei *reditio* obiicitur, qui revera loco se non moverit. *Quid vestis mutatio?*] Sic veteres. *Plautus* in Trinummo, *Quid tibi interpellatio, aut in consilium huc accessio est? Caecilius* ἀφαζομένη, *Quid tibi aucupatio est argumentum, aut de meo amore verbificatio est patri? Quid vestis mutatio?*] Nam liberi vestem habebat, utpote Chaereae: servi vero atque Eunuchi de-

---

c. 21.] Sed *conciliare* est verbum contractibus proprium, et passim de emtione usurpatur. Plautus, Epid. III. 4. 36. *Conciliavisti probe.* [*Male conciliate* i. e. care emte, magno pretio comparate. Cic. ad Attic. II. 4. *mihi placet ea, quae male emta sunt, reddi.* ubi vid. Graevius. Ovid. Amor. I. 10. 44. *Pro male conducto gratia nulla thoro.* Contra *bene emere* est vili pretio emere. Cic. ad Attic. XII. 23. *bene emitur quod necesse est.* Drakenb. ad Sil. Ital. IV. 756. *Conciliare* est emere. Plaut. Epid. III. 4. 36. *conciliavisti pulchre.* Pseud. I. 2. 1. *ite ignavi male habiti et male conciliati.* Vid. Donatus ad h. l.]

3. *Os sibi distorsit.*] Attius, Troadibus: *Personas* distortas, *oribus deformes, miriones.* Horatius, Serm. I. 9. 65. *Distorquens oculos.* Quinctilianus, Instit. Orat. I. 11. *Observandum erit etiam, ut recta sit facies dicentis, ne* labra distorqueantur.

4. *Huc reditio.*] Possit videri ὕφεν. Plautus, Amph. I. 2. 28. *Et clandestina ut celetur* huc itio. [Saepe verbalia cum verbo *sum* ponuntur pro ipsis verbis unde ducuntur, habentque casum verbi sui. Adelph. III. 3. 67. *hi mihi ne corrumpantur cautio est.* Plaut. Trucul. II. 7. 62. *quid tibi hanc est notio.* Poterat Terentius etiam scribere *quid vestem mutatio est.* Vossius de Anal. III. 9. p. 287.] — *Vestis mutatio.*] Si τὸ *vestis* est genitivi casus, ita dixit, uti Phorm. II. 1. 63. *Testimonii dictio.* Cicero, Fam. VII. 21. *Qui* factionem testamenti *non habuerit.* Si valet *vestes*, nomen verbale regit

Quid nárras? paullum si cessássem, Pythias,
Domi nón offendissem: íta iam adornabát fugam.
Py. Haben' hóminem, amabo? *Ph.* Quídni habeam?
Py. O factúm bene!
Do. Istúc pol vero béne. *Py.* Ubi est? *Ph.* Rogitas? nón vides?
Py. Videam? óbsecro quem? *Ph.* Hunc scílicet. *Py.* Quis hic ést homo?
Ph. Qui ad vós deductus hódie est. *Py.* Hunc oculís suis
Nostrárum numquam quísquam vidit, Phaédria.
Ph. Non vídit? *Py.* An tu hunc crédidisti esse, óbsecro,

V. 6. Bentl. *adornarat*, ex codd. *suis*. Bene.
V. 7. olim legebatur *Habesne hominem*, ruente metro.

---

posuerat. — 5. *Paullum si cessassem, Pythias.*] Familiare est iratis, avertere se ad aliam personam ab ea, in quam commoveantur. — 6. *Ita iam adornabat fugam.*] Ut supra, *Adornant, ut lavet.* — 7. *Habesne hominem, amabo?*] Haec omnia Pythias, cernens Eunuchum, loquitur. Id enim erit iocundum, ut quaerat illum quem videt. *Quid ni habeam?*] *Quid ni*, quid nisi? hoc est, cur non habeam? — 8. *Ubi est?*] *Dorum* contemplata, dicit, *Ubi est?* quia non ipsum, sed alterum novit. *Rogitas? non vides?*] Stomachatur uterque errans mirifice: illa, quod Eunucho obiecit, quod commisit Chaerea. — 9. *Hunc scilicet.*] Hoc iam, tangens Eunuchum, dicit Phaedria. — 10. *Hunc oculis suis nostrarum numquam quisquam vidit.*] Ἀρχαϊσμὸς est figura, pro *nostrum*; vel *nostrarum*, id est, quae familiae nostrae sunt. ut parum sit, non vidisse Thaidem, nisi addatur, ne familiarum quidem ullam esse, quae hunc viderit. — 11. *Quisquam.*] Antiqua locutio est. — 12. *Non vidit?*] Totidem iisdemque verbis repetit. Et interrogatio stuporem admirantis ostendit, et iam veluti

---

casum verbi sui. Plautus, Amph. I. 3. 21. *Quid tibi hanc curatio est rem?*

6. *Adornabat fugam.*] H. e. parabat. Supra III. 5. 34. Phorm. I. 4. 14.

7. *O factum bene.*] Formula gaudentis. And. I. 1. 78.

10. *Hunc oculis suis nostrarum numquam quisquam vidit.*] Plautus, Pseud. II. 2. 27. *Neque te vidi ante hunc diem unquam oculis meis.*

Ad nós deductum? *Ph.* Nám quem? alium habui
néminem. *Py.* Au!
Ne cómparandus hic quidem ad illum'st: ille erat
Honésta facie et liberali. *Ph.* Ita vísus est
Dudúm, quia varia véste exornatús fuit:
Nunc eó tibi videtur foédus, quia illam nón habet.
***Py.* Tace óbsecro; quasi véro paullum intérsiet.**
Ad nós deductus hódie est adolescéntulus,
Quem tú vero vidére velles, Phaédria.

V. 13. Bentl. *Namque alium habui nem.* ex libro Bemb. et aliis.
V. 20. Bentl. *vidére véro velles*, ex codd. et Donato.

---

consentientis. — 13. *Namque alium habui neminem.*] Bene ad illud quod ait, *An tu hunc:* quasi ex multis. — 14. *Au! ne comparandus hic quidem est.*] *Au* interiectio est conturbatae foeminae nec constantis sibi. *Ille erat honesta facie et liberali.*] *Τῷ ἰδιωτισμῷ erat*, quasi de mortuo, aut qui non est, scilicet Thaidi, quia fugit. — 15. *Honesta facie et liberali.*] Commode descriptus est Chaerea. — 17. *Nunc eo tibi videtur foedus.*] Facete, *foedus videtur*; non est enim. — 18. *Tace obsecro.*] Apte dictum est *tace*, foemineo stomacho, quasi impudenter assistenti formae improbae, et argumenta inaniter pertinaciterque invocanti. *Tace obsecro.*] De consuetudine dictum est, *tace.* Et bene additur, *obsecro:* ne *tace* ipsum videatur iniuria. — 20. *Quem tu vero videre velles, Phaedria.*] Commota adversus Phaedriam cogitur eum laudare, cui irata est: et ideo totum callide. *Quem tu vero videre.*] Facete, quasi nec hunc, nec ipsum qui misit, conspectum velit. *Quem tu.*] *Quem*, talem. Et breviter eius forma laudata est, cum prolixius illius sit describenda deformitas. *Quem tu vero videre.*] *Vero*, pulchre. Pulcher enim est, cuius forma nec odium nec convicium comperuit. *Lucilius* in Satyra Athemnydis* *ex facie florem delegeris. Quem tu vide-*

---

14. *Comparandus ad illum.*] *Ad* eleganter comparationi inservit. Supra II. 3. 69. [Editiones quaedam vitiose habent *nec quidem*, ut apud alios etiam perperam scribitur; sed semper legendum esse *ne quidem* interposita voce, docent Bentleius ad h. l. et Duker. ad Flor. II. 5. p. 261. Ruhnk. Conf. tamen Ramshorn. Gr. p. 525. et 528.]

16. *Varia veste.*] H. e. variis coloribus distincta, qualis ποικίλη et παντόσιτος dicitur Graecis. Hac Eunuchi ornabantur. Vide Comment. maiorem.

17. *Quia illam non habet.*] Plautus, Epid. IV. 3. 8. *Scis, quid erres, quia vestitum atque ornatum immutabilem Habet haec.*

Hic ést vetus, viétus, veternosús, senex,
Colóre mustellíno. *Ph.* **Hem, quaé haec est fábula?**

V. 21. Bentl. ex codd. suis *viétus*, *vétus*, *vetern. s.* Bene.
V. 22. corrigit: *Colore stelljonino*, usus Donati annotatione. Vide Ruhnken.

---

re.] Quare *tu*? an quia iste iam non velit videre, iratus scilicet ob vitiatam virginem? An *tu*? quasi spectator elegans formarum, et qui amator sis Thaidis? — 21. *Hic est vetus, vietus, veternosus, senex.*] Sic hoc totum pronunciandum, quasi irascatur huic, propter quem laudaverit Chaeream. *Vetus*, ad vituperationem modo, non ad laudem ponitur: ut, *Veteris poëtae maledictis respondeat. Vetus* est, cuius diminutivum est *vetulus*. *Vietus.*] Mollis, flacciduisque, et flexibilis corpore. Unde et *vimina* et *vimenta*, et *vites*, et *vietores* dicuntur. Et *viere* religare dicitur, quia *vietis* virgis magis religare possumus quidlibet. *Lucretius araneae* dixit *vietam vestem*, id est, putri mollitia praeditam. *Veternosus.*] Morbo vetere confectus, id est, *veterno:* quales sunt qui hydropem patiuntur. Et recte. Nam saepe Eunuchi in senecta veternosi fiunt; et cito hoc laborant morbo. *Senex.*] Ex morbo aegritudineque rugosus. *Senex.*] Utrum senex? an quia videtur ob deformitatem? — 22. *Colore mustellino.*] Erravit *Terentius*, non intelligens *Menandricum* illud, *οὗτός ἐστι γαλεώτης γέρων*. Ait autem Stellionem, animal quod lacertae non dissimile est, maculoso corio. Nempe ad id genus coloris facies exprimitur Eunuchorum corporis, quia plerique lentiginosi sunt. Hinc ergo erravit ideo, quia *γαλῆ mustella* dicitur, *γαλεώτης stellio*. *Ὡς καὶ Ἀριστοφάνει ἐν Νεφέλαις· ἥσθην γαλεώτῃ καταχέαντι Σωκράτους*. Ego Adesionem sequor, qui recte intellexit, *Terentium* scientem *mustellino colore* Eunuchum dixisse coloratum, velut sublivido: quia vere Eunuchi aut ex candidissimis lentiginosi fiunt, ut ex Gallis, et

---

21. *Veternosus.*] Ita dixit, uti *somnium* Adelph. III. 3. 41. *Veternus* autem etiam pro supina pigritia; *Veternosus* pro homine inerti et somniculoso ponitur. [*Vetus* i. e. senex. Horat. Epod. VIII. 3. *rugis vetus frontem senectus exaret.* Broukhus. ad Tibull. I. 9. 50. Eunuchi vero cito senescebant. Petron. c. 23. *molles, veteres Deliaci manu recisi.* ubi vid. Interpretes. — *Vietus* i. e. languens, curvus per senectutem; proprie *vietus* est flexilis a *viere*, vincire, ligare, unde etiam *vietores* et *vimen* dicuntur. Vid. Donatus ad h. l. — *Veternosus* i. e. senio tardus et ignavus. *Veternus* proprie est immodica dormiendi cupiditas, unde translate dicitur pro torpore animi et ignavia. Servius ad Virgil. Georg. I. 124. Sed *veternosus* etiam accipi potest pro hydropico. Vid. Donatus ad h. l. et Bentleius ad Horat. Epist. I. 2. 34.]
22. *Colore mustellino.*] H. e. subrufo. Donatus sibi non

Eo rédigis me, ut, quid égerim, egomet nésciam.
Eho tu! émin' ego te? *Do.* Emísti. *Py.* Iube, mi dénuo
Respóndeat. *Ph.* Rogă. *Py.* Vénisti hodie ad nós? negat.
At ille álter venit, ánnos natus sédecim,
Quem sécum adduxit Pármenŏ. *Ph.* Age dum, hoc mi éxpedi

V. 23. ex cod. Bemb. et Donato scripsit: *Eo rediges me, ut, quid emerim egomet, nesciam?* apposito interrogandi signo. Comparat Cicer. ad Attic. I. 19. *Metellus est consul sane bonus; ille alter nihil est, ut plane quid emerit nesciat.*

V. 25. vulgat. *Venistin'* correxit Bentl. ex tribus codicibus.

V. 26. Bentl. *natus annos sedecim* ex tribus codicibus, melioribus, ut arbitratur, numeris.

---

huiusmodi occidentalibus: aut ex fuscis sublividi, ut ex Armeniis, et aliis orientalibus. — 23. *Ut, quid egerim, egomet nesciam.*] Pro, non meminerim, vel, non agnoscam. — 24. *Eho tu! emin' ego te?*] Miro stomacho quod ipse fecit, id ex alio conatur audire: et donec haec audiat, an hoc fecerit, dubitat. *Iube, mihi denuo respondeat.*] Hoc est, quod in Rhetoricis *Cicero* ait, *Contra firmam argumentationem aliam aeque firmam aut firmiorem opponimus.* Haec est autem aeque firma. *Denuo* autem ad *respondeat* pertinet, non ad *iube. Denuo respondeat.*] *Iube vero, mihi denuo respondeat*, intelligendum est. — 25. *Roga.*] Mire utriusque fiducia confertur, et apud utrumque est veritas, cum uterque fallatur. — 26. *At ille alter venit.*] Bene instat, quasi ex parte iam obtinuerit Pythias. — 27. *Age dum, hoc mihi expedi.*] Haec *Plautina* sunt, cum in iisdem longa sit disputatio: sed mire a *Terentio* pro-

---

constat, modo Terentium errasse dicens, modo scientem cum Adesione pronuncians. [*Colore mustelino* i. e. sublivido, qualem habent mustelae. Vid. Donatus ad h. l. At Bentleius erudite legit *colore stelljonino* i. e. instar stellionis. Rationes apud ipsum videte.] — *Quae haec est fabula?*] Formula admirantis, qua et Plautus utitur.

23. *Eo rediges me, ut, quid egerim, egomet nesciam.*] Ita plane Phorm. V. 7. 86. Neque sollicitanda lectio. [Nihil verius lectione, quam Bentleius revocavit, *quid emerim.* *Quid* eleganter dicitur de homine.]

26. *Annos natus sedecim.*] Haec dicuntur ex coniectura; uti supra II. 3. 26.

27. *Expedi.*] Impedita et intricata proprie *expediuntur.* Sed

Primum: ístam quam habes, únde habes, vestém? taces?
Monstrum hóminis! non dictúru's? *Do.* Venit Chaérea.
***Ph.* Fratérne? *Do.* Ita. *Ph.* Quando? *Do.* Hódie.**
***Ph.* Quam dudúm? *Do.* Modo.**
***Ph.* Quicúm? *Do.* Cum Parmenóne. *Ph.* Norasne eúm prius?**
***Do.* Non. néc quis esset, únquam audieram dícier.**
***Ph.* Unde ígitur fratrem méum esse scibas? *Do.* Pármeno**

V. 29. legit *Meus fráterne? ita*, ne *Ita* in thesi delitescat aut *Quando* sine synaloepha legatur. Vulgatam etiam Priscian. p. 1184. exhibet.

V. 32. Faërn. et Bentl. ex Bembin. Basil. Academ. hunc et proximum versum in unum confundunt sic: *D. Non. Ph. Unde fratrem méum esse scibas? D. Parmeno.*

V. 34. olim erat *is mihi hanc dedit vestem.* Mutavit Bentlei. In Bemb. aliisque *vestem* deest, Bemb. tamen: *is mi hanc dedit.*

---

feruntur ad eius exemplum: et, quod est plus, parent *Plautinis* nugis. *Age dum.*] *Dum παρέλκον* est, et adiuvat ex animo loquentem. — 28. *Taces?*] Et recte tacet: quia metuit Chaeream. — 29. *Monstrum hominis!*] Bene Eunucho dictum est, *Monstrum hominis*: hoc est, nec mas, nec foemina existens. Sic et supra *senem mulierem* dixit. — 30. *Modo.*] Nota *modo* aperte pro praeterito tempore dictum esse, id est, iamdudum. Nam qui vitiaverat virginem, non *modo*, sed longe ante vestem mutavit cum Eunucho Phaedriae. — 31. *Quicum?*] Praepositio *cum* his dictionibus supponitur, *quicum*, *nobiscum*, *vobiscum*. Caeteris vero, ita ut ipsum nomen praescribit, praeponitur: ut, *Cum amicis*, *cum exercitu*, *cum advocatis*. — 33. *Unde igitur fratrem meum esse scibas?*] Utpote novitius: et eum qui ex Piraeeo raro discesserit: et longo intervallo *εἰς τὸ ἄστυ* venerit. Et hae sunt obliquae interrogationes: quibus uti oratores videmus, cum derivare testimonium nituntur. Et ideo sic ait Phaedria, ut frustretur omnia, quae confessus est Dorus. Vult enim fratri esse consultum. *Parmeno dicebat eum esse.*] Prope infirmatum testimonium est. Quod enim sic ait, *Parmeno*

---

et incerta et obscura, quando fiunt plana. Phaedrus, III. 14. 6. expedi; *quid fecerim*. Inde simpliciter pro narrare. Infra V. 6. 20. Plautus, Menaechm. IV. 2. 50. *qui tu misera es? mihi* expedi. [Ruhnken. confert Graevium ad Iustin. XLIII. 1.]

Dicébat eum esse: is mi hánc dedit vestem. *Ph.* 'Occidi.
Do. Meam ipse índuit: post úna ambo abiérunt foras.
Py. Iám satis credis sóbriam esse me, ét nil mentitám tibi?
Iám satis certumst, vírginem vitiátam esse? *Ph.* Age nunc, béllua,
Crédis huic quod dícit? *Py.* Quid isti crédam? res ipsa índicat.
Ph. Cóncede istuc paúlulum: audin'? étiam nunc paulúm. sat est.
Dic dum hoc rursum: Chaérea tuam véstem detraxit tibi? *Do.* Fáctum. *Ph.* Et ea est indútus? *Do.* Factum. *Ph.* Et pró te huc deductúst? *Do.* Ita.
Ph. Iúppiter magne! ó scelestum atque aúdacem hominem! *Py.* Vaé mihi!

V. 39. Faërn. et Bentl. *nuno pauhum* pro codicum lectione *paululum* dederunt, ut versus sit tetram. troch. catal.
V. 41. Bentl. cum vett. editt. et codd., *eam est indutus*. Sed *ea* etiam Priscian. p. 1185.

---

dicebat eum esse, falsum esse potest. Et mire sic ait: ut, *Sola mihi tales casus Cassandra canebat.* Sic autem dicimus, quando non semel, quod factum fuerit, sed saepius demonstramus. — 36. *Iam satis credis sobriam esse me?*] Quia supra dixit, *Temulenta es:* et quasi gravem iniuriam hoc dicto passa sit, memoriter dictum retulit. Ut, *En ego victa situ?* et, *Pulsus ego?* — 37. *Iam satis certum est, virginem vitiatam esse?*] Ordine sit, quum primum de se, tum de adversario loquitur. — 38. *Credis huic quod dicit?*] A personae qualitate derogat fidem. Nam quid credendum est servo Eunucho fugitivo? *Quid isti credam? res ipsa indicat.*] Hic a persona quae convincebatur, oratorie ad factum se retulit. — 39. *Concede istuc paululum.*] Ad se versum dicit istuc: ut longe sit a Pythia. Eunucho enim dicit Phaedria. — 42. *O scelestum, atque audacem hominem!*] Chaeream sci-

---

37. *Bellua.*] Acerbum convicium in hominem stupidum. Phorm. IV. 2. 11. Plautus, Mostell. IV. 2. 110. *Nae tu aedepol me arbitrare* belluam, *Qui quidem non noviste possim, quietum aetatem exegerim.*
38. *Res ipsa indicat.*] Formulae species. Ita supra III. 2. 16. IV. 3. 16. Adelph. III. 2. 40. Hec. III. 3. 35.

'Etiam nunc [non] credés, indignis nóa esse irrisís modis?

Ph. Mírum ni tu crédis, quod iste dícit. quid agam néscio.

Heús! negato rúrsum possumne égo hodie ex te excúlpere

Vérum? vidistíne fratrem Chaéream? *Do.* Non. *Ph.* Nón potest

V. 43. in uno cod. *non* deest. Que extruso Bentl. pro vulg. *credis* scripsit *credes*. Ita *credes* acuit ultimam propter interrogationem. Fortasse tamen *nunc* delendum.

V. 45. Bentl. corr. *possumne hódie ego ex te exsculpere*. Vix opus.

---

licet vel Parmenonem. Sed sic pronunciandum est, ut putet ancilla de Eunucho dici, hoc ipso quod praesto est. Ideo illa infert, *Vae mihi! etiam nunc non credis, indignis noa esse irrisas modis? Vae mihi!*] Hoc totum, *Vae mihi*, quidam a Pythia, usque ad *irrisas modis*, dici existimant. — 44. *Mirum ni tu credis, quod iste dicit.*] Utrum an serva, quod servus? an stulta, quod stultus? an foemina, quod Eunuchus? *Mirum ni tu.*] Clare dicit. Quidam pressius putant. — 45. *Heus tu, negato rursum.*] *Rursum*, non ad negationem pertinet, sed ad interrogationem: ut sit, *rursus interrogatus*. *Rursus*, retro, id est, e contrario; ac per hoc contrarium superioribus dicito. — 46. *Non potest sine malo fateri, video.*] Ampliatio et dilatio quaestionis argumento est, nihil constitisse. Adde quod poenam minatur, non tanquam iam incerto, sed falso testi. Deinde ipsum *fateri* consideremus quale sit. Non est testis *fateri*, sed rei. Hic igitur ut in illum culpam transferat universam, *fateri* dixit, non indicare, ut ipse reus, non alieni facti testis esse dicatur. *Non potest sine malo.*] Quasi nec haec fuerit, nec illa confessio, in quibus nulla veritas sit. —

---

44. *Mirum ni tu credis.*] Solent ita particulae *mirum ni* indicativo iungi. And. III. 4. 14. Supra II. 1. 24. Heaut. IV. 1. 50.

45. *Negato rursus.*] Haec Phaedria clam ad Dorum conversus, Pythia non audiente. — *Exsculpere.*] Vox apta quaestioni et tormentis. Lucilius, ex recensione Ios. Scaligeri: *Nunc Nomentani quae ex testibus ipse regando* Exqulpsi, *haec dicam*. Plautus, Cistell. II. 2. 6. *In quaestione vix* exsculpsi, *ut diceret*,

46. *Non potest sine malo fateri.*] H. e. sine plagis et verberibus. Plautus, Truc. IV. 3. 5. *Hic nunc volo scire eodem pacto*, sine malo fateamini.

Sine malo fatéri, video. séquere hac. modo ait, módo negat.

'Ora me. *Do.* Obsecré te vero, Phaédria. *Ph.* I intro [nunc iam]. *Do.* Eoi, ei.

Ph. Álio pacto honéste quo modo hinc abscedam néscio.

Áctumst, siquidem tú me hic etiam, nébulo, ludificábere. 50

Py. Pármenonis tám scio esse hanc téchnam, quam me vívere.

Dor. Sic est. *Py.* Inveniám pol hodie, párem ubi referam grátiam.

V. 48. vulgo terminatur sic: *I intro nunc iam.* Do. *Oi, ei.* Sed istud *nunc iam* unus Bemb. habet. Quo omisso Bentl. ex cod. Acad. scripsit *Eoi, ei.*

V. 49. editt. et mss. *abeam*, metro ruente. Egregie Bentl. *abscedam.*

---

47. *Sequere hac.*] Quasi ad tormenta. *Modo ait, modo negat.*] Testis aut ab adversario convincitur falsitatis: aut a se ipso, si variaverit dicta. Ergo priora quia non potuere convinci, ab inconstantia testis praesidium defensionis inquisitum est. — 48. *Ora me.*] Hoc lentius, ut sit causa non saeviendi. *Obsecro te vero, Phaedria.*] Bene *vero.* Nam quia ille dixerat, ut simularet preces: hic annixus *vero* addidit, ostendens, serio se rogare et ex animo; non ut ille iubebat, dolo. *I intro.*] Terribiliter, dummodo eum summoveat. *Intro,*] Utrum *intro* domum ad Phaedriam? an ad Thaidem? Sed non oportet ad Thaidem intelligi, ne celandarum rerum index teneatur. *Oi, ei.*] Bene *oi, ei ἐγτλιασμὸν* rusticum posuit, utpote et servi et novitii. Et est deploratio ab eis sic dicta. — 49. *Alio pacto honeste.*] Contra officium fuit, mentiri docuisse servum, et adfuisse mendacio liberalem adolescentulum. Sed vide quemadmodum defendatur, dum se mentiri coactum dicit, dum consulit honestati. Hanc autem causam longae sermocinationis ad hoc induxit artifex poëta, ut apud omnes iam certum sit, a Chaerea vitiatam virginem, ne ullo errore impediantur ulterius nuptiae, vel finis fabulae differatur. *Alio pacto honeste.*] *Nullo alio* scilicet, nisi per hanc fallaciam. — 50. *Actum est siquidem.*] Hoc rursus clare. Et sic dicit tanquam adhuc iratus Eunucho suo. — 51. *Quam me vivere.*] Deest *magis:* ut sit, *Magis scio, quam me vivere.* — 52. *In-*

---

49. *Honeste quomodo hinc abeam.*] Eodem fere sensu dixit Phorm. V. 8. 58. *Pulchre discedo.* Heaut. IV. 2. 5. *si licet me latere tecto abscedere.*

50. *Actum est.*] Vide supra I. 1. 9.

52. *Inveniam.*] Comminiscar, excogitabo. Heaut. I. 1. 56.

Séd nunc, quid faciéndum censes, Dórias? *Dor.* De istác rogas
Vírgine? *Py.* Ita. utrum táceamne, an praedícem? *Dor.* Tu pol, si sapis,
Quód scis, nescis, néque de Eunúcho, néque de vitio vírginis. 55

V. 54. Bentl. *utrum praédicemne an táceam.* Videlicet *praedicem* penultimam praeter usum producit. Cod. Bemb. *praedicam*, quod vide ne verum sit. Guyetus corr. *taceamne, anne praedicem?* Dor. *Pol, si sapis.*

---

veniam pol hodie.] Haec est προεπινοουμένη ad futurum exitum fabulae. Nam dum se ulciscitur Pythias, fit indicium patri Chaereae, et confirmantur nuptiae. — 54. *Utrum taceamne, an praedicem?*] Tertium παράλογον: abundat enim aut *utrum*, aut *ne*: aut certe hoc fit, ut sit figura τμῆσις. *Tu pol, si sapis, quod scis, nescis,*] Non possumus nescire quod scimus. Sed ita, ut *Concordia discors.* Et *Virgilius, Sequiturque sequentem. Tu pol, si sapis, quod scis, nescis.*] Videamus, cur nolit poëta de vitio virginis continuo scire Thaidem: utrum ne improviso malo vehementius commoveatur, ac doleat? an ut ex eiusdem virginis habitu vultuque isto cognoscat? quod est actuosius. An, quod proximum vero est, ut illam et Thais, et frater, ignorantes vitiatam, animosius adversus militem defendant, repetitum eam venientem, cum tanto strepitu ac minis? Nam quo ore praeterea diceret Thais Chremeti, de sororis pudore solliciti, *Educta est ita uti tegue illaque dignum est:* si sciret eam virginem non esse? — 55. *Quod scis, nescis.*] Unde in Heauton. *Nescias quod scis, si sapis.* Et hoc est quod κακόζηλον dicitur. *Quod scis, nescis.*] Proverbiale est, et multum apud dialecticos tractatum; ut, *Facio, et non facio*; et *Amicus sum, et non sum*; et, *Audio, et non audio*; et caetera huiusmodi. *De Eunucho.*] Quis fuerit. *De Eunucho.*] Quod Chaerea sit, non Eunuchus. *De vitio virginis.*] Quod iam mulier facta sit. —

Virgilius, Aen. IV. 478. Inveni, *germana, viam.* [*Techna* vox graeca, fallaciam et dolum significans. *Tam* est *tam certo.* Plaut. Aulul. III. 6. 12. *Tam hoc scit me habere quam egomet.* Burmann. ad Petron. c. 75. p. 376.]

54. *Utrum taceamne, an praedicem?*] Ita Virgilius, Aen. III. 37. *Eloquar? an sileam?* Ovidius, Pont. IV. 3. 1. *Conquerar? an taceam?* [*Utrum* et *ne* eleganter per pleonasmum iunguntur. Adelph. III. 3. 28. *Utrum studione id sibi habet an laudi putat fore.* Cic. de N. D. II. 34. *Utrum ea fortuitane sint an eo statu*, ubi vid. Da-

Hác re, et te omni túrba evolves, ét illi gratum féceris.
Id modo dic, abísse Dorum. *Py.* Ita fáciam. *Dor.* Sed videón' Chremem?
Tháis iam aderit. *Py.* Quíd ita? *Dor.* Quia cum inde ábeo, iam tum incéperat
Túrba inter eos. *Py.* Aúfer aurum hoc: égo scibo ex hoc quíd siet.

56. *Hac re, et te omni turba evolves.*] Causa quaesita, cur ante iurgium cum milite Thais nesciat vitiatam virginem. *Et illi gratum feceris.*] Cui, nisi virgini? cuius crimen, ut supra, silentio texeris, praesertim tacentis iniuriam suam, et sic dolentis amissam virginitatem, ut nec confessionem suae calamitatis subire possit. — 57. *Id modo dic.*] *Id* pro *hoc*, subiunctivum pro praepositivo. — 59. *Thais iam aderit.*] Bene dixit, *aderit*, huic enim aderit *Thais*. *Quia cum inde abeo.*] Aliam causam ex alia supposuit: quasi diceret, *Video causam.*

---

visius.]* De *ne* inter *utrum* et *an* interiecto conf. Garatoni ad Ciceron. Philipp. II. 12, 30. Moser ad Cicer. de N. D. II. 34, 7. Bremi ad Suston. Caes. 80.* *Tu pol, si sapis, quod scis, nescis.*] H. e. dissimula te scire id quod scis. Ita Plautus, Mil. II. 6. 88. *Nae tu hercle, si te Dii amant, linguam comprimes Posthac*: etiam illud, quod scies, nesciveris.

56. *Illi.*] Non virgini, quod existimat Donatus, sed Phaedriae. [*Te turba evolves* h. e. te expedies, te liberabis rixa. Phorm. V. 4. 5. *Ego nullo possum remedio me evolvere ex his turbis.*]

58. *Aurum hoc.*] Quod Thais sibi demens dederat Doriae, supra IV. 1. 13. [*Inceperat* ponitur pro inchoata erat. Cic. Verr. V. 10. *Cum rosam videret, tunc incipere ver arbitrabatur.* Duker. ad Liv. VIII. 38.]

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUINTA.

CHREMES. PYTHIAS.

Ch. At át! data hercle vérba mihi sunt: vícit vinum quód bibi.
Ac dum áccubabam, quám videbar mihi esse pulchre sóbrius!
Postquám surrexi, néque pes, neque mens sátis suum officium facit.

At at? data hercle verba mihi sunt.] *Hic semigravis inducitur vino Chremes priorum memor, titubans in praesentibus, ut fere adpoti solent.* — 1. *At at!*] Interiectio est paulatim percepti atque intellecti mali. *Data verba.*] Fraus facta. *Data hercle verba.*] A milite, an a meretrice, cuius iampridem dolum malum in omni re suspicatus est? an magis a vino, quasi captioso aliquo, data verba sunt? quia bibere, dulce est: ebrium fieri, turpissimum; adeo his quae sequuntur, quasi subtilem fraudem ebrietatis inducit. *Plautus* de vino, *Pedes captat primum, luctator dolosus est.* *Virgilius* de uva, *Tentatura pedes olim, vincturaque linguam.* — 2. *Ac dum accubabam.*] Hic verba data sunt. *Quam videbar mihi esse pulchre sobrius!*] Nihil elegantius. Non dixit, videbar mihi tunc esse sobrius: sed ut hoc ipsum iam erroris esset, ac vinolentiae accumulatio, *Videbar*, inquit, *mihi nimium sobrius.* *Pulchre.*] Fortiter ac nimis. — 3. *Neque pes.*] Ad incessum. *Neque mens.*] Ad facta ac dicta. *Satis suum officium facit.*] Bene: non enim omnino non facit, nam hoc insani est: sed, *non satis* facit, quod est

---

1. *Data verba mihi sunt.*] H. e. deceptus sum. And. I. 3. 6. Plautus, Capt. III. 4. 118. *Verba mihi data esse vidèo.* — *Vicit vinum.*] Explicat Donatus. Ita Virgilius, Aen. I. 122. *Vicit hiems.*

3. *Neque pes, neque mens satis suum officium facit.*] Imitatus Ovidius, Arte Am. I. 589. *Certa tibi a nobis dabitur mensura bibendi;* Officium praestent mensque pedesque suum. Vide plura in Comment. maiore.

Py. Chremès! *Ch.* Quis est? ehem Pythias. vah,
quánto nunc formósior
Vidére mihi, quam dúdum! *Py.* Certe tú quidem
pol multo hílarior.
Ch. Verbum hércule hoc verum ést, sine Cerere et
Líbero frigét Venus.

V. 4. *Chreme* Bentl. ex codd.

V. 6. quia vulgo *hercle* legebatur, Bentl. ex Faërnianis dedit *verum erit*, alioquin pro *sine* legendum ratus *absque*.

---

ebrietatis. — 4. *Quis est? ehem Pythias.*] Γνωμικῶς et satis miro exemplo mutatam credit, postquam ipse mutatus est. *Quanto nunc formosior videre mihi, quam dudum!*] Hoc multum Academicos iuvat, qui aiunt, Prout habiti fuerimus atque affecti, ita nobis aliud atque aliud videri; et ideo nihil certi comprehendi posse. — 5. *Certe tu quidem pol.*] Et *certe* et *pol*, haec dixit, ut appareret hanc vere loqui, quae sobria est: illum vero ex vino falli. Et honorifice, atque ut sobria, non dixit, temulentior, aut lascivior, sed *alacrior*. — 6. *Verbum hercle hoc.*] *Verbum* proverbium, ut idem in Andria: *Verbum illud verum est, vulgo quod dici solet. Sine Cerere et Libero friget Venus.*] Hoc si ad sententiam revoces, non conveniet ebrio: si ad petulantiam quam * sic ante dictam est. Nam et improbior factus est. Et quum tropice locutus sit, tamen ordinem naturalem servavit: nam primum cibus, deinde potus, postremo libido Veneria. *Friget* autem, quia omnis eiusmodi voluptas in calore sanguinis constituta est, qui his rebus alitur. Et *friget* proprie, non adhaeret. Translatum enim hoc proverbium a picatione vasorum, quae frigida picem non tenent; quum alia multa meliora sint ad usum frigida, ut ferrum, argentum, aurum, et caetera huiusmodi. Nam sic alibi, *Ubi friget, huc evasit.* Et vide tres μετωνυμίας, *Cererem*,

---

6. *Sine Cerere et Libero friget Venus.*] Citat Cicero, Nat. Deor. II. 23. *Fruges Cererem appellamus, vinum autem Liberum; ex quo illud Terentii: sine Cerere et Libero friget Venus.* Lucilius, Sat. IV. *Deficit alma Ceres, nec plebes pane potitur.* Horatius, Carm. III. 18. 6. *Larga nec desunt Veneris sodali Vina craterae.* [Bentleius e mss. bene edidit *erit* pro *est*. Nam Veteres verbo *erit* cum praesentia tum praeterita confirmare solent. Heaut. V. 3. 12. *Certe sic erit.* Phorm. V. 3. 18. *Sic erit.* Vid. Interpretes ad h. l. et Gifan. Obss. L. L. p. 171.]

Sed Thaïs multo me íntevenit? *Py.* Anne abiit iam a mílite?

Ch. Iamdúdum: aetatem. lítes factae sunt inter eos máxumae.

Py. Nil díxit, tu ut sequerére sese? *Ch.* Níl, nisi abiens mi ínnuit.

Py. Eho nónne id sat erat? *Ch.* 'At nescibam id dícere illam; nísi quia

V. 7. ante Bentl. erat *multo ante venit*. Idem monet *abiit* hic esse disyllabon.

V. 8. ante Faërnum et Bentl. erat *lites sunt inter eos factae maximae*. Ordo verborum ex compluribus codd. et editt. vett. mutatus.

V. 9. vulg. *Nihil dixit tum, ut seq.* Mutavit Bentl. ex Bemb. et aliis.

Liberum, Venerem. — 7. *Sed Thais multo ante venit?*] Interrogative pronunciandum hoc. Et scias de his interrogationibus hanc ipsam esse, in quibus ita quaerimus, ut qui interrogantur, responsuri nobis se nescire videantur. — 8. *Iamdudum: aetatem.*] Quia *iamdudum* infinitae morae est, addit *aetatem*, ut ostendat multum abiisse temporis, ut factum est. *Iam dudum: aetatem*, pro longinquo tempore. *Lucilius, Ut multos mensesque diesque: Non tamen aetatem. Aetatem.*] Diu, longinquoque tempore ac prolixo, ut est aetas. Nam sic dicimus de die et *dieculam*, aliquantulam moram. — 9. *Nihil dixit tum, ut sequerere sese?*] *Nihil*, pro non. *Virgilius: Deponunt, animos nil magnae laudis egentes.* — *Nihil, nisi abiens mihi innuit.*] Apparet quasi iratam discessisse Thaidem a milite, et tamen sic iratam, ut illi ira consilium non ademerit. *Innuit*, inquit, *quum abiret.* — 10. *Eho nonne id sat erat?*] Adeo simplex hic inducitur adolescens, ut a Pythia reprehendi possit. Nam quid opus fuit dicere, si innuit? *At nesciebam id dicere illam.*] *Dicere* pro velle vel significare. Sic alibi, *Quasi tu dicas, id factum consilio meo. Nisi quia correxit miles, quod intellexi minus.*] Hoc videtur facetius et

---

8. *Aetatem.*] Ita Heaut. IV. 3. 38. Hec. V. 1. 20. Plautus, Asin. II. 2. 8. Aetatem *velim servire.* [Cfr. Duker. ad Flor. III. 13. *Ruhnk.*]

9. *Mihi innuit.*] Meretricum nutus in blanditiis erant. Plautus, Asin. IV. 1. 39. *Neque illa ulli homini nutet, nictet, annuat.* Unde nil mirum, Chremetem, adolescentem simplicem et rusticum, artisque meretriciae ignarum, id minus intellexisse.

Corréxit miles, quód intellexi minus: nam me extrusit foras
Sed eccam ipsam: miror ubi ego huic antevórterim.

sapientius, quam dici ab ebrio, rustico, et adolescente debuisset. Hoc vitium tunc fit, quum poëtae ingenium suum in personas conferunt. — 11. *Quod intellexi minus.*] Verisimile hunc tantum extrusum fuisse, non etiam vapulasse: quia miles Thaidi magis, quam huic irascitur. — 12. *Miror ubi ego huic antevorterim.*] Id est, hanc praecesserim. *Ubi.*] In qua parte viae.

11. *Extrusit foras.*] Plautus, Aul. Prol. 88. *Anum* foras extrudit, *ne sis conscia.* Phaedrus, V. 7. 89. *Ab universis capite est* protrusus foras. Ubi vide quae notavit Cl. Burm.

12. *Huic antevorterim.*] H. e. antevenerim. Plautus, Capt. IV. 2. 60. *Pol moerores mi* antevortunt *gaudiis.* Caesar, B. G. VII. 7. *Omnibus consiliis* antevertendum *existimavit.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA SEXTA.

THAIS. CHREMES. PYTHIAS.

Th. **Crédo equidem illum iam ádfuturum, ut íllam a me eripiát. sine veniat!**

V. 1. *esse* vulgo post *adfuturum* intrusum Bentl. cum vett. editt. delevit. Idem v. 2. *uno* delet, et post oculi *illi* addit, ne *oculi* in thesi sit.

1. *Credo equidem illum iam adfuturum esse, ut illam a me eripiat.*] Vides ut ex ipsis appareat verbis, quam concita et recens a litigio veniat Thais. Itaque nec nominat militem, nec virginem: sed pronomine utrumque significat, quasi in medio constituta negotio. *Adfuturum esse.*] Id est, adventurum: ut *Affuit et Mnestheus.* *Sine veniat.*] Quasi dicat, sine * nullis. Et commi-

'Atqui si illam dígito attigerit ímo, oculi illico éffodientur.
'Usque adeo illius férre possum inéptiam, et magnífica verba,
Vérba dum sint: vérum enim si ad rem cónferentur, vápulabit.
Ch. Tháis, ego iam dúdum hic adsum. *Th.* O mí Chreme, te ipsum éxpeto.

V. 3. Bentl. *ego* vulgo post *Usque adeo* interpositum cum Donato et vett. editt. eiecit, ae deinde pro *ineptias* scripsit *ineptiam*. Utrumque metro flagitabatur. Id. v. 4. cum Don. et aliquot libris *enim* delet, quod certe frustra versum gravet.
V. 5. *expeto* debetur Bentleio. Libri *exspecto*. Vulgo *exspectabam*.

nantis est: ut, *Sine modo.* — 2. *Atqui si illam digito attigerit uno.*] Moris comminantium est, ad exiguum revocare commissa, quae se ulturos praedicent. *Oculi illico effodientur.*] Et foemineae minae sunt, et in libidinosos quam maxime: nam hunc suspicatur amatorem esse virginis. Sic et alibi, *Ut ego unguibus facile illi in oculos involem venefico.* In oculos autem maxime saevire foeminas, et tragoediae fere omnes, et comoediae protestantur. — 3. *Usque adeo ego illius ferre possum ineptias, et magnifica verba.*] Non dixit, usque adeo illum possum amare: sed, quam insuavis iam diu sit, ostendit, dicendo, *Ferre possum.* Et cito ostendit, quae sit amicitia militis. *Ineptias*, inquit, *et magnifica verba.* — 4. *Verba dum sint.*] Hoc est, quae vim non admi-

2. *Si illam digito attigerit uno.*] H. e. si vel levissime attigerit. Plautus, Pers. V. 2. 15. *Ne sis me* uno digito attigeris. Cicer. Tusc. V. 19. *si digito quem attigisset, poenas dedisset.* Similis locutio occurrit in Evangelio Lucae XI. 46. *Oculi illico effodientur.*] Minae atrocissimae in comoediis usitatae. Plautus, Aul. I. 1. 14. Oculos, *hercle, ego istos, improba*, effodiam *tibi.*

3. *Illius ferre possum ineptias.*] Imitatus Cicero, Att. XIII. 36. *Hae meae tibi* ineptiae, *fateor enim*, ferendae *sunt.* — *Magnifica verba.*] Haec *magnificentia* dicitur Phorm. V. 7. 37. Plautus, Curc. IV. 4. 23. *ego tua* magnifica verba, *neque istas tuas magnas minas Non pluris facio, quam ancillam meam, quae latrinam lavat.* Tibullus, II. 6. 11. *Magna loquor*, sed magnifice *mihi magna locuto Excutiunt clausae fortia verba fores.* Livius, XXV. 22. *Quibus Hannibal* magnifice *respondit.* Suetonius, Calig. 44. Magnificas *literas misit.*

4. *Si ad rem conferentur.*] H. e. si exsequatur, quae mi-

Scín' tu turbam hanc própter te esse fáctam? et adeo ad te áttinere hanc
'Omnem rem? *Ch.* Ad me? quí, quaeso, istuc? *Th.* Quía dum tibi sorórem studeo
Réddere et restituere, haec atque huiusmodi sum múlta passa.
Ch. 'Ubi east? *Th.* Dómi apud me. *Ch.* Hém! *Th.* Quid est?
'Educta ita, uti téque illaque dignum est. *Ch.* Quid ais? *Th.* 'Id quod res est.
Hánc tibi dono dó, neque repeto pró illa quidquam abs té preti.

De usu verbi *expeto* Bentl. comparat Hecyr. II. 3. 7. Adelph. III. 2. 23. Plaut. Truc. I. 2. 100.

---

sceant rerum. *Verum enim si ad rem conferentur, vapulabit.*] Si discesserit a verbis, et rem experiri coeperit, vapulabit. Et bona locutio: ut si dicas, Verba ad rem contulit, hoc est, agere, quod dicebat, aggressus est. — 7. *Ad me? qui, quaeso, istuc?*] Et rusticus, et timidus, et pudens commotus est meretriculae dicto. — 8. *Reddere et restituere.*] Proprie *redditur* cupientibus, ut domino servus: *Restituitur* cupiens, ut patriae civis: *Redditur*, et *restituitur*, cupiens cupientibus, ut parenti filius. Ergo in hac utrumque est, et *reddi* et *restitui*. *Haec atque huiusmodi sum multa passa.*] Mulier facunda, meretrix, haec imputat adolescenti quae vidit, et alia, quibus interfuit. — 9. *Hem!*] Extimuit adolescens, cum sororem suam in domo meretricis esse audivit: cui rei statim occurrit Thais. — 10. *Educta.*] Subauditur *est*. *Uti teque illaque dignum est.*] Bene purgavit, quod ex fastu meretricio exspectabatur. Non inquit, *ut me dignum est*, apud me est. *Quid ais?*] Recte: quia mirum apud meretricem liberaliter educatam. — 11. *Hanc tibi dono do.*] Melius dixit, quam *Dono*, ut donum placidius videatur et praestantius. *Neque repeto pro illa quic-*

---

natus est. Verba enim et Res opponuntur. Heaut. IV. 2. 23. Adelph. II. 1. 10.

7. *Qui, quaeso, istuc?*] Haec Acidalii lectio est, et Francisci Hare; sed et ex duobus Mss. laudat Cl. Bentleius. Ita Phorm. II. 2. 16. Vulgo, *qui? quasi istuc.* Sensu obscuro, vel nullo.

8. *Reddere ac restituere.*] Ita Cicero, Dom. 28. *Utrum me patria sic accepit, ut lucem, salutemque* redditam *sibi* ac restitutam *accipere debuit, an ut crudelem tyrannum?*

Ch. Et habétur, et refertur, Thais, ita uti merita ea, grátia.
Th. At enim cave, ne prius, quam hanc a me accípias, amittas, Chreme.
Nam haéc ea 'st; quam miles a me vi nunc ereptam venit.
Abi tú, cistellam, Pythias, domo éffer cum monuménti. 15

V. 12. pro *refertur* Bentl. ex cod. Bemb. aliisque *referetur*. Idem cum Faërno *a me* delevit, vulgo post *Thais* interpositum, quod om. Donatus, Priscianus lib. XVIII. Bembin Victor. alii.

---

quam abs te petii.] Ex eo quod potuit iure facere, beneficium demonstravit, oratorie docens serio non esse facturam. — 12. *Et habetur et refertur, Thais, a me.*] Qui habet apud se gratiam, nondum retulit. *Retulit* qui destitit habere. Multum ergo hic dixit, et *habetur gratia* et *refertur*. Quem sensum transtulit *Sallustius* in bellum Iugurthinum, *Arma, pecuniam, sume, utere: et quoad vixeris, numquam redditam tibi gratiam putaris, semper apud me integra erit.* — 13. *Ne prius, quam hanc a me accipias, amittas, Chreme.*] Hoc in comoedia licet more vulgi dicere. Caeterum non potest amitti, quod nondum acceptum sit. An quia iam dudum sumtum sit? — 14. *Nam haec ea 'st, quam miles a me vi nunc ereptum venit.*] Non ad deterrendum, sed ad praeparandum animum adolescentis haec dicit, quem audacem putat, aliter ac res ipsa est. Nam mox Thais mutabit orationem, et dicet, *Quicum res tibi est, peregrinus est: Minus potens quam tu, minus notus, minus amicorum hic habens.* — 15. *Cum monumentis.*] *Monumenta* sunt, quae Graeci dicunt γνωρίσματα καὶ σκάφανα.

---

13. *Ne prius, quam hanc a me accipias, amittas.*] Cicero, Fam. IV. 5. *Quid horum fuit, quod non prius, quam datum est, adamtum sit?* Videtur esse ὀξύμωρον.

15. *Cistellam cum monumentis.*] Frequens eiusmodi *monumentorum* mentio in fabulis. Intelliguntur autem vel munuscula quaedam, quibuscum infantes exponebantur, atque unde agnosci poterant; vel crepundia in collo pendere solita. Sed et hinc gentem et familiam cognoscere licebat, si forte pueri vel puellae a praedonibus raperentur. Vide Heaut. IV. 1. 36. seqq. Plautus, Rud. IV. 4. 37. *ea quae olim parva gestavit crepundia, Istic in ista cistella insunt.* Consule porro P. Victorium, Var. Lect. II. 3. [*Monumenta* plerique Interpretes explicant crepundia vel alia signa, cum quibus infantes exponi solebant, ut meliore tempore agnoscerentur, quae Graeci vocant γνω-

Ch. Viden' tu illum, Thais? *Py.* 'Ubi sita 'st? *Th.* In risco. odiosa céssas?
Ch. Militem secum ád te quantas cópias addúcere?
'Attat. *Th.* Num formídolosus, óbsecro, es, mi homo? *Ch.* 'Apage sis,
'Egon' formidolósus? nemo 'st hóminum, qui vivát, minus.
Th. 'Atque ita opust. *Ch.* Hau! métuo, qualem tú me esse hominem exístumes.

V. 20. Faërn. et Bentl. *Ah* pro *Hau*, ex aliquot libris Faërn.

— 16. *Viden' tu illum, Thais?*] Longe videre, timoris est indicium. *Ubi sita 'st?*] Trepidantes personas immiscuit. *In risco.*] Cista pelle contecta: nomen Phrygium. — 17. *Quantas copias.*] Proprie dixit *copias*: nam sic dicuntur legiones in unum collectae. Convenit tamen rudi et rustico adolescenti, sex homines *copias* dicere: Militem scilicet, Parasitum, Donacem, Syriscum, Simalionem, Sangam. — 18. *Num formidolosus, obsecro, es, mi homo?*] *Formidolosus*, et terribilis, et timidus intelligitur. *Apage sis.*] *Plautus* in Trinummo, *Apage, amor.* — 20. *Atque ita opus est.*] Ut minus formidolosus sis. *Metuo, qualem tu me esse hominem existumes.*] Videtur ebrius factus hic Chremes iam etiam displicere nolle mulieri. Nam idcirco fatetur, se timere malam opinionem Thaidis de se. Et, *metuo qualem tu me existumes*, nove dixit: pro, *Metuo ne ignava sis.* —

φίσκος. Vid. Lindenbrog. ad h. l. et quos laudat Cl. Albertus ad Hesychium sub h. v. Enimvero haec puella non est exposita, sed a praedonibus rapta et mox vendita. Sunt igitur *monumenta* vel quae infra v. 29. *signa* vocat, vestes, ornamenta vel aliud quodlibet, quod puella tum, cum raperetur, secum habebat. Huc referendum supra III. 3. 16. *Ecquis cum ea una; quid habuisset, cum perit.*]

16. *Risco.*] In repositoriis vestium muliebrium φίσκος numeratur Polluci, Lib. X. c. 31. Nonius Marcellus exponit *loca in parietibus angusta*. [Cfr. Cuiacii Obss. VIII. 1.]

18. *Formidolosus.*] H. e. timidus et formidans. Sed frequentius passive usurpatur pro formidando et metuendo. Plautus Amph. V. 1. 65. *Nimis* formidolosum *facinus praedicas.* Sallustius Catil. 7. de regibus: *iis aliena virtus* formidolosa *est.*

Th. Immo hoc cogitáto; quicum rés tibi est, peregrínus est;
Mínus potens quam tú; minus notus, mínus amicorum hic habens.
Ch. Scío istuc. Sed tu quód cavere póssis, stultum admíttere 'st.
Málo ego, nos prospícere, quam hunc ulcísci, accepta iniária.
Tú abi, atque obsera óstium intus, dúm ego hinc transcurro ád forum.
Vólo ego adesse hic ádvocatos nóbis in turba hác.
Th. Mane.
Ch. Mélius est. *Th.* Mane. *Ch.* Omítte: iam adero.
Th. Níl opus est istís, Chreme:

21. *Peregrinus est; minus potens quam tu.*] Quam * postquam tamen ipsa non eloquitur, quid efficiatur, ex eo quod ait, *Peregrinus est; minus potens quam tu*: bene sic dixit: quia tardum fuit dicere: *Ille impotens, tu potens*, et caetera. — 23. *Sed tu, quod cavere possis.*] Ostendere vult *Terentius*, plures sententias ad timiditatem congruere, quam ad audaciam. Nam et mox dicturus est, *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.* Quia ex providentia timor, ex audacia temeritas provenit. *Admittere 'st.*] Fieri sinere. Et melius dixit, quam *pati*, hoc generale est. Nam nunc *admittere*, *pati fieri* significat. — 24. *Malo ego, nos prospicere.*] Providere ne fiat: id est, prospicere et cavere; ab eo quod praecedit, id quod sequitur. *Accepta iniuria.*] Hic causa ostenditur, cur illud malit. — 25. *Obsera ostium intus.*] Pavidi consilium nihil aliud continet post claustra et fugam. Nam *sera* est claustrum ianuae. *Transcurro ad forum.*] *Transcurro* dixit, non *curro*: ut proximitatem fori ostenderet. — 26. *Volo ego.*] Quasi minus timeat: *cupio* non inquit, sed *volo*. — *In turba hac.*] Vide timidum *turbam* appellare, quam mulier non timet. — 27. *Melius est.*] Fugae occasionem

---

21. *Peregrinus.*] Cui adeo difficile sit, lites sequi in loco alieno. Ita And. IV. 5. 15.

25. *Transcurro ad forum.*] Ibi enim obambulabant advocati et causidici, venalem operam suam offerentes; atque hinc ἀγοραῖοι dicti. Cicero, de Orat. III. 33. *M. vero Manilium nos etiam vidimus transverso ambulantem* foro; *quod erat insigne, eum qui id faceret, facere civibus omnibus consilii sui copiam: ad quos olim et ita ambulantes, et in solio sedentes domi, sic adibatur, non solum ut de iure civili ad*

Hóc modo dic, sorórem esse illam tuam, ét te parvam virginem
'Amisisse: núnc cognosse: signa ostende. *Py.* **Adsúnt.**
Th. **Cape.**
Sí vim faciet, ín ius ducito hóminem: intellextín'?
Ch. **Probe.** 30
Th. **Fác animo haec praesénti ut dicas.** *Ch.* **Fáciam.**
Th. **Attolle pállium.**

V. 28. vulg. *sororem illam tuam esse.* Correxit Bentl. ex codd. suis. Nam *Illám tuam esse* male acuit ultimam.
V. 31. Bentl. *ut* ex vett. editt. et codd. restituit.

---

hic cupit dari. *Mane.*] Hoc gestu iam adiuvatur. *Omitte: iam adero.*] Ex huius verbis apparet, etiam manu comprehensum esse adolescentem. *Omitte: iam adero.*] Quia causam probari non videt, celeritatem redeundi pollicetur. *Nihil opus est istis.*] *Istis*, utrum advocatis, an istis omnibus quae dixisti? *Virgilius*, *Aut quid petis istis?* — 28. *Hoc dic modo, sororem illam tuam esse.*] Ordine est executus: primo utrum personam habeat, *Dic*, *sororem*, inquit, *illam tuam esse.* Utrum negotium habeat, *Et te parvam virginem amisisse.* Cur hodie agat, *Nunc cognosce.* Et unde probet, *Signa ostende* Haec omnia sic pronuncianda sunt, ut et iusta et factu facilia demonstrentur. — 30. *Si vim faciet, in ius ducito hominem.*] Et recte: quia violento civiliter resisti solet. — 31. *Fac animo haec ut praesenti dicas.*] Haec non dicerentur a Thaide, nisi in illius vultu pavor nimius appareret. *Faciam.*] Adiuvandum pronunciatione: *Faciam* enim timide dictum est. *Attolle pallium.*] His verbis Chremetis demonstravit nimium liberaliter pavidi adolescentuli animum. *Attolle pallium*] Vel quia simplex est, vel quia ebrius, pallium trahit Chremes.

---

eos, verum etiam de filia collocanda, de fundo emendo, de agro colendo, de omni denique aut officio, aut negotio referretur.

30. *Si vim faciet.*] Ita supra IV. 1. 2. Infra IV. 7. 37. Plautus, Pseud. V. 2. 4. *Hoc me vetat*, vim facere *nunc.* [*Animo praesenti* i. e. intrepido, nihil turbato. Phorm. V. 7. 64. *Animo virili praesentique ut sis, para.* Cic. de Off. I. 23. *Praesentis animi uti consilio.* Contrarium est *non apud se esse.* Andr. II. 4. 5.] — *In ius ducito hominem.*] H. e. ad tribunal Praetoris, seu in locum iudicii. Ita Phorm. V. 7. 43. *In ius ambula.* Et V. 7. 88. *In ius eamus.* Plautus, Mostell. V. 1. 40. *Quin et illum in ius iube ire.*

31. *Animo praesenti.*] H. e. constanti et intrepido. Phorm. V. 7. 64. — *Attolle pallium.*] Qui rei seriae erant intenti, pal-

Périi! huic ipsi est ópus patrono, quém defensorém paro.

— 32. *Perii! huic ipsi est opus patrono.*] Haec meretricis querela rudem adolescentulum magis et honeste natum, quam culpandum esse demonstrat.

---

lium, instar togae ad pedes demissum, attollebant vel colligebant. Id Chremetem, futurum defensorem suum, vult facere Thais. Vide Comment. maiorem.

ACTUS QUARTUS.

SCENA SEPTIMA.

THRASO. GNATHO. SANGA. CHREMES. THAIS.

Thr. **Hanccíne ego ut contuméliam tam insignem in me accipiám, Gnatho?**

1. *Hanccine ego ut contumeliam.*] *Hic rursus inepti vanitas Militis demonstratur, ad amicam tanquam ad hostilem exercitum pergentis irritato animo, concitato cursu, inclinata chlamyde, trepidi et quatientis caput. Et haec verba pro hortatu Imperatoris accipienda sunt: quandoquidem omnia de exercitu transferuntur. Contumeliam* vero proprie, et ut miles. *Sallustius, Ne qua contumelia. Contumeliam tam insignem in me accipiam, Gnatho?*] Apparet, Gnathonem et dehortatorem esse certaminis, et ad pocula militem provocare: maxime cum videat persuasisse ista consilia, ut hoc certamen moveretur. *Tam insignem.*] *Insignem*, ut miles dixit,

---

1. *Ut.*] Particula haec indignationi et stomacho inservit. Horatius, Epod. XVII. 56. *Inultus* ut *tu riseris.* Andr. I. 5. 28. III. 5. 12. — *Contumeliam tam insignem in me accipiam.*] Cicero, Verr. III. 41. *Habet enim quendam aculeum* contumelia, *quem pati pudentes ac viri boni difficillime possunt.* Suetonius, Caes. 79. *Adiecit ad tam* insignem *despecti Senatus* contumeliam *multo arrogantius factum.* Dicitur vero *contumelia accipi* eodem sensu, quo *metus.* Heaut. II. 3. 96. *Iniuria*, Cic. Tusc. V. 19.

Mori me satiust. Simalio, Donax, Syrisce; sequimini.
Primum aedeis expugnabo. *Gn.* Recte. *Thr.* Virginem eripiam. *Gn.* Probe.
***Thr.* Male mulcabo ipsam. *Gn.* Pulchre. *Thr.* In medium huc agmen cum vecti, Donax:**

quia *insignia* armorum sunt. — 2. *Mori me satius est.*] Ridicula praesumptio: tanquam adversus meretricem iurgia nunquam Thraso sumere susus esset, nisi morte proposita. Ergo velut mortis contemptu opus est ad tale praelium. *Mori me satius est.*] Quasi ille sibi dicat, vel molestum esse certamen, vel amicam non esse laedendam: *Simalio.*] Et hoc concitate pronunciandum est. *Sequimini.*] Huiusmodi militia per tumultum repente suscipitur, et dicitur *Evocatio*: ubi dux alloquitur cives, *QUI REM PUBLICAM SALVAM VULTIS, ME SEQUIMINI.* Unde *Virgilius* sic ait, *desuetaque bello Agmina in arma vocat subito, ferrumque retractat. Ipse vocat pugnas: sequitur tum caetera pubes.* — 3. *Primum aedes expugnabo.*] Debet hic esse vociferatio vana ad hoc, et verbum militis cum quodam motu ingesti, et per immanes minas, sine ulla vi rerum. Vanaque comminatio est velle aedes expugnare, cum foris sit meretrix. — 4. *Male mulcabo ipsam.*] Vide ordinem belli. Primo expugnatio moenium, tum recuperatio captarum rerum, demum poena praedonum. *Pulchre.*] Postquam non obtinuit, quod volebat, Gnatho, assentatur ad omnia. Vide autem manifestam irrisionem ex ipso genere laudandi. Nam quid est in *aedium expugnatione* recti? quid in *virginis ereptione* probitatis, quid in *male mulcanda muliere* pulchritudinis? Sed hoc est, quod ait supra de se ipso parasitus, *Quidquid dicunt, laudo. In medium huc agmen cum vecti, Donax.*] Mire composita ad contemtum nomina legionariorum sunt. Nam *Donax* ab

---

2. *Mori me satius est.*] Vide supra I. 1. 21. Plautus, Truc. IV. 2. 29. *Mortuum hercle me, quam ut id patiar, mavelim.* — *Sequimini.*] Explicat Donatus. Livius, III. 27. *Accelera signifer, sequere miles.* Et cap. 38. *Sequimini pro vexillo cuspidem meam.*

4. *Male mulcabo ipsam.*] Ita Adelph. I. 2. 10. Attius, Amphitruone: *aetate an mala* Male *a me vis* mulcari *exemplis omnibus*? Phaedrus, I. 8. 2. Male mulcatus *graculus.* Ubi vide Interpretes; et I. Fr. Gronovium ad Liv. XXVIII. 30. et Plaut. Stich. III. 1. 19. et Observ. IV. 24. — *Cum vecti.*] Erat *vectis* palus ferreus, quo muri vel aedes expugnandi vel furandi gratia perfodiebantur. Eodem instrumento amatores amicarum procacium fores pulsabant. Horatius, Carm. III. 26. 7. *et* vectes, *et arcus oppositis foribus minaces.* [*Vecti* in ablat. dicitur pro *vecte.*] Bentlei. ad Horat. Serm. I. 5. 72. et Drakenboreh. ad Sil. Ital. VII. 363.]

Tu, Símalio, in sinístrum cornu: tú, Syrisce, in déxterum.
Cedo álios: ubi centúrio est Sánga, et mánipulus furum? *Sa.* Eccum adest.
***Thr.* Quid, ignáve? peniculón' pugnare, quí istum huc portes, cógitas?**

V. 7. Bentl. ex cod. Petr. *istum huc.* Vulgo erat *istuc huc*, reluctante metro. Idem v. 9. ex codd. suis et Priscian. p. 870. mutavit vulgarem ordinem: *hoc fieri non posse.*

---

arundine, veluti sit inanis et fragilis, nomen sortitus est. *In medium huc.*] Ridicule satis. Armaturas leves non putat adversus Thaidem idoneas: et ideo *agmen cum vecti* vult venire in medium. An ideo *cum vecti*, quia ad expugnationem venitur aedium? — 5. *Simalio.*] A simio, vel a simia derivatum est, ob foeditatem oris vel nasi. *Syrisce.*] Iam diminutivum est a *Syro.* *Tu, Simalio, in sinistrum cornu: tu, Syrisce, in dexterum.*] Hic agmen instruitur. Facetum autem est, cum a rebus magnis res ridiculae deriventur. — 6. *Cedo alios.*] Non *reliquos* dixit, sed *alios*, quasi multi sint. *Sanga.*] Nec *sangarius* saltem, ut nomen esset. *Manipulus furum.*] *Manipulus* proprie est militis. Cum Romani et Latini sub uno Centurione bellum aggressuri deputabantur, sibi sertum vel coronam ex *manipulo* herbae, vel huiusmodi, conficiebant, quem pro signo sequebantur. Merito ergo Centurionem videns, *manipulum* desideravit: hoc est, coquum videns, convivas desiderat: qui apparaverat, quotiens locus affuit, id est, convivium est constitutum. Alii *manipulum furum* coci discipulos esse putant. *Eccum adest.*] Pro se ac pro discipulis Sanga. — 7. *Quid? ignave?*] Apparet, coquum ad repentinum strepitum sic exisse, ut ad artem suam

---

6. *Centurio.*] Ita dictus, qui *centum* peditibus praecerat, quales bini in singulis manipulis. — *Manipulus furum.*] Unde *manipulus* dictus, refert Ovidius, Fast. III. 115. de signis militaribus: *Illaque de foeno, sed erat reverentia foeno, Quantum nunc Aquilas cernis habere tuas, Pertica suspensos portabat longa maniplos: Unde* maniplaris *nomina miles habet.* Intelligit autem cohortem servorum, qui *furum* nomine dicti veteribus.

7. *Ignave.*] *Ignavus* proprie forti opponitur. Plautus, Capt. II. 2. 12. — *Peniculo.*] Festus: peniculi, *spongiae longae propter similitudinem caudarum, appellatae.* Utebantur iis ad mensas detergendas. Quo respexit Plautus, Menaechm. I. 1. 1. *Inventumst nomen* Peniculo *mihi, Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.*

Sa. Egon'? Imperatoris virtutem nóveram, et vim militum:
Sine sánguine hoc non pósse fieri; qui ábstergerem vúlnera?
Thr. Ubi álii? *Sa.* Qui, malum, álii? solus Sánnio servát domi.
Thr. Tu hosce instrue: [hic] ego ero póst principia: inde ómnibus signúm dabo.

V. 11. ante *ego ero* cett. editt. interponunt *hic*, quod Bentl. cum cod. Petrens. delevit.

---

fuerat expeditus. — 8. *Egon'?*] Haec causa est. *Imperatoris virtutem noveram, et vim militum.*] Hoc plus habebit salis, si sic intellectum fuerit, ut *Sanga* uno eodemque tempore et quaerat quid dicat, simulque respondeat, *Hoc noveram, sine sanguine fieri non posse*, scilicet ἀπροσδοκήτως. Quid igitur si hoc sciebat? — 9. *Qui abstergerem vulnera?*] Quasi hoc fuerit auxilii genus. Quid hoc est? unde vulnera? quorum vulnera? utrum utriusque partis? an, quod magis ridiculum est, suorum? — 10. *Qui, malum.*] *Malum* per παρένθεσιν suaviter infertur. *Plautus* in Epidico, *Quae (malum) haec impudentia est?* Et non interponitur *malum*, nisi oculis conversis ad eum, qui id quod reprehendimus, dixerit. *Malum* nunc interiectio est. *Solus Sannio servat domi.*] Haec figura παράμεσον dicitur. *Solus Sannio servat domi.*] Ut, *Sola mihi tales casus Cassandra canebat. Servat domi.*] Pro remanet, ut observet. Nam *servat domum* rectum erat: non, *servat domi, si custodit* intelligeretur. Vel *Servat* pro sedet: ab eo quod sequitur, id quod praecedit. Nam non *servat*, nisi qui prius in eo loco sederit. — 11. *Post principia.*] Magnifice ad risum commoven-

---

9. *Qui abstergerem vulnera?*] Spongiis seu peniculis veteres ad vulnera vel abstergenda vel obliganda esse usos, e medicorum libris patet. Apuleius, Miles. 1. *Quod vulnus, qua maxime patebat, spongia offulciens.*

10. *Qui, malum, alii?*] *Malum* indignantis particula est. Ita Heaut. II. 3. 77. IV. 3. 38. Adelph. IV. 2. 5. et 18. Phorm. IV. 5. 11. V. 7. 55. Plautus, Amph. II. 1. 45. *Quo id* malum *pacto potest fieri?* — *Solus Sannio servat domi.*] Ita Plautus, Amph. I. 1. 196. *Bene facit: quia nos eramus peregre, tutatus est* domi. [*Servat domi* h. e. custodit ea, quae sunt domi. Eadem eleganti brevitate Plaut. Aulul. I. 2. 3. *Redi nunc iam intro atque intus serva.* Gronov. Lect. Plaut. p. 122.]

11. *Post principia.*] *Principia* in castris dicta tabernacula

Ga. Illúc est sapére! ut hásce instruxit, ípsus sibi cavit loco.
Thr. Idem hóc iam Pyrrhus fáctitavit. *Ch.* Víden' tu, Thais, quam hic rem agit?
Nimírum consilium íllud rectum est de óccladendis aédibus.
Tha. Sané, quod tibi nunc vír vidétur ésse hic, nebulo mágnus est. 15

V. 15. Bentl. ex codd. suis, item editt. vett. et Donato reposuit *videtur* pro vulg. *videatur*, et pro *quod qui*, commate ante *hic* posito.

---

dum. Nam dicere debuit, *post vos*. Et hunc locum sibi optimum elegit, ut timidus. *Post principia.*] Militare dictum est. Et ambigunt multi, an in extremo agmine sit hic locus, an in medio. *Inde omnibus signum dabo.*] Tanquam non omnibus dari possit, si aliunde detur. — 12. *Ipsus sibi cavit loco.*] An *loco* simpliciter, quia *post principia?* an *loco, in loco, opportune* et εὐκαίρως? *Terentius* in Adelphis, *Pecuniam in loco negligere, maximum interdum est lucrum.* An pro, *de loco.* — 13. *Idem hoc iam Pyrrhus factitavit.*] Irridet quidem poëta: veruntamen ostendit, officium imperatoris hoc esse, ne se in periculum proiiciat. Sic *Sallustius*, *Et in praeliis actu promptus.* Et hoc totum, quasi in Palliata: sed concessum poëtis fuit. *Pyrrhus* autem peritissimus strategematum fuit: primusque, quemadmodum ea disciplina per calculos in tabula traderetur, ostendit. — 14. *Nimirum consilium illud rectum est.*] Et nova locutio, et superiori similis, *Nimirum dabit haec Thais mihi magnum malum*, pro, sine dubio rectum est. — 15. *Sane, quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est: ne metuas.*] Figurata locutio, et praeterea ὑπερβατον intermixtum. Nam hic ordo et sensus, ut sit dictum, *Ne metuas: sane qui*

---

publica, in quibus militares magistratus iura militibus reddebant, atque ubi aquilae et signa custodiebantur. In ipsa acie erat ultimus Triariorum locus, atque adeo opportunissimus fugae. Tacitus, Hist. I. 43. Post principia *paulatim recedant, atque inde cum paucis fugae se mandant.* Livius, II. 65. *Cessere magis, quam pulsi hostes sunt, quia ab tergo erant clivi, in quos* post principia *integris ordinibus tutus receptus fuit.* Sed vide Comment. maiorem.

13. *Pyrrhus.*] Nimis gloriosa et ridicula comparatio. Idem fecisse Xerxem refert Iustinus, II. 10. 23.

15. *Quod tibi nunc vir videatur esse hic, nebulo magnus est.*] Sensus est: *Quod tibi nunc vir videatur esse hic, id*

Ne métuas. *Ch.* Quid vidétur? *Tha.* Fundam tibi nunc nimis vellém dari,

tibi vir videtur esse, hic nebulo magnus est. Et recte: nam obterretur adolescens, et aetate militis, quod iam vir est: et magnitudine, quod magnus corpore: quae utraque in illo vana esse, meretrix ut experta denunciat. *Nebulo* autem, vel inanis, vel vanus, aut mollis, ut est nebula, dicitur. Et hoc *εἰρωνικῶς* dictum est. Meretrix, frustra metuentem corripiens Chremetem, *Sane*, inquit, *quod tibi nunc vir videatur esse.* Et deest, *Non est:* ut sit, Non est quod tibi nunc vir videatur esse: hic nebulo magnus est. Sic et alibi, *Si in platea hac te offendero post unquam, nihil quod dicas mihi, Alium quaerebam: iter hac habui: peristi.* Ut sit, Non est quod dicas mihi. — 16. *Quid videtur?*] Non diceret miles, si staret in sententia: sed iam videtur timore mutatus. *Quid videtur?*] Dubitandi est quod dictum sit, *Quid videtur?* Ego sane hoc Militem puto dicere, quem paulatim a violentis atque acribus principiis ad terrorem desidiamque perducit timor. Nam primo ipse praecedit, utpote qui dicat, *Sequimini.* Dum denique propius deventum est, *post principia* refert pedem. Post iam nihil ipse audet, sed quaerit consilium Parasiti. Denique, ubi cominus res gerenda est, dixit *Mane*, et continet irruentes. Ad postremum diffisus, nescit quid agat: ad parasitum spectans, *Quid agimus*, inquit? *Fundam tibi nunc.*] Mire Parasitus hoc ait: vel quia Militem nolle videt, vel quia non audet impugnare, consilium formidolosum et aptum metuenti dedit, subtiliter tamen: nam *funda* pugnant, qui cominus non possunt: et *ex occulto*, qui non audent palam. Sed honesta causa, non, quia timeas, inquit, sed *ut fugiant:* tanquam nisi hostes fugerint, non sit tutum accedere. *Fundam tibi.*] Non dixit hastam, ut lanceam: sed sagittam, *fundam*, quae nimirum longe iactatur; ut ex hoc intervallo pavorem ostenderet non audentis accedere. Et mire *tibi:* tanquam ipse Parasitus nec hoc audeat. Sunt autem qui putent haec a Thaide ad Chremetem dici, sed male; non enim conveniunt ista meretricis dictis superioribus: nisi quia movet me, quod *ex occulto* dicit: quasi constet ei, iamdudum videri militem et ipsum

---

non est: nebulo magnus est, Ita Heaut. I. 2. 30. Lucilius apud Non. V. *Nebulones: Nugator quidam, ac* nebulo *sit* maximu' *multo.* Idem, Sat. incerta: *Nequam et* magnus *homo, lanionum immani' canes ut,* Non igitur in bonum tantum, sed et in malum sensum usurpatur *magnus.* [Vulgata lectio obscura et inepta, sed clara et perspicua, quam e mss. revocavit Bentleius *qui tibi nunc vir videtur esse, hic nebulo magnus est.*]

16. *Nimis vellem.*] Ita Adelph. IV. 1. 6. Plautus, Asin. II. 3. 43. Nimis vellem *habere perticam.* Sunt autem haec Thaidis ad Chremetem verba. Vide Comment. maiorem.

Ut tu illos prócul hinc ex occulto cædéres: facerent fugam.
Thr. Séd eccam Thaidem ipsam video. *Gn.* Quám mox irruimús? *Thr.* Mane.
Omnia prius éxperiri, quam ármis, sapientém decet.
Quí scis, an quae iúbeam, sine ví fáciat? *Gn.* Dí vostrám fidem. 20

V. 19. cod. Bembinus, hoc est liber 900 annorum, *armas sapientem*. Inde Bentl. correxit *arma*. Ablativum ígit etiam Nonius s. v. *Manere* et *Experiri*.

non vidisse, cum qua pugnaturus sit. — 17. *Ut tu illos.*] Meretricem scilicet cum suis, ut alibi, *Hos prius introducam*. *Ut caederes.*] Pro caedendo cógeres ut facerent fugam. *Facerent fugam.*] Deest rursus *ut*: sic, *Ut facerent fugam*, vel ἀνυπάρκτως illatum est. *Facerent fugam.*] Desiderat coniunctionem *enim*: ut sit, *Facerent enim fugam.* — 18. *Sed eccam Thaidem ipsam.*] *Eccam* et *ipsam*, figura ἔφασις, quasi *eccam* principem belli: et *ipsam*, contra quam pugnaturus est. *Quam mox irruimus?*] Hoc parasitus irridens militem dixit. Et *irruere* proprie dicuntur, qui cum furore praelium ineunt. — 19. *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.*] Animadverte quantam vim habeant ad delectandum in comoediis severae sententiae, cum a ridiculis personis proferuntur: quale est apud *Plautum*, ubi miles suam formam admirans ait, *Nimia est miseria nimis pulchram esse hominem.* — *Quam armis.*] Ἀνακόλουθον: pro, *quam arma*. Aut ἔλλειψις est, si subaudiamus *agere*. Et mire non dixit *me*, sed *sapientem*, quod magis ridiculum est. — 20. *An quae iubeam.*] Et mire non *velim*: sed *iubeam* dixit. *Iubeam* pro *velim*: ut, *iubeo Chremetem*. *Di vostram fidem.*] Bona ἀνυποψία: qui leviora laudave-

19. *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.*] Videtur proverbii speciem habere, *Omnia experiri*. Cicero, Att. VII. 2. *Itaque omnia experiar*. Caesar. B. G. VII. 78. *Constituunt, ut omnia prius experiantur*. Nepos, Datam. 2. *Omnia primum experiri voluit, ut sine armis propinquum ad officium reduceret*. Vide ad And. II. 1. 11. [*Armis* scil. experiri. Sed dura est ellipsis et duplex in eadem locutione constructio. Placet igitur quod Bentleius e veteris codicis vestigiis reponit *omnia prius experiri, quam arma, sapientem decet*. *Experiri arma* dicitur ut *experiri vires* apud Ovid. Art. Am. II. 180.]

20. *Di vostram fidem.*] Exclamatio comicis familiaris. Vide And. IV. 3. 1.

Quánti est sapere! núnquam accedo, quín abs te abeam dóctior.

Thr. Thâis, primum hoc míhi responde; cúm tíbi do istam vírginem,

Díxtin' hos mihí dies soli dáre te? *Tha.* Quid tum póstea?

Thr. Rógitas? quae mi ante óculos coram amátorem adduxtí tuum.

Quíd cum illo agás? Et cum eo clám te subduxtí mihi. 25

V. 23. *hosce* Bentl. ne ultima in *mihi* acuatur.

V. 25. verba *Quid cum illo agas* ante Bentl. Thaidi tribuebantur.

---

rat, hic exclamare iam debet. Et hoc est quod supra ait, *Id rursum si negant, laudo id quoque.* Nam negat rursum male pugnandum esse, qui superius retineri non poterat, quin in praelium vel moriturus irrueret. *Di vostram fidem, quanti est sapere! nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.*] Mire egit personam admirantis per trinam ἀποστροφήν. Ad Deos, ut, *Di vostram fidem.* Ad se ipsum, *Quanti est sapere!* Ad militem, *Nunquam accedo, quin abs te abeam doctior.* Et ridicule Parasitus, Nunquam accedo ad te, dixit, qui nunquam recedit. — 21. *Quin abs te abeam doctior.*] Nimis impudens assentatio, se fieri doctiorem ex militis sapientia. — 22. *Thais, primum hoc mihi responde.*] Omissa contentione repetendae virginis; non enim iam puellam, sed pactum exigit, ut amator. *Cum tibi do.*] Pro, *cum tibi darem.* — 23. *Quid tum postea?*] Aut, *dixi*, respondendum erat: aut, *Non dixi.* Sed vide contumaciam meretricis: in contemtionem personae militis interrogantem. interrogare maluit, quam per inductionem capi. — 24. *Rogitas?*] Contentionis genus interrogativae. *Quae mihi ante oculos coram.*] Utrum significat inepti militis dictum? An, *ante oculos*, minus est quam *coram? Ante oculos coram.*] Potest *ante oculos*, et longe tamen intelligi: *coram*, proximitatem significat. — 25. *Quid cum illo agas?*]

---

23. *Quid tum postea?*] Formula rogandi, qua utuntur, qui per contemtum respondere negant. De alio usu vide supra II. 3. 78.

24. *Mihi ante oculos coram amatorem adduxti.*] Ita Heaut. V. 4. 18. Plautus, Rud. IV. 4. 3. *Quae me pellices* adduxisse *dicet* ante oculos suos. Imitatus Ovidius, Heroid. IX. 121. Ante meos oculos adducitur *advena pellex.*

25. *Clam te subduxti mihi.*] Id facturam Thaidem praedi-

Tha. Lúbuit. *Thr.* Pamphilam érgo huc redde, nisi si mavis éripi.
Ch. Tibi illam reddat? aút tu eam tangas? ómnium.
Gn. Ah, quid agis? tace.
Thr. Quid tu tibi vis? égo non tangam meám? *Ch.* Tuam autem? Fúrcifer!

V. 26. pro *nisi si*, quod Bentl. ex complurib. libris restituit, vett. editt. *nisi vi.*

V. 27. idem *tu eam tangas* ex vett. editt. et codd. suis dedit pro *tu illam tangas.*

Omnino meretrix non putat illum idoneum, cui reddenda sit ratio, cuique se purget: adeo apud illam amicitiae eius pertaesum est. Nam errant qui dicunt, eam se velle militi reconciliare. *Et cum eo clam subduxti te mihi?*] Invidiose, *Et cum eo:* nam ut supra legimus, exclusit Chremem. *Subduxti te mihi.*] Furtim subtraxisti mihi. *Virgil. et fidum capiti subduxerat ensem.* — 26. *Lubuit.*] Superbum est, et meretricium verbum. Sic de Chelidone *Cicero* ait, *Libenter ait se facturam. Huc redde.*] Idioma est, pro contumelia reposcentis. Sic et in Hecyra, *Renumeret dotem huc: eat. Nisi vi mavis eripi.*] Utrum *nisi* pro *non* et *si*? ut sit, *Si tibi illam non mavis eripi.* — 27. *Tibi illam reddat?*] Se primum interponit Chremes, ut adolescentulus potuit, iam fracto milite. *Aut tu illam tangas? Omnium.*] Ait utrumque Chremes. Nam quia dixit, *Nisi si tibi mavis eripi*, ait, *Tu illam tangas?* et addidit, *Omnium.* Et est ἀνασιώπησις secunda. Sic autem loqui solent plus gestu, quam verbis conciti. *Tibi illam reddat? aut tu illam tangas? omnium.*] Magna vis in pronominibus, et significatio est: ut, *Cantando tu illum?* — 28. *Quid tu tibi vis?*] Recte; cum Thaide enim loquebatur, non cum hoc. *Ego non tangam meam?*] Bene addidit *meam.* Hinc enim probatur iniuste dictum, *Tu illam tangas? Tuam autem? Furcifer!*] Incongrue, ut imperitus adolescens, liberum servilibus conviciis exagitat. —

---

xerat Dorias, supra IV. 1. 11. *Illeoväζει clam.* Est vero *ducere se aliquo*, abire, conferre se. Plautus, Amph. II. 3. 3. *ad regem recta me ducam.* Unde *subducere se* est clam abire.

26. *Huc redde.*] Invidiose et cum stomacho addidit *huc.* Ita Hec. III. 5. 52.

27. *Omnium.*] Recte explicat Donatus. Ita And. V. 3. q. d. Omnium bipedum nequissime.

28. *Autem.*] Haec particula repetitis interrogationibus inservit cum stomacho. Ita Adelph. II. 1. 30. V. 8. 11. et 17. et 27. — *Fur-*

Gn. Cáve sis; nescis, cuí maledicas núnc viro. *Ch.* Non tu hínc abis?
Scín' tu, ut tibi res se hábeat? si quidquam hódie
hic turbae coéperis,
Fáciam, ut huius locí, dieique, meíque semper mémineris.
Gn. Míseret tui me, qui húnc tantum hominem fácias inimicúm tibi.
Ch. Diminuam ego caput tuum hodie, nísi abis. *Gn.* Ain' veró, canis?

29. *Cave sis, nescis cui nunc male dicas viro.*] Animad verte, Parasitum neque tacere omnino, ne defuisse patrono videatur: neque in aliena causa rixam in se transferre. *Cave sis.*] Quia imperativa sunt contumeliosa, addebant veteres, *sis*: quod significat *si vis. Non tu hinc abis? scin' tu, ut tibi res se habeat?*] Hoc Parasito, illud Militi Chremes. — 30. *Scin' tu.*] Non parasito, sed militi dicit. — 31. *Faciam, ut huius loci, dieique, meique semper memineris.*] Moris est magnas esse minas hominum meticulosorum. Specta ergo quam acriter timidus commineturr. *Huius loci, dieique, meique.*] *Loci*, in quo laesus. *Dieí*, quo caesus. *Mei*, a quo caesus. — 32. *Miseret tui me.*] Hic Parasitus nunc quasi monitor Chremeti respondet. *Qui hunc tantum hominem facias inimicum tibi.*] Ne nunc quidem Parasitus a militis assentatione discedit. — 33. *Diminuam ego caput tuum hodie, nisi abis.*] Rusticius dixit, *Caput tuum diminuam*, quam si diceret, *Diminuam tibi caput. Ain' vero, canis?*] Hoc verbo impudentibus inimicis convicium fieri solet. Nam militare dictum est in hostem, *canis*: et apud *Homerum* pro gravi contumelia in adversarium dicitur, velut in illo loco, *Τιμὴν ἀρνύμενοι Μενελάῳ*

---

cifer.] Convicium comicum, cuius rationem exponit Donatus ad And. III. 5. 12.

30. *Ut tibi res se habeat.*] Pronomen *tibi* vel eleganter πλεονάζει, vel notat, *quod ad te attinet.* Peria. ad Sanct. Min. II. 4. Plautus, Aul. I. 1. 8. *At scin', quo modo tibi res se habet?*

31. *Faciam, ut huius loci, dieique, meique semper memineris.*] Haec expressa sunt ex Plauti Captivis, IV. 2. 20. *Faciam, ut eius diei, locique, meique semper memineris.*

33. *Diminuam ego caput tuum.*] Plautus, Menaechm. II. 2. 30. *hei mihi, Cum nihil est, illi qui* homini diminuam caput. — *Canis.*] Acerbissimum convicium in hominem. Plautus, Mostell. I. 1. 40. *Canis capro commista.* Ita scriptor sacer, 2. Sam. XVI. 9.

Síccine agis? *Thr.* Quis tú homo es? quid tibi vis? quid cum illa rei tibi est?
Ch. Scíbis: principio éam esse dico líberam. *Thr.* Hem! *Ch.* Civem Atticam. *Thr.* Hui! 35
Ch. Meám sororem. *Thr.* Os dúrum! *Ch.* Miles, núnc adeo edícó tibi,
Né vim fácias úllam in illam. Thais, ego eo ad Sóphronam
Nútricem, ut eam addúcam, et signa osténdam haec. *Thr.* Tun' me próhibeas,

σοί τε, κυνέαν; — 34. *Quis tu homo es? quid tibi vis?*] Ἐπιτροχασμὸς figura est, ubi multa terribiliter interrogantur, ut, *State viri: quae causa viae? quive estis in armis? Quove tenetis iter?* — 35. *Scibis.*] Non obsequenter, sed figurate dicitur ab irato. *Scibis.*] Et *scies*, et *scibis* dicitur post productionem tertiae coniugationis. *Principio eam esse dico liberam.*] Quo tollitur, *Tuam videri. Principio.*] In tria divisit officium defensionis suae. In assertoris, *Principio eam esse dico liberam.* In cognitoris, *Civem Atticam.* In fratris, *Meam sororem.* Et bonus est ordo, *Libera, civis, nobilis. Civem Atticam.*] Quo etiam negotium potest ei fieri, qui se pro domino gessit in civem. *Hui.*] *Hui, hem*, et caetera huiusmodi generis, sannae sunt adversus eos, quibus irascimur. — 36. *Meam sororem.*] Quo constat, praesto esse defensionem puellae. *Os durum.*] Quasi ex omnibus hoc sit impudentius, quod et sororem suam dicat. *Os durum.*] Os impudens: ut contra, *mollis frontis* dicuntur, qui sunt reverentes. *Nunc adeo edico tibi.*] Ut superbe, quasi militi. Nam *edictum* Praetoris dicitur et imperatoris. *Miles, nunc adeo edico tibi.*] *Miles*, contumeliose dixit. De iis enim est officiis, quae suo nomine contumeliosa censentur; sicut in Adelphis, *Delibera hoc, dum ego redeo, leno.* — 37. *Ne vim facias ullam in illam.*] Servavit praecepta meretricis: adeo ut meminerit, *si vim faciet, in ius ducito hominem. Ego eo*

---

36. *Os durum.*] H. e. impudens. Lucilius, apud Non V. *Bovinatores: Hic strigosu' bovinatorque*, ore *improbu'* duro. Cicero pro P. Quint. c. 24. *mihi videri* ore durissimo *esse*. Ovidius, Metam. V. 451. duri *puer* oris, *et audax*. Eodem sensu Petronius cap. 43. dixit: *durae buccae fuit.* — *Nunc adeo edico tibi.*] Quasi formulae species est. Plautus, Mil. II. 2. 4. *Nunc adeo edico omnibus.*

38. *Nutricem.*] Multa *nutricum* mentio in veterum monumentis cum sacris tum profanis.

Meúm ne tángam? *Ch.* Prohibebo, inquam. *Gn.*
Audín' tu? hic furti se álligat.
Sátis hoc tibi est. *Thr.* Idem hoc tú ais, Thais?
Tha. Quaére, qui respóndeat.

V. 39. vulgo *Prohibeo*, quod Bentl. ex libris non paucis mutavit. Utrumque bonum.

---

ad Sophronam.] Hoc lentius a Thaide Chremeti. — 39. *Prohibeo, inquam.*] Non satis exercitate adolescens totidem verbis dictum repetit militis. *Audin' tu? hic furti se alligat.*] Gnathe occasionem finiendi litigii iamdudum quaerit, ob desiderium mensae et cibi: et ideo quasi de iure consilium suggerit: hunc reum militis esse posse, qui paratus est alienam rem suam dicere, et id in iure profiteri, hoc est, apud Praetorem. Ergo *furti se alligat*, id est, reum se efficit fraudis. Nam μεταληπτικῶς *furtum* pro omni fraude et dolo accipimus et iniuria. *Alligat.*] Astringit, illaqueat, et obnoxium facit. Omne igitur quod fraude fit, *furtum* est. Sic *Virgilius*, *Furta paro belli*, id est, insidias, et *dulcia furta*, id est, adulteria. Omne malum factum. *Quae quis apud superos, furto laetatus inani, Distulit in seram commissa piacula mortem. Furtum* duobus modis dicitur. Uno, cum omne maleficium generaliter significatur: altero cum res surrepta demonstratur. Nunc ergo *furtum* maleficium est. — 40. *Satis hoc tibi est.*] Ad repetendam scilicet virginem, sumendamque iniuriae vindictam. *Idem hoc tu ais?*] Id est, hoc quod Chremes, et tanquam Chremes. Et ipsam circumventurus interrogat; quod illa intelligens, malitiose ait, *Quaere, qui respondeat.* Satis contumeliose: illud enim quaeritur, quod difficile reperitur. Ergo non modo indignus es, inquit, cui ego respondeam: sed vix invenies, qui te dignum responso iudicet. *Quaere, qui respondeat.*] Et contempsit interrogantem: et indixit inimicitias professione iracundiae,

---

39. *Furti se alligat.*] H. e. dat tibi actionem furti adversus se apud Praetorem. Gellius, VII. 16. *Quod cui servandum datum est, si id usus est; sive, quod utendum acceperit, ad aliam rem, atque acceperit, usus est*, furti se obligavit. Eodem sensu Plautus, Poen. III. 4. 27. *Homo furti se adstringet.*

40. *Quaere, qui respondeat.*] Contumeliose dictum militi, quasi indigno, cui respondeatur. Eodem sensu dixit Plautus, Pers. II. 4. 2. *Emere oportet, quem tibi obedire velis.* Ovidius, Amor. III. 11. 28. — *Quaere alium, pro me qui queat ista pati.*

Thr. Quid nunc agimus? *Gn.* Quin redimus. iam haéc tibi aderit súpplicans
'Ultro. *Thr.* Credin'? *Gn.* 'Immo certe. nóvi ingenium múlierum:
Nólunt, ubi velis: ubi nolis, cúpiunt ultro. *Thr.* Béne putas.
Gn. Iám dimitto exércitum? *Thr.* Ubi vis. *Gn.* Sánga, ita uti fortés decet
Mílites, domí focique, fác vicissim ut mémineris. 45

V. 41. Bentl. et Faërnus ex optimis codd. dedere *redimus* pro *redeamus*. Nam *quin* ubi sententiam inchoat, solet construi cum indicativo.

---

cum dixit indignum militem. — 41. *Quid nunc agimus?*] Vide ut evanuerit actio militis. Primo dixit, *Omnia prius experiri, quam armis, sapientem decet.* Post, *Idem hoc tu ais, Thais?* Et postremo, *Quid nunc agimus?* Et, *Quid nunc agimus*, consilium quaerentis est. *Quid nunc agimus?*] Languidi atque defessi est. *Quid nunc agimus?*] Ubi est illud quod ait, *Primum aedes expugnabo*, et caetera. Sed vani impetus hunc exitum semper accipiunt. *Quin redeamus.*] *Quin*, modo *imo*. Non *abeamus*, inquit, sed *redeamus:* ut irritos conatus uno verbo ostenderet. — 42. *Credin'?*] Ex parte consentit, qui sic interrogat. *Credin'?*] *Credere*, dubitantis est: *Certum esse*, fidentis.— 43. *Ubi nolis, cupiunt ultro.*] Plus intulit spei, non revocando verbum quod expectabatur, hoc est, *volunt;* sed *cupiunt*. Ergo variavit: non enim intulit, *Volunt ultro. Bene putas.*] Hoc est; recte putas, sapis, vel intelligis. *Virgilius, Multa putans, sortemque animo miseratus iniquam.* Vel coniicis. Vel *putas*, disputas. Vel *putas*, cogitas. — 44. *Iam dimitto exercitum?*] *Dimitti exercitus* dicitur, vel pace facta, vel vexatis hostibus. Ridicula ergo magnificentia verborum est, cum sint facta deformia. *Sanga, ita uti fortes decet milites, domi focique fac vicissim ut memineris.*] Ut mire in coquum, qui focum curat in domo, quia milites hi fortiter pugnant, qui sunt memores domorum. Vide ergo quam utrumque comicum. Ad iucundum praelium, resque bellicas, Donax primus est: ad res domesticas Sanga, qui coquus est. *Domi focique.*] *Domi* et *foci* genitivi sunt. *Caecilius, Decora domi. Plan-*

---

42. *Nolunt, ubi velis: ubi nolis, cupiunt ultro.*] Naevius, Agitatoria: *Quasi dedita opera, quae ego volo, ea tu nevis: quae ego nolo, ea cupis.*

Sa. Iámdudum animus est in pátinis. *Gn,* Frúgi es.
Thr. Vos me hac séquimini.

tus, *Quanquam domi cupio, opperiar tamen.* — 46. *Iamdudum animus est in patinis.*] Hic aperuit causam poëta, cur et invitus Gnatho iret ad litem, et libens domum redeat. *Frugi es.*] Utilis et necessarius; a frugibus, quae quod his fruamur, dicta sunt. Inde *fructus* et *frumentum*. *Frui* autem est vesci, a *fruge*, quae est summa pars gulae: a qua re, etiam his, quae nec cibo nec poculo sunt, *frui* dicimur, καταχρηστικῶς: utpote rebus Venereis: et delectatione odoris, visus, auditus, et caeteris.

46. *Animus est in patinis.*] Ita Heaut. V. 5. 19. Plautus, Pers. IV. 6. 27. *Animus in navi est meus.* Cicero, Att. XII. 12. *Igitur animus in hortis.* [Vid. Victorii V. L. VII. 12. et Cl. Toupii Emendat. in Suid. II. p. 251.]

ACTUS QUINTUS.

SCENA PRIMA.

THAIS. PYTHIAS.

Th. Pergín', scelesta, mécum perplexé loqui?
Scio; néscio; abiit; audívi; ego non ádfui.

1. *Pergin', scelesta, mecum perplexe loqui?*] *Nunc demum virgo violata esse cognoscitur a Thaide, opportune, postquam magnopere et defensa est, et retenta. Nam statim consequentur nuptiae eius et Chaereae, qui illam vitiavit. Perplexe loqui?*] Ideo *perplexe*, quia statuerat crimen virginis celare. — 2. *Scio; nescio; abiit; audivi.*] Mire ex dictis omnibus pauca decerpit: et ostendit quid *perplexe* dixerit: et stomachum saevientis expressit. *Scio.*] Flere puellam. *Nescio.*] Vitiatam. *Abiit.*] Eunuchus.

1. *Perplexe.*] H. e. intricate atque dubie. περιπεπλεγμένως, περιπλέγδην. Id Plautus, Stich. I. 2. 18. *perplexim* et 28. *perplexabiliter* dixit.

2. *Scio; nescio; abiit; audivi; ego non adfui.*] Re-

Non tu istuc mihi dictúra aperte es, quidquid est?
Virgó conscissa véste lacrumans óbticet.
Eunúchus abiit quámobrem? quid factúmst? taces?
***Py.* Quid tibi ego dicam, misera? illum Eunuchúm negant**
Fuísse. ***Th.* Quis fuit igitur?** ***Py.* Iste Chaérea.**
***Th.* Qui Chaérea?** ***Py.* Iste ephébus frater Phaédriae.**
***Th.* Quid ais, venefica?** ***Py.* 'Atqui certo cómperi.**

Audivi.] Domi hoc admissum. *Ego non adfui.*] Cum haec fierent. Acriter iratorum est, ea repetere, quae proxime dixerint, quibus irascuntur. Ut, *En ego victa situ, verique effeta senectas.* — 3. *Non tu istuc.*] Non est hic interrogatio. — 4. *Virgo conscissa veste lacrumans obticet.*] Haec omnia rixam esse significant. *Virgo obticet.*] *Tacemus* consilia: ut, *Nec tacui demens.* *Reticemus* dolores: ut, *Ne verere, ne retice.* *Obticemus* quorum nos pudet: ut in Phormione, *Heu quidnam obtices?* — 5. *Eunuchus abiit.*] Non *Chaerea*, sed *Eunuchus:* non *fugit*, sed *abiit* dixit. *Quamobrem? quid factum est? taces?*] Haec ἀνώτερα instantis dominae vultum habitumque demonstrant. — 7. *Quis fuit igitur?*] Haec enunciativa pronuncianda sunt? aut quia invita indicat, aut dubitat de nomine ignoti: aut trepidat per timorem: aut, non videatur affuisse, cum fuerit factum: aut quia non libenter dicat eius nomen, cui irascitur. Sed ego agnosco ancillarum consuetudinem, quae obliviosae sunt. — 8. *Iste ephebus.*] *Ephebus* nomen ad aetatem retulit, non ad facinus commissum. *Ephebus.*] Cito ostendit, cur iste Eunuchus creditur. — 9. *Quid ais, venefica?*] Redit rursum ad iracundiam; aptum convicium et comicum in

---

petit per μίμησιν singula Pythiae interrogatae dicta. Confer autem cum perplexo ancillae responso consilium eiusdem de tacendo virginis stupro, supra IV. 4. fin.

3. *Dictura aperte.*] H. e. non perplexim, et sine ambagibus. And. I. 2. 24. et 31. Adelph. IV. 5. 30. Phorm. IV. 3. 49. Ubi autem dicit, *non dictura es?* interrogando iubet. Ita Phaedrus, III. 6. 2. *Non vis citius progredi?*

4. *Conscissa veste.*] Vide supra IV. 3. 4. Forte autem ipsa lugens virgo vitiata sibi conscidit vestem. Cuius rei exempla narrant Scriptores sacri et profani de quibuscumque gentibus. — *Obticet.*] Vide Donatum. Horatius, Arte Am. 283. *Chorusque Turpiter* obticuit, *sublato iure nocendi.* Sed *conticere* est desistere a loquendo. Virgilius, Aen. II. 1. Conticuere *omnes, intentique ora tenebant.*

9. *Venefica.*] Acerbissimum in mulierem ancillam convicium, uti *veneficus* in hominem servum. supra IV. 3. 6. Plautus, Epid. II. 2. 37. *Viden' veneficum!* Eodem convicio mox *sacrilega* dicitur.

Th. Quid is, obsecro, ad nos? quamobrem adductust?
Py. Nescio; . . . .
Nisi amasse credo Pamphilam. *Th.* Hem! misera occidi.
Infelix! siquidem tu istaec vera praedicas.
Nam id lacrumat virgo? *Py.* Id opinor. *Th.* Quid ais, sacrilega?
Istuccine interminata sum, hinc abiens tibi?
Py. Quid facerem? ita ut tu iusti, soli credita 'st.
Th. Scelesta, ovem lupo commisi. dispudet,

V. 10. codd. plurimi *aut* ante *quamobrem* interponunt. Itaque Bentlei. corr. *ad me, aut quamobrem add.* Bembin. liber longe praestantissimus *aut* omittit, quod delevit Faërnus.

V. 16. libri: *Scelesta lupo ovem commisisti. dispudet.* Correxit Bentl.

---

ancillas; *venefica, lupa, vipera et sacrilega*, et caetera. — 10. *Quid is, obsecro, ad nos*?] Non rogantis est *obsecro*, sed dolentis. — 11. *Nisi amasse credo Pamphilam.*] Deest *quod:* ut sit, *nisi quod.* — 13. *Num id lacrumat virgo?*] Ut supra: *Id vero serio triumphat;* pro, ob id. *Id opinor.*] Callide Pythias *opinor* dixit, cum sciat. *Quid ais, sacrilega?*] *Ἀνάκρισις.* Nam primo *scelesta*, deinde *venefica*, postremo *sacrilega.* — 14. *Istuccine interminata sum.*] Satis moraliter. *Istuccine interminata sum:* pro, *Num istuc tibi comminata sum? Istuccine interminata sum hinc abiens tibi?*] Apparet haec post scenam esse mandata. Nam supra non meminit: sed dixerat, *Tamen hos prius introducam, et quae volo simul imperabo: post continuo exeo.* — 15. *Ita ut tu iusti, soli credita 'st.*] Dixerat enim prius Chaerea, *Edicit, ne vir quisquam ad eam adeat: et mihi, ne abscedam, imperat.* ' *Iusti.*] *Συγχωρῶ καὶ μεταλαμβάνω* pro *iussisti.* — 16. *Scelesta, ovem lupo commisisti.*] Bene dilatum tot occasionibus proverbium, personae Thaidis adscriptum est; continet enim foemineam reverentiam et meretricium sensum, reditque rursus ad minora convicia, quia videt se esse convictam. Et est proverbium,

---

14. *Interminata.*] Supra III. 2. 52. Plautus, Asin. II. 2. 96. *Mihi, tibique* interminatu 'st, *nos futuros ulmeos.*

16. *Lupo ovem commisisti.*] Dictum in eos, quibus parum tuto quid servandum committitur. Id Graecis est *καταλείπειν ὄιν ἐν λύκοις.* Plautus, Pseud. I. 2. 8. *Ut mavelis* lupos apud oves linquere, *quam hos domi custodes.* Cicero, Philipp. III. 11. *O praeclarum* custodem ovium, *ut aiunt*, lupum!

Sic mihi data esse verba. quid illic hóminis est?
Py. Hera méa tace; tace, óbsecro, salvaé sumus:
Habémus hominem ipsum. *Th.* Ubi is est? *Py.* Hem! ad sinisteram,
Viden? *Th.* Video. *Py.* Comprehéndi iube, quantúm potest.
Th. Quid illó faciemus, stúlta? *Py.* Quid faciás, rogas?
Vide amábo! si non, quum ádspicias, os impudens
Vidétur. *Th.* Non. *Py.* Tum quaé eius confidéntia 'st!

V. 17. Faërn. et Bentl. *illuc* ex Bemb. et Victor. pro *illic.*
V. 19. ante Bentl. erat *sinistram.*
V. 22. Thaidi vulgo tribuuntur *Non est.* Delevit *est* Bentl.

Ovem lupo commisisti. — 17. *Sic mihi data esse verba.*] Videtur plura fuisse dictura, nisi supervenisset Chaerea. *Quid hominis illic est?*] Per genitivum casum iniuriose dicitur: per nominativum, honorifice. *Quid illuc hominis est?*] Non continuo agnoscit hunc hominem meretrix. Quia etsi adhuc Eunuchi veste indutus est, attamen exuit spadonis incessum: vultum, habitumque mutavit: et praeter vestem, totus in Chaeream rediit. — 18. *Hera mea tace; tace, obsecro.*] Blande ac puellariter arridet. *Tace.*] Non silentium indicentis est, sed securam facientis: ut, *Tace, egomet conveniam ipsum.* — 19. *Habemus hominem.*] Mire *hominem* dixit, ut reum. — 20. *Comprehendi iube.*] Pro, *comprehende. Iube* enim *velle* significat. *Quantum potest.*] Deest *cito.* — 21. *Quid illi faciemus, stulta?*] Subauditur *comprehenso. Quid facias, rogas?*] Moraliter expressit puellae stupentis verba, et non habentis quid respondeat ad ea, quae dicta sunt. — 22. *Vide amabo! si non, cum adspicias, os impudens videtur.*] Mire ab eo quod respondere coeperat, ad aliud transit, mirata confidentiam Chaereae. Non est impudens, inquit, non est, nisi similis impudenti. Sic alibi, *Severitas inest in vultu, atque in verbis fides.*

---

17. *Quid illic hominis est?*] Iniuriose dictum recte observat Donatus. Ita Hec. IV. 4. 21. Plautus, Amph. II. 1. 26. *Quid hoc sit hominis?*

18. *Salvae sumus.*] Exsultantis formula. Plautus, Asin. II. 2. 54. *Si istam firmitudinem animi obtines*, salvi sumus.

19. *Habemus hominem ipsum.*] Formulae speciem habet: in manifesto deprehensum. Plautus, Cas. II. 8. 38. *Habeo viros.*

22. *Quum adspicias, os impudens videtur.*] Ita Cicero, pro Sulla, cap. 27. *Adspicite ipsum: contuemini os.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA SECUNDA.

CHAEREA. THAIS. PYTHIAS.

Ch. Apud 'Antiphonem utérque, mater ét pater,
Quasi dédita opera, dómi erant, ut nulló modo
Introíre possem, quín viderent me. ínterim
Dum ante óstium sto; nótus mihi quidam óbviam
Venít. ubi vidi, ego me ín pedes, quantúm queo,

1. *Apud Antiphonem uterque.*] *Rediens in viciniam suamis causam reddit Chaerea, cur non mutaverit vestem. Oportuit autem, e, de necessitate argumenti fuit, Chaeream non mutasse vestem, ut eum meretrix virginem a Chaerea vitiatam audiret, et eum cum turpi habitu incedentem intueretur, eum reum vitiatae virginis putaret. Apud Antiphonem* dixit, pro, in domo eius. *Uterque, mater et pater.*] Non, uterque pater, et utraque mater, sed *uterque parens:* quia pater et mater. — 2. *Quasi dedita opera domi erant.*] Non tam mirum, quod in ea domus parte, qua in aedes introeundum erat adolescentulo. *Ut nullo modo introire possem.*] Superius causa continetur, cur non mutaverit vestem: inferius autem, cur huc redierit. — 3. *Quin viderent me.*] *Quin*, modo pro *quo minus.* — 4. *Dum ante ostium sto.*] Antiphonis scilicet. *Notus mihi quidam obviam venit.*] An *notus*, qui me posset agnoscere? an qui me noverit, id est, amicus? — 5. *Quantum*

1. *Apud Antiphonem.*] H. e. in Antiphonis domo. Suetonius, Caes. 87. *Apud M. Lepidum.*

2. *Quasi dedita opera.*] H. e. studio, et quasi ex compacto. Plautus, Poen. III. 1. 5. Dedita opera *amicos fugitavi senes.* Cicero, Fam. VIII. 1. *data opera.*

4. *Notus.*] H. e. qui me nosceret, active. Plautus, Pseud. IV. 2. 89. *Novi*, notis *praedicas.* Cicero, Fam. V. 12. *Illi artifices corporis simulacra* ignotis *nota faciebant.* Phaedrus I. 11. 2. Ignotos *fallit*, notis *est derisui.* ubi vide Interpretes.

5. *Ego me in pedes.*] So. do vel conjicio. Phorm. I. 4. 13. Plautus, Capt. I. 2. 12. *Si non est quod dem, mane vis* dem *ipse* in pedes? Ita Florus, IV. 2. 67. *Exercitus in fugam.*

In ángiportum quóddam desertum: índe item
In áliud, inde in áliud: ita misérrimus
Fui fugitando; né quis me cognósceret.
Sed éstne haec Thais, quám video? ipsa 'st: haéreo.
Quid fáciam? quid mea aútem? quid faciét mihi?
Th. Adeámus. bone vir, Dóre, salve. díc mihi,

queo.] Deest *velociter.* — 6. *In angiportum.*] Vide illum non vitasse sub una clausula bis *in*, dicere, *in pedas, in angiportum. Angiportum* dicebant vicum non pervium, viam publicam. *In angiportum quoddam desertum.*] Deest, fugiens. — 7. *Ita miserrimus fui fugitando.*] Id est, fatigatus, lassus, et languidus sum, dum fugio. Et honesta locutio est: ut, *Miser emendo, miser currendo.* — 8. *Ne quis me cognosceret.*] Nota improprie dictum, pro *agnosceret.* — 9. *Sed estne haec Thais, quam video?*] Iamprideni ipse visus, nunc primum videt. *Haereo.*] Incertus remaneo atque defigor. Primus metus adimit consilium: sed recogitatio reddit confidentiam. — 10. *Quid mea autem?*] Colligit se rursus ad impudentiam Chaerea. Et vide, si non eadem est audacia in Chaerea, quae in suscipiendo facinore fuit. Et ἐλλειπτικῶς, *Quid mea autem? Quid faciet mihi?*] Opportune se confirmavit, quia si extimuisset et fugisset, nihil nuptiae promoverentur. — 11. *Bone vir, Dore,*] Hoc totum figurate dixit, ut meretrix, et subtiliter. Nam scit Chaeream esse quem alloquitur, non Eunuchum. Et hic magna occasio datur meretrici adeundi adolescentis, qui habitum non mutavit: et adhuc quasi Eunuchus et servus est. *Bone vir, Dore, salve*] Maior obiurgatio est, per hanc dissimulationem Thaidis adversus Chaeream, quam si illum id, quod est, appellet. —

---

6. *Desertum.*] H. e. non frequentatum ab incolis, uti olim. Virg. Aen. II. 713. *Est urbe egressis tumulus, templumque vetustum* Desertae *Cereris.* [*Angiportum* i. e. viam angustam. Vid. Festus h. v. Dicitur *angiportus* mascul. gen. et *angiportum* neutr. gen. Vossius de Anal. I. p. 173.]

9. *Haereo.*] Metaphora ab avibus inescatis translata. Ita Donatus ad Adelph. III. 3. 49. Vide Phorm. V. 7. 70. Affine est illud Phorm. V. 2. 15. *In eodem luto haesitas.* [*Haereo* i. e. impeditus sum, quid agam nescio. Cic. Philipp. II. 29. *Haerebat nebulo, quo se verteret, non habebat.* Phorm. V. 7. 70. *Nisi mihi prospicio, haereo.*]

10. *Quid faciet mihi?*] Formula contemnendi minas alterius, qua et utitur Plautus, Pers. II. 3. 16.

11. *Bone vir.*] Similis ironia est Aud. III. 5. 10. Adelph. IV. 2. 17. Et ita Plautus passim.

Auffugistin'? *Ch.* Hera, factum. *Th.* Satin' id tibi placet?
Ch. Non. *Th.* Crédin' te impune habiturum? *Ch.* Unam hanc nóxam
Amitte: si aliam admisero unquam, occidito.

V. 14. Faërnus et Bentleius ex codd. suis *Amitte*. Westerhov. servarat *Mitte*.

12. *Hera, factum.*] Non potuit subtilius respondere Chaerea, quam accommodare se interroganti, *Satin' id tibi placet?*] Hoc potest et non figurate dici, sed aperte. — 13. *Unam hanc nōxiam omitte.*] Trisyllabo nomine *noxiam* dixit, quasi *noxam*. Alibi aliter, *dominam* dixit *extra noxam*. — 14. *Si aliam admisero unquam, occidito.*] Verba servorum, quibus nihil horribile est post praesentes plagas. Et non *caedito*, sed *occidito*: et non *alias* dixit, quasi illa Chaereae dixerit, *at hic irrisor es, ut fugitivus.* —

12. *Satin' id tibi placet?*] Formula reprehendentis alterum in manifesto scelere deprehensum. Adelph. IV. 7. 19. Ita fere Cicero, Att. VI. 6. *Sed heus tu, πνρὸς εἰς δῆμον* Athenis? Placet hoc tibi? Aliter explicat Cortius ad Sallust. Catil. 2. n. 1. [Sic expostulamus cum iis, quos in manifesto peccato ita, ut ne ipsi quidem factum defendere audeant, deprehendimus. Adelph. IV. 7. 19. *Ceterum placet tibi factum.* Plaut. Amphitr. I. 3. 16. *Hocsine placet?* Vid. Cic. ad Attic. VI. 6. et ibi Manutius.]

13. *Impune habiturum.*] Ita infra V. 7. 18. Est autem *impune habere* idem quod *inultum auferre*. [In quibusdam libris legitur *te impune abiturum*, sed recte dicitur *impune habere*. Infra V. 6. 18. *Siquidem istuc impune habueris.* Lactant. de mort. persecut. c. 2. *Nec tamen habuit impune.* Vid. Rivium ad h. l. et Schulting. ad Senec. Controv. III. p. 260.] — *Unam hanc noxiam.*] Distinguunt vulgo, quod *noxia* sit culpa seu peccatum, *noxa* damnum seu poena e culpa sequens. Utrumque autem et culpam et poenam notat. Virgilius, Aen. I. 45. *Unius ob noxam, et furias Aiacis Oilei.*

14. *Mitte.*] Plautus, Mostell. V. 2. 47. *Tranioni* remitte, *quaeso*, *hanc* noxiam, *causa mea.* [Meliores editiones recte habent *unam hanc noxiam amitte. Amittere* est remittere. Plaut. Poen. I. 2. 191. *Tibi hanc amittam noxiam unam.* Terentium imitatur Petronius c. 49. *Soles fieri, rogamus mittas.* De discrimine inter *noxam* et *noxiam* saepe multumque disputarunt viri eruditi. Vid. Duker. de Lat. Vet. ICtorum p. 10. sqq. *Noxia*, vere adiectivum subintelleoto *culpa* vel *res*, semper significat culpam, iniuriam, peccatum; *noxa* culpae poena, unde *noxae dare*, et hinc quodvis detrimentum ac damnum. Sic discrimen constituit Oudendorp. ad Sueton. Caes. c. 81.] — *Admi-*

Th. Num meam saevitiam véritus [es]? *Ch.* Non. *Th.* Quid igitur? 15
Ch. Hanc métui, ne me críminaretúr tibi.
Th. Quid féceras? *Ch.* Paulúm quid[dam]. *Th.* Eho! paulum, ímpudens?
An paúllum hoc esse tíbi videtur, vírginem
Vitiáre cívem? *Ch.* Cónservam esse crédidi.
Py. Consérvam! vix me cóntineo, quin ínvolem in 20

V. 15., quia Bembinus aliique *es* omittunt, Bentl. ita corrigit: *Num meam saevitiam veritu's? Ch. Non. Th. Nan? quid igitur?*

V. 17. vulgo bis *paululum* scriptum, quod e Bembino et aliis emendatum. Praeterea Bentl. *quid* pro *quiddam*. Ita et versus integer est, et apparet, cur *paulum* acuat ultimam, videlicet ob encliticum *quid*, ut Gr. μικρόν τι.

V. 19. Bentl. corr. *Vitiáre cívem, Medm consérvam crédidi*, ne varietur accentus.

---

15. *Num meam saevitiam veritus es?*] Ut fugeres. — 16. *Hanc metui, ne me criminaretur tibi.*] Perfecte imitatus est verba fugitivorum, quae apud dominos faciunt comprehensi. — 19. *Vitiare civem?*] Bene intulit *civem*: quod plus est, quam *virginem vitiare*. Ἀῦξησις gradatim facta. *Conservam esse credidi.*] Locus erat ut diceret, *Servam esse credidi*, sed admirabiliter *conservam* dixit. Et hoc ipsum mirabiliter pronunciandum est, tanquam mirabiliter crediderit conservam esse, quae civis erat, atque eam quasi conservam vitiare deberit. — 20. *Conservam!*] Opportune stomachatur Pythias, facta mentione *conservae*. *Vix me contineo, quin Involem in capillum.*] Minae istae propriae foeminarum sunt, et in se, et in alios unguibus saevientium: ut, *Unguibus ora soror foedans, et pectora pugnis.* Sed *involem* ab avibus tractum est, ut apud *Virgilium, praedam pedibus circumvolat uncis.* Ergo hoc gestu, et dicto, et corporis motu, est adiuvandum. *Involem in capillum.*] Apparet, more veterum intonsum esse. —

---

sere.] Commisero. Heaut. V. 2. 3. Adelph. III. 4. 44. Nepos. Epam. 6. *Domi scelere* admisso. Cicero, pro Ligar. c. 10. *Ignoscite, iudices; erravit: lapsus est, non putavit. Si unquam posthac. Ad parentem sic agi solet.*

20. *Vix me contineo.*] Hec. IV. 3. 9. Plautus, Menaech. V. 2. 72. *non tu te tenes?* — *Involem in capillum.*] Supra IV. 3. 6.

Capillum. monstrum; etiam ultro derisum advenit.
Th. **Abin' hinc, insana? *Py.* Quid ita vero? débeam,**
Credo, isti quidquam fúrcifero, si id fécerim:
Praesértim cum se sérvum fateatúr tuum.
Th. **Missa haéc faciamus. nón te dignum, Chaérea,**
Fecísti. nam etsi *ego* dígna hac contumélia

V. 22. Faërnus et Bentl. distinguunt: *Quid ita? vero debeam* etc.
V. 23. Bembin. *fecero*, quod Bentl. ob ingratum sonum improbat.

---

21. *Etiam ultro derisum advenit.*] Mire nunc addidit accusationem, quod non saltem fugeret. — 23. *Debeam, credo, isti quicquam furcifero.*] Subauditur *vero*, aut εἰρωνικῶς pronunciandum est. Sane *debere* dicimur poenas pro iniuria ei, cui iniuriam fecerimus: quas se non debituram Chaereae ut furcifero dicit Pythias, si illi caedem intulerit in servili habitu constituto. *Si id fecerim.*] Si involaverim in capillum eius. — 25. *Missa haec faciamus.*] Haec scilicet iocularia et futilia. *Non te dignum, Chaerea, feeisti.*] Artificiose meretrix ab eo quod licuit, ad id quod oportuit, transit: nec tractat quid sit legitimum, sed quid honestum. Itaque totam illam partem facti accusandi omittit, et ab accidentibus personae adolescentis obiurgat. Scit enim, uno verbo obstari posse, *Licuit mihi*, in domo meretricia scilicet: ne videatur irrationabilis esse audacia illa ingenui a poëta inducta esse. *Non te dignum.*] *Dignum*, pro digne, aut deest *facinus: ut sit, non te dignum facinus feeisti.* Mira accusatio mixta laudi et blandimento. — 26. *Nam si ego digna hac contumelia eum.*] Deest, *et*, ut sit ordo: *Nam etsi maxume.* Et bene additum est *maxume*, ut appareat, quod etsi digna pati sit meretrix, non tamen maxime digna pati Thais est. —

---

21. *Monstrum.*] Ita Dorus, verus Eunuchus, per convicium a Phaedria appellatus, supra IV. 4. 29. — *Etiam ultro derisum advenit.*] Ita Plautus, Amph. II. 1. 40. *Nunc venis etiam ultro irrisum dominum.*

22. *Debeam isti quidquam.*] Qui per iniuriam factam alteri se quasi obligat, *debere* ei dicitur. Virgilius, Aen. XI. 51. *Nos iuvenem exanimum, et nil iam coelestibus ullis* Debentem *vano moesti comitamur honore.* [Hinc etiam qui iniuria affectus est, tanquam creditor poenas exigere dicitur. Heinsius in Sylloge Epist. IV. p. 722.]

23. *Credo.*] Ironice dictum; supra III. 2. 15. Cicero, Catil. I. 2. — *Furcifero.*] Vide And. III. 5. 12. Eadem ratione Petronius cap. 126. servum *crucem* vocat.

25. *Non te dignum feeisti.*] Adelph. III. 3. 54. Quinctilianus, Instit. XI. 1. *Impudens actio omnibus indecora; sed ut quisque dignitate praecedit, magis in ea reprehendendus.*

Sum máxume; at tu indignus, qui faceres tamen.
Neque aédepol, quid nunc cónsilii capiám, scio,
De vírgine istac: íta conturbasti mihi
Ratiónes omnes, út eam non possim suis
Ita ut aéquum fuerat, átque ut studui, trádere
Ut sólidum parerem hoc mi beneficium, Chaérea.
Ch. At núnc dehinc spero aetérnam inter nos grátiam
Fore, Thais. saepe ex huíusmodi re quápiam et

V. 28. vulgo *consilii.*
V. 30. Bentl. *ut eam ne possim suis* etc. ex codd. compluribus.
V. 31. *Itaque ut studui, trádere.* Sic *ita, itaque* Andr. III. 3, 18.

27. *At tu indignus qui faceres tamen.*] Recte dixit. Quatuor enim sunt modi in huiusmodi rebus: ita ut aut uterque dignus sit, aut uterque indignus: aut alter dignus, alter indignus: aut contra. — 28. *Neque aedepol, quid nunc consilii capiam, scio, de virgine istac.*] Intelligit Thais amari virginem ab hoc: et ideo sic ait, ut conciliet nuptias. Nam satis signi est, quod Eunuchi habitum propter hanc sumpsit. Et vide quemadmodum ad captionem nuptiarum res eant: quod tamen dicere non audet Thais: sed ostendit adolescenti coniecturis, quem tentat, sciens amantem virginem: et viam ostendit petendae sibi uxoris. — 32. *Hoc mihi beneficium, Chaerea.*] Blande nomen repetitum est, *Chaerea.* — 33. *At nunc dehinc spero.*] Nunc iam Chaerea vera veris aequiparans recedit a iocularibus. — 34. *Saepe ex huiusmodi re.*] Hoc est,

27. *Indignus, qui faceres.*] H. e. *non conveniebat personae tuae;* uti recte explicat, et exemplis adstruit I. Fr. Gronovius, Observ. III. 8. Ita Hec. III. 5. 27. Plautus, Curc. IV. 2. 27. Indignis *si male dicitur, maledictum id esse dico. Verum si* dignis *dicitur, benedictum est, meo quidem animo.*

29. *Conturbasti mihi rationes omnes.*] Metaphora a negotiatoribus petita, qui *conturbare* dicuntur, ubi vident, se aere alieno oppressos, nec in bonis esse, unde dissolvant debita. Cicero, pro Planc. c. 28. *Verum fac, me multis debere, at in iis Plancio: utrum igitur me* conturbare *oportet; an ceteris, quum suiusque dies venerit, hoc nomen, quod urget, nunc cum petitur, dissolvere?* Vide Manutium ad Cic. Att. II. 1. et IV. 17.

32. *Solidum beneficium.*] H. e. integrum. And. IV. 1. 23. Plautus, Curc. III. 35. *Inibis a me* solidam *et grandem gratiam.*

34. *Saepe ex malo principio magna familiaritas conflata est.*] Ita Romulus apud Livium, I. 9. *Saepe ex iniuria postmodum gratiam ortam.* Est autem *conflandi* vox a metallorum fusoribus desumta; quae enim liquescunt, *conflari* proprie dicuntur.

Malo principio, magna familiáritas
Confláta est. quid si hoc quispiam voluit Deus?
Th. Equidém pol in eam pártem accipioque, et volo.
Ch. Immo íta quaeso. unum hoc scíto: contuméliae
Non mé fecisse causa, sed amoris. *Th.* Scio.
Et pól propterea máge nunc ignoscó tibi.
Non ádeo inhumano ingenio sum, Chaérea,
Neque tam imperita, ut, quíd amor valeat, nésciam.

V. 35. codd. *Ex malo princ.* unde Bentl. *Malo ex principio.*
V. 40. Bentl. tacito *magis.*
V. 41. codd. Bentl. plerique *sum ingenio.* Inde ille effinxit: *Non ádeo inhumano égo sum ingenio Chaérea.*
V. 42. codd. *Neque ita imperita*, quod mutarunt Faërnus et Bentl.

---

turbulenta. *Quapiam.*] Quacumque, vel aliqua. — 35. *Quid si hoc quispiam voluit Deus?*] Pleraque repentinis impulsionibus nata, mirisque proventibus, Deo adscribi solent. Ut, *Descendo, ac ducente Deo flammam inter et hostes Expedior.* Et, *Hinc me digressum vestris Deus appulit oris.* Et *Sallustius: Ut tanta repente mutatio non sine Deo videretur. Quid si hoc quispiam voluit Deus?*] Vult amorem intelligi Deum. — 37. *Equidem pol in eam partem accipioque, et volo.*] *Evenire* subauditur: et est ἀνάληψις tertia. — 38. *Immo ita quaeso.*] Utrum meretricem, an Deos quaeso? utrumque enim accipi potest. *Unum hoc scito.*] Unde hoc sciat Thais, inepte quaeritur, quum ipsa res clamet, nunquam hanc conditionem subiturum Chaeream, ut pro Eunucho, etiam servo, se fingeret sine amoris impulsu. — 40. *Nunc ignosco tibi.*] Quod culpa non sit hominis, sed amoris. — 41. *Non adeo inhumano ingenio sum, Chaerea.*] Hoc est, immitis non sum, quantum putas: ut, *Non obtusa adeo gestamus pectora Poeni.* — 42. *Neque tam imperita.*] Id est, non experta. *Ut, quid amor va-*

---

35. *Quid si hoc quispiam voluit Deus?*] Ita Plautus, Aul. IV. 10. 7. itidem de stupro virginis: *Deus impulsor mihi fuit; is me ad eam illexit.* Et versu 12. *Deos credo voluisse.* Qui erat temerarius abusus providentiae divinae. Sed et quoties causas rei reddere nescirent, rem divinitus accidisse dicebant.

37. *In eam partem accipio.*] Supra IV. 2. 4. Adelph. Prol. 3. H. e. quo sensu et mente. Cicero, Fam. X. 6. *Literae quam in partem acceptae sint.*

41. *Inhumano ingenio.*] Vide And. I. 1. 86.

Ch. Te quóque iam, Thais, ita me Di bene ament,
amo.
Py. Tum pol ab istoc tibi, héra, cavendum intélligo.
Ch. Non ausim. *Py.* Nil tibi quidquam credo. *Th.* Désinas.
Ch. Nunc égo te in hac re mi óro ut adiutrix sies.
Ego mé tuae commendo et committo fidei.
Te mihi patronam cápio, Thais: te obsecro:

V. 41. ante Bentl. erat *tibi ab istoc.* Ordinem ex codd. tribus reterrimis mutavit Bentleius.

---

leat, nesciam.] Non *inhumana*, quia homo, non *impudica*, quia meretrix. Et *neque tam impudica* inquit: quasi dicat, *Neque eam pudicam esse, ut, quid amor valeat, nesciam.* — 43. *Te quoque iam, Thais.*] Bene *quoque*: non enim iam hanc, ita amat, ut negligat illam: sed hanc illius causa. — 44. *Pol tibi ab istoc, héra, cavendum.*] Facete, tanquam qui soleat capillum et vestem eius conscindere, quam amaverit. — 46. *Non ausim.*] Pro, *non audebo*: et est verbum huius temporis tantum. *Non ausim*] Utrum propter aetatem? an propter fratrem suum Phaedriam potius? *Mihil tibi quidquam*] Παρέλκον quartum; aut *nihil*, pro *non*. *Desinas.*] Pro eo quod est, *desine*: an deest *fac*: ut sit, *fac desinas.* — 47. *Ego me tuae commendo et committo fidei.*] Satis amatorie, ut appareat nunc maxime captum Chaeream, ac mancipatum virgini. *Commendamus* nos cognitis: *committimus* ignotis. Ergo ἀξίωσις est maioris officii, fideique circa Thaidem. — 48. *Te mihi patronam capio.*] *Te* adiectum, vim habet, et ex animo

---

44. *Tum pol tibi ab istoc, hera, cavendum intelligo.*] Subaudiendum: *Si te quoque iam amat Chaerea.* Post *si* commode infertur *tum*. Plautus, Rud. I. 3. 9. *Sed si id parate curavi ut caverem*, Tum *hoc mihi indecore, inique, inhoneste Dixis, Dii.*

45. *Desinas.*] H. e. taceas. Ita And. V. 6. 8. Adelph. III. 1. 23.

47. *Me tuae commendo et committo fidei.*] Ita And. I. 5. 61. et infra V. 9. 9. Hec. Prol. Alt. 45. Quae locutio quam vim habeat, inde patet, quod victi dicebantur *venire in fidem* victoris.

48. *Te mihi patronam capio.*] Videtur respici mos Romanorum veterum, quando ex instituto Romuli plebs e Patriciis Patronos capiebat.

Emóriar, si non hánc uxorem dúxero.
Th. Tamen si pater. *Ch.* Quid? áh! volet, certó scio:
Civis modo haec sit. *Th.* Paúlulum opperírier
Si vis; iam frater ípse hic aderit vírginis:
Nutrícem arcessitum iit, quae illam aluit párvolam.
In cógnoscendo túte ipse aderis, Chaérea.
Ch. Ego véro maneo. *Th.* Vín' interea, dúm is venit,
Domi ópperiamur pótius, quam hic ante óstium?
Ch. Immó percupio. *Py.* Quám tu rem actúra, dícsecro, es?

V. 50. Bentl. distinguit: *Tamen sit pater quid.* Ch. *Ah volet, certó scio. Ita patér* ultimam acuit ob sequens encliticum *quid.*
V. 55. Bentl. ex codd. *visne*, et cum Bembin. *dum venis.* Alii libri *dum venit is.*

---

supplicantis habitum adolescentis ostendit. — 49. *Emoriar, si non hanc uxorem duxero.*] Vide amatorem adolescentulum, cui in ipso flore nihil dulcius vita est, ipsam despicere, si tibi uxor non datur. — 50. *Tamen si pater.*] Ἔλλειψις, aut ἀποσιώπησις secunda. *Quid? ah! volet, certo scio.*] *Quid?* deest *dicat.* Sed ista omnia ad confirmationem valent. — 51. *Civis modo haec sit.*] Mire hic in votum conversum est, quod timere potuit, non ducturus uxorem. *Paululum opperirier si vis: iam frater ipse hic aderit virginis.*] Adeo cito probari potest. — 55. *Ego vero maneo.*] Modo *vero* consentientis est adverbium: alias confirmantis: alias coniunctio: alias particula ironiam iuvans: ut, *Egregiam vero laudem et spolia ampla refertis Tuque puerque tuus.* — 56. *Domi opperiamur potius, quam hic ante ostium?*] Non ignara illecebrarum meretrix, non solum Chaeream retinet; verum etiam vocat, ubi virgo est. Et satis callide interrogat an velit, quasi nesciat velle. — 57. *Immo percupio.*] Amatorie, non *volo:*

---

49. *Emoriar, si non hanc uxorem duxero.*] H. e nullam causam dico, quin aut mortem oppetam, aut uxorem ducam violatam virginem. Quarum rerum optio apud stupratam ingenuam erat. Meursius, Them. Att. I. 7. Emphatice autem dixit *emoriar* pro simplici *moriar.* Ita Heaut. V. 2. 18. Phaedrus I. 6. 7. *Arida sede* emori.

53. *Nutricem arcessitum.*] Vide supra IV. 7. 37.

57. *Quam rem actura es?*] Formula admirantis. Vide And. I. 1. 107.

Th. Nam quid ita? *Py.* Rogitas? hunc tu in aedes cogitas
Recipere posthac? *Th.* Cur non? *Py.* Crede hoc meae fidei,
Dabit hic pugnam aliquam denuo. *Th.* Au, tace, obsecro.
Py. Parum perspexisse eius videre audaciam.
Ch. Non faciam, Pythias. *Py.* Non pol credo, Chaerea,

V. 61. Bonch. *parum perspexisse eius mihi videre audaciam* libris invitis. Idem v. 62. *s* in Pythias extrudi monet. cfr. eundem ad Heaut. V, 2, 40. et Herm. El. Doctr. Metr. p. 61.

---

sed *per cuplo.* — 58. *Hunc tu in aedes.*] Pronomen in his plus valet, quam accusatio *Hunc tu in aedes cogitas?*] Mire: cum illa iam velit, *cogitas* dixit, volens ut recogitet. *In aedes cogitas recipere posthac?*] Per ancillae verba vult ostendere, quam sit tractandorum adolescentium perita meretrix. — 59. *Posthac?*] Post hoc factum, post hanc audaciam. *Crede hoc meae fidei.*] Puellariter dixit, *meae fidei.* — 60. *Dabit hic aliquam pugnam denuo.*] Pro stupro: ut, *At non in Venerem segnes, nocturnaque bella.* Et, *Vereturque bella et ingens facinus.* Et *Lucilius, Vicimus, ô socii, et magnam pugnavimus pugnam.* *Dabit* autem proprie pro *inducet:* ut, *magnam dabit ille ruinam.* *Au, tace, obsecro.*] *Au* interiectio est perturbatae mulieris: ut apud Graecos *λοῦ.* — 61. *Parum perspexisse eius videre audaciam.*] *Parum* εἰρωνεία est. Et non *sensisse*, sed *perspexisse* dixit: ut iam non sit experienda illius audacia, quae sit perfecte cognita. — 62. *Non faciam, Pythias.*] Bene et moraliter appositum *Pythias.* *Non pol credo, Chaerea, nisi si commissum non erit.*] Iocularitér, ut ille, *Pythias*, dicit, ita haec *Chae-*

---

58. *Cogitas.*] H. e. in animum induxisti, decrevisti. Ita Eun. IV. 7. 7. Heaut. III. 3. 46. [*Nam quid.* Sic dicebant Veteres pro *quidnam.* Phorm. I. 4. 22. *nam quod* pro quodnam. Virg. Georg. IV. 445. *nam quis te iuvenum confidentissime, nostras iussit adire domus.* ubi vid. Servium.]

59. *Crede hoc meae fidei.*] Ita Plautus, Amph. I. 1. 235. *Tuae fidei credo? Me. Meae.*

60. *Dabit hic aliquam pugnam denuo.*] H. e. novas ciebit turbas. Supra IV. 3. 21. Plautus, Capt. III. 4. 53. *Profecto iam aliquid* pugnae edidit. Bacchid. II. 3. 39. *Auscultà* pugnam, *quam voluit* dare.

Nisi sí commissum nón est. *Ch.* Quin, Pythias,
Tu mé servato. *Py.* Néque pol servandúm tibi
Quidquam dare ausim, néque te servare ápage te.
Th. Adest óptume ipse fráter. *Ch.* Perii hercle: óbsecro,
Abeámus intro, Thais: nolo me in via
Cum hac véste videat. *Th.* Quámobrem tandem? an quía pudet?
Ch. Id ípsum. *Py.* Id ipsum? vírgo vero! *Th.* I prae, sequor.

rem. — 63. *Quin Pythias.*] Iterum nomen vultuose est additum. *Quin*, pro immo. — 64. *Neque pol servandum tibi quidquam dare ausim.*] Totum garrule et gesticulose, ut puellam cum adolescentulo fabulari videas. — 66. *Adest optume ipse frater.*] *Optume*, opportune. Et non est additum, cuius frater: utpote in re manifesta. — 67. *Nolo me in via cum hac veste videat.*] Subtiliter adolescens, quia nihil profecerat, dicendo, *percupio*, invenit causam, qua tandem ingredi possit. — 68. *Quamobrem tandem?*] Pro *tamen*. Interrogatio haec increpationem non tinet impudentissimi facti. *An quia pudet?*] Haec interrogatio irrisionis plena est in eum quem nihil pudet. — 69. *Id ipsum?*] Hoc veluti molesto vultu dicitur: adeo ut imitetur dictum, vultumque eius Pythias. *Virgo vero!*] *Vero* stomachi: nam *stomachi* est. Ut, *Egregiam vero laudem! Virgo.*] Quasi qui minime pudicitiae statum ac verecundiae virginalis veneretur. *I prae, sequor.*] Manifestum est, cur meretrix docta capiendorum iuvenum praeire velit Chaeream, et in consequendo ipsa sit tardior. Vult enim liberum sine arbitris cum puella esse colloquium, et licitum amorem. Nisi forte putamus *Terentium* haec sine causa fecisse, qui sit artificiosissimus poëta. Nam neque ipsa ingreditur cum Chaerea, neque ingredi simul

---

63. *Nisi si commissum non est.*] Ὀξύμωρον videtur. Sensus enim est: *Non credo, nisi tum, si tibi commissum non est quidquam.*

64. *Neque servandum tibi quidquam dare ausim.*] Cicero, Fam. XV. 1. *Ita alienata a nobis, ut neque exspectandum ab iis, neque committendum iis quidquam videatur.*

69. *Virgo vero!*] Haec cum stomachо dicta, q. d. *Pudet se in via videri cum veste spadonis; virgo vero ab te vitiata ea est, cuius te pudere debebat.* Cicero, Att. IX. 16. *Etsi hic quidem timoris causa:* ille vero; *sed stomachari desinamus.* [Mente supplendum est: eius te nihil pudebat.]

Tu istic mane, ut Chremem introducas, Pythias. 70

mittit Phaedriam. — 70. *Tu istic mane, ut Chremem introducas*] Relicta est Pythias, multas causas et in primis, ut possit per eam delusus Parmeno pavore suo senem compellere, ingredi ad meretricem, et praesentem fieri ad confirmandas nuptias.

ACTUS QUINTUS.

SCENA TERTIA.

PYTHIAS. CHREMES. SOPHRONA.

Quid? quid venire in méntem nunc possit mihi?
Quidnám? qui referam sácrilego illi grátiam,
Qui hunc súpposivit nóbis? *Ch.* Move vero ócius

V. 2. ante Faërnum et Bentl. legebatur *illi sacrilego*, quod ex multis codd. mutatum.

V. 3. codd. *supposuit*. Lenissime correxit Bentl. *supposivit*. Plautus saepius *exposivit*, *deposivit*. Etiam Catull. XXXV. *deposivit olivam*.

1. *Quid? quid venire in mentem.*] *In hoc locò cogitantis disputatio est apud se ipsam Pythias, quatenus Parmenonem dolo possit ulcisci.* — 2. *Quidnam?*] Sic *Cicero*, *Sed earum rerum artificem, quem? quemnam? recte admones*, *Polycletum esse dicebant*. *Qui referam.*] *Qui*, quomodo, vel ut. — 3. *Qui hunc supposuit nobis.*] Proprie *supposuit*. Nam ut *subduci* dicuntur, quae nolumus amittere, ita *supponi* quae non desideramus. Sic *Plautus*, *Ei pro acorto supponetur hircus unctus nautea*. *Move vero ocius te*,

1. *Quid?*] Vide supra III. 2. 51. Cicero, Verr. I. 54. Quod *est igitur remedium?* quod? Ubi Asconius Pedianus *Repetis*, inquit, Quod? *ut deliberantis cunctatio videatur inesse verbis eius.*

3. *Supposuit.*] Ita Prol. 39. Frequentes autem ab antiquis suppositiones introducuntur, sed frequentiores in comoediis quam in tragoediis. Plautus, Caterv. 2. *neque ulla amatio*, *Nec pueri* suppositio.

Te, nútrix. *So.* Moveo. *Ch.* Vídeo, sed nihil pró-
moves.
Py. Iamne óstendisti sígna nutrici. *Ch.* 'Omnia.
Py. Amábo! quid ait? cógnoscitne? *Ch.* Ac mémo-
riter.
Py. Bene, aédepol, narras: nam illi faveo vírgini;
Ite íntro: iamdudum héra vos exspectát domi.
Virúm bonum, eccum, Pármenonem incédere

nutrix.] *Vero* pro interiectione posuit stomachantis. — 4. *Video, sed nihil promoves.*] Hinc est illud *Virgilianum*, *Illa gradum celerans studio properabat anili.* Scilicet non re celerabat, sed studio. *Promoves.*] Proficis. — 6. *Amabo! quid ait? cognoscitne?*] Exhibitum spectatori est, quid post scenam geratur, id est, agnitio puellae. *Ac memoriter.*] Plus intulit quam interrogabatur: nam magna sunt signa, in quibus anilis memoria non erat. *Ac memoriter.*] Responsionis brevitas attulit compendium perquirenti, ne plura interrogaret. — 7. *Nam illi faveo virgini.*] Quasi dicat, illi faveo, non Chaeseae. Et simul causa est, cur illum ulcisci cupiat; quia scilicet multum illi favet. — 9. *Virum bonum.*] Εἰρωνεία. *Eccum Parmenonem incedere video.*] Res odio dig-

---

Vide ad Heaut. V. 3. 12. — *Move vero ocius te, nutrix.*] Ita Plautus, Trin. III. 3. 73. *Quin te hinc amoves? et te moves?* Aul. I. 1. 1. *Testudineum istum tibi ego grandibo gradum.* [*Move vero ocius* i. e. celeriter perge. Sic Theocrit Idyll. XV. 29. κινεῦ δή. Andr. IV. 3. 16. Vid. Lindenbrog. ad h. l. Particula *vero* singularem vim habet. Cic. de Divin. II. 8. *Quod enim is, qui divinat, praedicit, id vero futurum est.* Liv. XLV. 19. *universos omnia et huic tribuere et illi vero negare.* ubi vid. Drakenborch.]

6. *Memoriter.*] Plautus, Asin. III. 2. 38. *Ut* memoriter *me Sauream vocabat atriensem!* Simile memoriae exemplum in nutrice est Heaut. IV. 1. 3. [*Ac* intendit orationem, quasi dicas *etiam*, *vel*, *et quidem.* Andr. II. I. 37. *ego vero ac lubens.* Supra III. 5. 43. *ego vero illud feci ac lubens.* *Memoriter* est sine monitore. Similis locus est Sueton. Ner. c. 10. *omnes ordines subinde ac memoriter salutavit.* ubi vid. Oudendorp.]

9. *Eccum Parmenonem incedere video.*] *Incedere* est otiose et cum dignitate quadam ambulantium. Plautus, Pseud. I. 4. 17. *Herum* eccum video *huc*, *una Simonem simul Cum suo vicino Caliphone* incedere. Virgilius, Aen. I. 46. *Ast ego, quae Divûm* incedo *regina.* Ad quem locum vide Servium.

Videó. vide, ut otiósus it, si Dís placet!
Speró me habere, qui húnc excruciem meó modo.
Ibo íntro, dé cognítione ut certúm sciamt
Post éxibo, atque hunc pérterrebo sácrilegum.

V. 11. ante Bentl. erat *meo excruciem modo*, qui ordinem mutavit ex veterrimo codice Prisciani p. 1143. Ita *meo* ictu acuitur, ut Heaut. II. 4, 21. Andr. I. 1, 126.

V. 13. Bentl. *Post exeo*. Nam *Ibo intro* — *Post exibo* esse invenustum. Cfr. supra III. 2, 40.

---

nior, novitate scilicet incessus. — 10. *Vide ut otiosus it.*] Invidet illi securitatem, quem sollicitum redditura est: non enim ulla alia erit vindicta post, praeter istam. *Vide ut otiosus it.*] Vultu dicit, et gestu, eum esse securum. Et mire poëta laetum describit, ut repente ostendat esse commotum. *Si Dis placet!*] Proprium est exclamantis propter indignitatem alicuius rei. — 11. *Spero me habere.*] Pro *habituram*, aut; *spero* pro *credo*, more suo. *Meo modo.*] Id est, ut volo. — 12. *Ibo intro, de cognitione ut certum sciam.*] Eleganter, defatigare Parmenonem non necessarium putat, sed ex occasione. Nam post eum dicit se ire intro: exitura autem, ut ipsum in timorem conficiat.

---

10. *Si dis placet.*] De frequentissimo huius dicti usu vide ad Adelph. II. 5. 30.

11. *Meo modo.*] H. e. meo arbitrio. Ita And. I. 1. 126. Heaut. II. 4. 21.

12. *De cognitione.*] Vox propria de liberis expositis, et denuo repertis. Hec. V. 3. 33. — *Certum sciam.*] Ita supra I. 2. 31. Hec. III. 1. 43. Phorm. I. 2. 98.

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUARTA.

PARMENO. PYTHIAS.

Py. Reviso, quidnam Chaérea hic rerum gerat.
Quod si ástu rem tractávit, Di vostrám fidem!
Quantam, et quam veram laúdem capiet Parmeno!
Nam ut mittam, quod ei amórem difficillimum, et

1. *Reviso, quidnam Chaerea hic rerum gerat. Quod si astu rem tractavit.*] *Astu*, pro *astute*, modo adverbium est, alias nomen: ut *In astu venit?* T. 2. *Di nostram fidem!*] Modo non invocantis est, sed admirantis, et est figura ἐπίφωνον per ἐπιφώνημα facta. — 4. *Nam ut mittam, quod ei amorem difficillimum, et carissimum.*] Quum dicere deberet, *quod si amorem et difficillimum et carissimum confeci*: primo quasi oblitus dicti superioris transit ad virginem: deinde addit causam ex abundanti. Quod si dixisset, *Amorem confeci*, posset intelligi *confeci*, expedivi, perfeci. At vero *virginem confeci* quid intelligimus, nisi hoc unum, quod insultat Parmeno confectam virginem: quasi dicat superatam atque devictam? Nam proprie hoc verbum convenit gladiatoribus iis, qui gravissimis vulneribus occubuerunt. Sic *Cicero* in Catilinam, *Gladiator illi confecto et saucio*. Convenit ergo servilibus verbis, et velut iocose verilitergue iactanti, rem confectam

1. *Quidnam rerum gerat.*] Ita Pherm. I. 2. 95. Plautus, Aul. I. 1. 15. *Ne me observare possit*, quid rerum geram.

2. *Astu rem tractavit.*] Ex dolo. Errat enim Donatus, dicens, *astu* hoc loco esse adverbium. Plautus, Epid. IV. 1. 19. *Hanc congrediar* astu.

3. *Quam veram Parmenonem capiet.*] Citat Servius ad Virgil. Aen. 694. Dicitur autem *capere laudem* eodem sensu quo *capere honorem*. Plaut. Bacch. III. 3. 34. — *Parmeno.*] Magnifice de se, quasi de alio et magno homine loquitur. [Nam nomina propria saepe ponuntur pro pronominibus, quando quis de se loquitur. Pherm. V. 8. 38. *Phormionem qui volet lacessito* h. e. me. Hec. V. 4. 38. *an temere quisquam Parmenonem praetereat* i. e. me. Magnam autem vim habet nomen sic positum.]

Carissimum, ab meretrice avara virginem
Quam amábat, eam confici sine molestia,
Sine súmptu, sine dispéndio; tum hoc álterum,
Id véro est, quod ego mihi puto palmárium,
Me répperisse, quó modo adolescéntulus
Meretricum ingenia et móres posset nóscere
Matúre ut quum cognórit, perpetuo óderit.
Quae dúm foris sunt, nil videtur múndius,

V. 6. Bentl. corr. *quo amabas, eum confeci* etc. *Confici* ita est expedivi amorem difficillimum et carissimum, quo amabat virginem ab meretrice avara. *Amare a meretrice virginem* est, in domo et familia meretricis. Sic *amare a lenone* Adelph. III. 2, 30. Plaut. Pseudol. I. 2, 69. Poenul. V. 2, 132.

esse in puella virgine, et non exhibere Chaereae damnum vel negotium. — 5. *Ab meretrice avara virginem quam amabat.*] *Anacoenosis* secunda. *Difficillimum*, quia virginem quam amabat: *Carissimam*, quia a meretrice avara. — 8. *Id vero est.*] *Vero*, nisi ornatiorum esset, nihil significaret. *Palmarium.*] Palma dignum. — 10. *Meretricum ingenia.*] Optime, non *meretricis* dixit, sed potius *meretricum*. — 11. *Mature.*] Cito et ante tempus. *Ut cum cognorit.*] Suaviter non *noverit*, sed *cognorit*, dixit: quod est plenae perspicaciae. *Mature ut cum cognorit.*] Bene addidit *mature*. Fere enim cito cognovisse obfuit: sed id ad illecebram fuit quod * cognitus est cito. — 12. *Quae*

5. *Ab meretrice avara virginem quam amabat.*] Ita dixit, *ab meretrice amabat*, uti Plautus, Pseud. I. 2. 69. *qui amans a lenone.* [*Amorem* i. e. rem quam amabat. Ovid. Met. I. 452. *Primus amor Phoebi Daphne.* Drakenb. ad Sil. Ital. XV. 248.]

6. *Eam confeci sine molestia.*] Sensus est: *Effeci ut virginem suo modo fruendam.* Plautus, Pseud. I. 1. 110. *Sustinesne, si hanc hodie mulierem* efficio *sibi, Tua ut sit?* Donati interpretationem Apuleius firmare videtur, qui *interficere virginitatem* dixit. Adde Burm. ad Petron. c. 29. [*Eam* abundat. Saepe enim Veteres post verba quaedam interjecta *is, hic* et similia ponunt, quae abesse possunt. Infra v. 29. *virginem istam, Thaidi quae hodie dono data est, scis eam hinc esse civem.* Adelph. III. 3. 4. *si illam potest, qui alicui rei est, etiam eum ad nequitiam adducere.* Vid. Interpretes ad Liv. XXV. 37. 1. — *Confeci* h. e. effeci ut ea potiretur. Q. Cic. de petit. consulat. c. 5.]

9. *Palmarium.*] H. e. praecipuum, et dignum, cui palma detur; uti loquitur Heaut. IV. 3. 31.

12. *Mundius.*] Proprie de mulieribus. Plaut. Menaechm. II.

Nec mágis compositúm quidquam, nec mágis elegans:
Quae, cúm amatore [suo] quúm coenant, ligúriunt.
Harúm vidére inglúviem, sordes, ínopiam:

V. 14. spurium esse Bentl. censet. Faërnus suo cum codd. nonnullis om. *Ligurire* secundam semper producere, adeoque *ligurire* scribendum videri, Bentlei. his locis demonstravit: Horat. Serm. I. 3, 31. II. 4, 79. Enn. ap. Donat. Phorm. II. 2, 25. Auson. Ep. 128. Plaut. Capt. I. 1, 16. Idem monet *coenant* invenuste in ultima syllaba acui, et *amatore suo* stulte dictum esse pro *amatoribus suis*.

V. 15. Faërnus et Bentl. *inluviem*, ex codicibus.

---

dum foris sunt.] Apud amantes scilicet. *Nihil videtur mundius.*] Bene *videtur:* non enim sunt. — 13. *Nec magis compositum quidquam.*] Bona varietas. Nam haec omnia per comparativum gradum. *Nec magis elegans.*] More suo, ne diceret *compositius aut elegantius*: ut supra. *Hoc nemo fuit minus ineptus, magis severus.* — 14. *Quae, cum amatore suo quum coenant.*] Unum *cum* praepositio est: alterum coniunctio. Et dicitur haec figura λειπτότης. *Liguriunt.*] Ἀπὸ τοῦ λιγυροῦ quod secundum Graecos *suave* intelligitur. *Ligurire* dicitur, qui eleganter et more senum multo fastidio suaviora quaeque degustat. — 15. *Harum videre ingluviem.*] Ordo erat, *Harum videre inglu-*

---

3. 4. Munditia *illecebra animo est amantum.* Ita Lucretius, IV. 1275. *mundo corporis cultu*, dixit. Horatius, Carm. I. 5. 5. *simplex munditiis.* Phaedrus, IV. 4. 21. *Mundum muliebrem.* 1 Petr. III. 9. ἐνδύσεως ἱματίων κόσμος.

13. *Compositum.*] Ad venustatem formatum. *Componi* proprie res dicitur, quae in iustum et decorum ordinem redigitur. Plaut. Most. I. 3. 97. *Suo quique loco viden' capillus satis* compositus *est commode.* Tum forma et vultus dicuntur *componi* in quandam elegantiam. Tacitus, Annal. IV. 1. *Palam* compositus *pudor.*

14. *Liguriunt.*] Explicat Donatus, et h. l. et supra II. 2. 4. Exemplum ligurientis meretricis est in Plauti Bacchidibus, et Heaut. III. 1. 48. seqq. Apuleius, Metam. X. *Partes opimas quasque devorabam, et rancidiora seligens,* abliguriebam *dulcia.* Vide porro Comment. maiorem.

15. *Ingluviem.*] Festus quasi *inguluviem* format a *gula.* In avibus proprie est sinus ille, in quem cibus reconditur, antequam in ventrem demittatur. Hinc translate pro voracitate sumitur. Horatius, Sat. I. 2. 8. [*Illuvies* a non lavando dicitur et contraria est munditiei. Deteriores libri habent *ingluviem* i. e. voracitatem. Vid. Interpretes ad h. l.]

Quam inhonestae solae sint domi, atque avidae cibi:
Quo pácto ex iure hestérno panem atrum vorent:
Nosse ómnia haec, salús est adolescéntulis.
Py. Ego pól te pro istis dictis et factis, scelus,

V. 18. Bentl. corr. *salúti est.*

---

viem, sordes, inopiam, quam inhonestae solae sint domi: id est, cum solae sint, ut inhonestae, atque avidae cibi: quae quum foris sunt, coenant scilicet. — 17. *Quo pacto ex iure.*] Ex pro *cum* positum est, deest *madidum*, aut *maceratum*, aut *emollitum*; nam apparet et sordidum esse, et quasi atrum durumque panem, qui ex iure hesterno sit comedendus. Qui contrarium *Sallustius* posuit, de deliciis militum loquens, *Panes enim in dies mercari*, inquit. *Ex iure, hesterno panem atrum vorent,*] Hoc est, ut quidam volunt, ex antiquitate mucidum: quasi dicat, panem mucidum hesterno iure, accipientes deglutiunt. — 19. *Ego pol te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar.*] Miro artificio poëtae et ab initio non placatur Pythias nec in gratiam redit Chaereae. Et insuper nunc mire a Parmenone irritatur magis: ut per eam Parmeno terreatur, et per Parmenonem ingredi ad Thaidem cogatur senex; et

---

17. *Ex iure hesterno panem atrum vorent.*] *Panis ater* Graecis itidem μέλας ἄρτος dicitur, quod Germani imitantur. *Furfuribus conspersum panem* vocat Phaedrus, IV. 17. 4. *sordes farris canini*, Iuvenalis, Sat. V. 11. Eandem inopiam tangit Argyrippus ille Plautinus, Asin. I. 2. 16. *Sordide vitam oblectabat pane, in pannis, inopia.* Dixit autem *panem ex iure*, phrasi medica. Plautus, Merc. I. 2. 28. *Resinam ex melle Aegyptiam vorato, salvom féceris.* Celsus, III. 19. *Intritum ex vino.* Sed et generatim in rebus quae miscentur, *ex* valet *cum.* Varro R. R. III. 10. *Pullis apponitur nasturtium ex aqua.* Porro *iure hesterno* dixit pro semeso. Horat. Serm. II. 6. 104. *Multaque de magna superessent fercula coena, Quae proelit extructis inerant* hesterna *canistris.*

18. *Salus est adolescentulis.*] Commodum ingens dixerunt *salutem.* Sensus est: *Salvi sunt adolescentuli, qui haec norunt.* Plautus, Cas. III. 3. 14. *Salus nulla est accipulis, si domum bodie.* [Bentleius emendat *salusi est adolescentulis.* Sueton. Aug. c. 14. *salusi fuit, quod qui desiderabatur repente comparuit incolumis.*]

19. *Pol te pro istis dictis et factis, scelus, ulciscar.*] Plautus, Amph. I. 1. 129. *Ego pol te istis tuis pro dictis, et malefactis, furcifer, Accipiam.* [*Pro istis factis* i. e ita ut mereris pro tuis factis. Hec. II. 1. 12. *an quidquam pro istis factis dignum te dici*

Ulciscar: ut ne impune in nos illuseris.

V. 20. Bentl. ex aliquot libris: *impune nos illuserit.* Sic Heaut. IV, 4, 19. Phorm. V. 8, 22.

demum per senem nuptiae confirmentur. Haec ergo artificibus et eruditis, caetera spectatoribus poëta exhibet.

potest. Sallust. Catil. c. 51. *si digna poena pro factis eorum reperitur.* ubi vid. Cortium.]

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUINTA.

PYTHIAS PARMENO.

Py. Próh fidem Deûm! fácinus foedum! o infélicem adolescéntulum!
'O scelestum Pármenonem! qui ístum huc adduxít.
Pa. Quid est?

Bentleius cum aliis haec praecedenti scenae adnectit, quintam scenam demum inde a verbis: *Ex meó propinquo* ctr. ordiens. — V. 1. Bentl. ex codd. *deûm fidem.* Servius ad Aeneid. II. 502. sic citat: *Proh deum atque hominum fidem.* Unde Bentl. legendum coni. *Proh deum atque hominum, facinus foedum.*

1. *Proh fidem Deûm.*] *Vim magnam ostendit, deorum implorans fidem: quasi in hoc negotio nihil possit humanum consilium. Proh fidem Deûm.*] Simulata perturbatione sui, Parmenonem terret Pythias. *Proh fidem Deûm.*] Haec singula pronuncianda sunt pavido et attonito vultu. *Foedum.*] Crudele. *Sallustius, Foedi oculi. O infelicem adolescentulum!*] Plus est miseriam adolescentis dicere Pythiam, quam irasci ei. — 2. *O scelestum Parmenonem!*] Ut verba sunt, periit miser adolescens, quum in eodem peccato irasci-

1. *Facinus foedum.*] Recte de *crudeli* explicat Donatus Ovidius, Metam. I. 165. Foeda *Lycaoniae referens convivia mensae.*

Py. Miseret me: itaque, ut ne viderem, mínume illúc effugí foras,
Quae futura exémpla dicunt in eum indigna! *Pa.* O Iúppiter!
Quae illaec turba 'st? núminam ego perii? adibo, quid istuc, Pýthias?
Quid ais? in quem exémpla fient? *Py.* Rógitas, audácissime?
Pérdidisti istúm, quem adduxti pro Éunucho adolescéntulum,
Dúm studes dare vérba nobis. *Pa.* Quid ita? aut quid factúm'st? cedo.

tur Parmenoni Pythias, non Chaereae. — 3. *Miseret me.*] Haec omnia quasi secum loquitur: et fingit se nescire, quod assistat Parmeno. — 4. *Quae futura exempla dicunt in eum indigna.*] Graves poenae, quae possunt caeteris documento esse, *exempla* dicuntur. *In eum indigna.*] Modo per *indigna* foeda crudeliaque significat. Ut *Virgil. atque illi Misenum in litore sicco, Ut venere, vident indigna morte peremptum.* — 5. *Quae illaec turba 'st?*] Quae loquitur: aut quam ostentat ex vultu ac dictis. Sed apparet, vultum Pythiae *turbam* dicere. Ut in Andria, *Sed quid Pamphilum exanimatum video? Verear quid sit. Operiar, ut sciam nunc, quidnam haec turba mihi tristitiae adferat.* — 6. *Rogitas, audacissime?*] Totum hoc terribile est in gestu ac vultu Pythiae, et nimis usitatum et femineum. — 7. *Perdidisti istum, quem adduxti.*] Artificiose non accusat, quid peccaverit adversus Thaidem, quasi ex poena adolescentis plus doleat, quam irascatur Parmenoni. — 8. *Dum studes dare verba nobis.*] Bene, *studes dare*: neque enim dedisti. *Quid ita?*] Deest *dicis*: ut sit, *Quid ita di-*

Livius, I. 26. Unde *foedare* est vulnerare et lacerare. Plautus, Amph. I. 1. 91. Foedant *et proterunt hostium copias.* Adde Servium ad Virgil. Aen. II. 55. [*Itaque ut ne viderem.* Recte Perizon. ad Sanctii Min. IV. 11. p. 723. coniungit omnia, et sine interrogatione verba *exempla indigna, quae dicunt in eum futura* refert ad *viderem*, et sic edidit Bentleius.]

4. *Quae futura exempla dicunt in eum indigna.*] Quid *exempla* h. l. sint, recte explicat Donatus. Ita infra IV. 7. 21. Phorm. IV. 4. 7. Plautus, Mostell. V. 1. 67. Exempla *aedepol faciam ego in te.* [*Facere* vel *edere exempla in aliquem* significat grave supplicium de aliquo sumere, ut eius poena aliis exemplum sit. Caes. B. G. I. 31. *in eos omnia exempla crutiatusque edere.* Infra V. 6. 21. *uter-*

Py. Dicam virginem istam, Thaidi hódie quae donó data 'st,
Scis eam hinc civem ésse, et fratrem eius ésse apprime nóbilem?
Pa. Néscio. *Py.* Atqui sic inventa 'st, éam iste vitiavít miser.
Ille ubi id rescívit factum, fráter violentissimus —
Pa. Quídnam fecit? *Py.* Cólligavit prímum eum miseris modis. — *Pa.* Hem! —

V. 9. ante Faërnam erat: *Thaidi quae hodie dem*, ut est in codd. Bembino, ceteris fere Faërno faventibus.

V. 10. Bentl. ex codd. suis: *Scis eam civem hinc esse*, ne *civem* in thesi occultetur. Idem deinde mera coniectura *fratrem eii esse*. Nam, inquit, nunc indicat, fratrem virgini esse; non sumit ut Parmenoni notum. Qui enim potuit hoc scire, qui ne ipsam quidem, quae esset, sciret?

V. 13. Faërn. et Bentl. *Hem* cum nonnullis codd. delent.

---

eis? — 10. *Scis eam hinc civem esse.*] *Eam* abundat: quemadmodum supra, *Quam amabat virginem, eam confeci sine molestia. Et fratrem eius apprime nobilem?*] Haec ad terrorem et gratiam aucta sunt. Nam primo *virginem* posuit post *civem*, ad ultimum *nobilis sororem*. — 11. *Nescio.*] Perturbatur Parmeno: nec negare potuit, nec consentire volebat: sed quasi defensionis loco dixit, *nescio*. *Atqui sic inventa 'st.*] Facile est ut credat, qui dicit *nescio*. Ergo Pythias non laborat, ut suadeat civem esse. *Atqui sic inventa 'st.*] Magnum horrorem incutit audienti, non accusando, sed miserando Chaeream. — 12. *Frater violentissimus.*] Hoc inventum est, quod daretur ad nobilem. — 13. *Colligavit primum eum.*] Mira tarditas, ad torquendum Parmenonem.

---

que in te exempla edent. Vid. Donat. ad h. l. et Phorm. IV. 4. 7. item Drakenb. ad Liv. XXIX. 27. 4.]

10. *Hinc civem.*] Gr. ἐντεῦθεν πολῖτιν. Ita supra II. 2. 3. And. V. 1. 14. — *Apprime nobilem.*] Ita Plautus, Cistell. I. 2. 6. *Adolescens quidam hic est* apprime nobilis.

12. *Frater violentissimus.*] Qui iram cohibere nequeunt, *violenti* dicuntur. Plautus, Truc. II. 7. 43. *Nunc ego meos animos violentos, meamque iram ex pectore Iam promam.* Livius, I. 46. *Duo violenta ingenia coniungerentur.*

Cólligavit? *Py.* Atque equidem orante, ut nihil faceret, Thaide.
Pa. Quid ais? *Py.* Nunc minátur porro, sese id, quod moechis solet: 15
Quód ego nunquam vidi fieri, neque velim. *Pa.* Quæ audácia
Tántum fátuus audet? *Py.* Quid ita tántum? *Pa.* An non hoc máximum est?
Quis homo pro moecho unquam vidit in domo meretrícia
Prándi quemquam? *Py.* Nescio. *Pa.* At ne hoc nésciatis, Pythias,

V. 14. Bentl. corr. *et quidem oranto.* Nam *equidem* in priscis scriptoribus semper personae primae esse.

V. 18. Bentl. *unquam pro moecho*, ne *pro* acuatur et *moecho* in thesi deprimatur.

---

simul etiam relictus ad succurrendum locus. — 14. *Atque equidem orante, ut ne id faceret, Thaide.*] Adeo *violentissimus.* Et recte hoc additum, ne speret auxilium a Thaide. — 15. *Nunc minatur.*] *Minatur*, ut succurri possit ei, qui non sit passus. *Minatur porro, sese.*] Deest *facturum. Quod moechis solet.*] Deest *fieri.* — 17. *Quid ita tantum?*] Nimis callide Pythias hunc dicit *violentum:* et tamen iniustum audaceamque dici non petitur, sed defendit, ut magis terreat Parmenonem. — 18. *Quis homo pro moecho unquam.*] Causa finalis. Virginem civem apud meretricem vitiavit: mercedem offert: petitur ad supplicium. — 19. *Nescio.*] Quam astute dixit *nescio:* ne laborans ad contradicendum amitteret fidem suppliciis personae, ac vera dicentis. Vult enim magis nuntii officio fungi, quam persuadentis. —

---

15. *Quod moechis solet.*] Plusculas moechorum deprehensorum poenas Athenis a Dracone et Solone legislatoribus constitutas collegit Meursius. Them. Att. I. 4. H. l. Chaerea fingitur colligatus, quasi cui deprehenso virilia essent amputanda; ne vasis salvis rediret domum. Cuius exemplum Plautinus miles gloriosus est, Act. V. init. Horatius, Sat. I. 2. 45. *testes caudamque salacem Demetere ferro.*

18. *Pro moecho.*] H. e. ut moechus, seu instar moechi. Supra II. 3. 83. Infra V. 6. 22. Cicero, pro Arch. c. 5. *Ita se iam sum gessisse* pro cive. Auctor Argumenti Militis Plautini: *ipse in domo Satis prehensus poenas* pro moecho *luit.*

19. *Prehendi.*] *Prehendi* et *deprehendi* dicitur, qui in ipso

Dico, edico vobis, nostrum esse illum herilem filium.
Py. Hem,
Obsecro, an is est? *Pu.* Ne quam in illum Thais vim fieri sinas.
Atque adeo autem cur non egomet intro eo? *Py.* Vide, Parmeno,
Quid agas, ne neque illi prosis, et tu pereas: nam hoc putant,
Quidquid factum est, ex te esse ortum. *Pu.* Quid igitur faciam miser?
Quidve incipiam? ecce autem video rure redeuntem senem.
Dicam huic, an non [dicam]? dicam hercle, etsi mihi magnum malum

V. 24. Bentl. *a te esse ortum*, ut Andr. III. 2, 9. II. 1, 25.
V. 26. Bentl. post *an non* de coniectura *dicam* interposuit, ut metro laboranti succurreret.

20. *Dico, edico vobis.*] Ἀθρησις, ut supra, *Ubi quaeram? ubi investigem? Dico.*] Tibi, Pythias. *Edico.*] Omnibus tuis. Ergo ad universos utrumque refertur, et *dico* et *edico*. — 21. *Obsecro, an is est?*] Insultantis, ut in Phormione, *Hiccine eras?* nam sciebat eum esse. *Ne quam in illum Thais vim fieri sinas.*] Quam bene providet Pythias! — 22. *Atque adeo autem cur non egomet intro eo? Py. Vide, Parmeno, quid agas, ne neque illi prosis, et tu pereas.*] Totum hoc ad id addidit, ut senex intromittatur ad confirmandas nuptias. Sed poëta hoc agit, personae nesciunt. — 25. *Quidve incipiam?*] *Facimus* mediocria, *incipimus* ingentia. *Ecce autem video rure redeuntem senem.*] Chorag? est administratio, ut opportune in proscenium. — 26. *Dicam huic, an non?*] Hoc hour esset verisimile, nisi dubi-

crimine et flagitio opprimitur. Plautus, Asin. III. 2. 17. *Ubi parietes perfoderis, in furto ubi sis* prehensus. Cicero, Fam. VIII. 7. *Servius Ocella nemini persuasisset, se moechum esse, nisi triduo bis deprehensus esset.*

21. *Obsecro, an is est?*] Sarcastice interrogat, flagitiique se nescire, quod dudum noverat. Ita Phorm. V. 7. 52.

25. *Vide, quid agas.*] Formula monendi et absterrendi. Supra II. 1. 16. Adelph. III. 2. 45. Phorm. II. 2. 62.

24. *Ex te esse ortum.*] H. e. te eius auctorem esse. Ita Andr. III. 2. 9. Adelph. V. 8. 11.

Scío paratum: séd necesse est, huíc ut subveniát.
Py. Sapis.
Ego abeo intro: tu ísti narra omne[m rem] órdine,
ut factúm siet.

V. 23. codd. *omnem ordinem.* Unde Faërnus et Bentl. *omne ordine.* Sic *omne* absolute Plaut. Amphtr. II. 1, 52.

---

tasset. Quid enim ad Chaeream pertinet, dubitat. — 27. *Scio paratum: sed necesse est.*] Haec causa dubitandi fuit: quod hinc Parmenonis, illinc adolescentis periculum pernitur. *Sed necesse est.*] *Dicere* subaudiendum est: ut sit, *Sed necesse est dicere*, et ἀσυνδέτως inferendum est quod sequitur. Deest enim *propterea*, vel quid tale. *Sapis.*] *Sapis* dicit, non videns quid futurum sit: sed tantum derisisse contenta.

ACTUS QUINTUS.

SCENA SEXTA.

LACHES. PARMENO.

La. Ex meó propinquo rúre hoc capio cómmodi,
Neque agrí, neque urbis ódium me umquam pércipit.

Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.] *Annotandum, quod hujus senis nomen apud* Terentium *non est: apud* Menandrum *Simon dicitur.* — 1. *Ex meo propinquo rure hoc capio commodi.*] Firmatur mentis status trepidantis senis, ut appareat, quam inopinato malo amens fieri possit: quod ipsum superius et in Parmenone servatum est. Imparatis enim mentibus mala maiora sunt. Ergo nunc tam otiosus incedit senex, ut neque mores increpet, nec quidquam suspicetur mali, sed agat gratias proximae villae, cuius beneficio non scit, quid in urbe agerent filii. Et nunc adest, ubi opus est poëtae. Et vide hanc causam fuisse, cur non ad villam diverterit. Omnes villas comicas suburbanas esse, commoditatem ipsam nunc explicat et ostendit. — 2. *Neque agri, neque urbis.*] Tragicus

---

2. *Odium me percipit.*] Particula *per* intendit significatio-

Ubi satias coepit fieri, commuto locum.
Sed estne ille noster Parmeno? et certe ipsus est.
Quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium?
Pa. Quis homo 'st? ehem, salvum te advenisse gaudeo. [here,]
La. Quem praestolare? *Pa.* Périi! lingua haerét metu. *La.* Hem!

V. 6. Bentl. ex codd. *te advenisse gaudeo.* Et *here* duo libri om.

---

apparatus. Delicias memorat, qui pericula cogniturus est. *Odium me unquam percipit.*] Fastidium ex abundantia est. — 3. *Ubi satias coepit fieri.*] Suffecerant ad hanc sententiam duo superiores ii versus: sed *ἐνέργεια* est senilis eloqui, faceti et garruli simul. *Ubi satias.*] Deest *nam:* ut sit, *Nam ubi satias coepit fieri.* Et *coepit* pro *coeperit.* *Satias*, odium: ab eo quod praecedit, id quod sequitur. *Commuto locum.*] Mira brevitate duas res explicuit simul. — 4. *Sed estne ille noster Parmeno? et certe ipsus est.*] Et dubitavit et firmavit postea, utpote senex, visu iam languido, atque oculis aetate defessis. — 5. *Quem praestolare, Parmeno, hic ante ostium?*] Novet non *Cui praestolare*, sed *quem* dixit. Aliter *Tullius* in Catilinam, *Qui tibi ad forum Aurelium praestolarentur.* *Praestolari* est praesto esse et apparere, hoc est, obsequi. — 6. *Quis homo 'st?*] Quare, *Quis homo?* quum providerit venientem. Utrum non vult videri providisse, ne quid fallaciae parasse videatur? Sic et in Andria, *Quasi de improviso respice ad eum.* Vel, quia perturbatur exanimatus, qui dum quid apud Thaidem geratur, auscultat, non videt senem propius abeodere, quem longe viderat. An vero idcirco hoc fingit, quia quae parabat dicere de Chaerea, postquam cominus ventum est, non audet loqui? — 7. *Lingua haeret metu.*] *Virgilius*, *Et vox faucibus*

---

nem verbi simplicis. Plautus, Truc. II. 5. 14. *eius eum cito odium percipit.* coll. Gron. Lectt. Plautt. p. 23.

3. *Ubi satias coepit fieri.*] Ita Hec. IV. 2. 18. Plautus, Pseud. I. 3. 100. *Ut hodie ad lixationem huic suppetat satias lovi.* Accius, Astyanacte: *Quorum crudelitatem nulla unquam explet satias sanguinis.*

5. *Praestolari* proprie est praesto esse alicuius exspectandi causa. Festus h. v. Veteres huic verbo etiam dativum iunxit, ut Cic. ad Attic. II. 15. *ego in Formiano tibi praestolor.* ubi vid. Victorius.]

6. *Salvum te advenire gaudeo.*] Formula adventum gratulantis. Ita Hec. III. 2. 18. Plautus passim.

7. *Lingua haeret metu.*] Id varie exprimitur. Plautus,

Quid est? quíd tu trepidas? sátine salve? dic mihi.
Pa. **Here, prímum te arbitrári, quod res ést, velim:**
Quidquíd huíus factumst, cúlpa non factúmst mea.
La. **Quid?** ***Pa.*** **Récte sane intérrogasti: opórtuit**
Rem praénarrasse me. 'Emit quendam Phaédria
Eunúchum, quem dono huíc daret. ***La.*** **Cui?** ***Pa.***
Thaídi.

V. 8. Bentl. ex codd. *suís tu* ante trepidas inseruit, atque correxit: *Quid est quod tu tr.* Vulgo *tu* aberat.
V. 9. Bentl. ex codd. *id quod res est*, coll. Act. IV. 6, 10.

---

haesit. — 8. *Quid est, quod trepidas?*] Instandum est seni ad audienda, quae de facili nunquam fateretur Parmeno. *Satisne salve?*] *Salve*, integre, recte, commode. *Plautus* in Trinummo, *Benevolens tuas atque amicu 'st. Le. Satin' salve? Satine salve?*] Nunc adverbium est: producta est *e* litera. *Sallustius*, *Inde ortus sermo percontantibus utrimque, satin' salve, quam grati ducibus suis, quantis familiaribus copiis agerentur.* — 9. *Here, primum te arbitrari, quod res est, velim.*] Quod ante narrationem confirmatio inducitur, contra morem et praecepta est: sed merito, quia perturbatus est, licet simul * ut non possit dicere. — 10. *Quidquid huius factum est.*] Absolute, ut supra, *Et quidquid huius feci, causa virginis feci.* Aut deest *rei*: ut sit, *huius rei.* Stomachose. — 11. *Quid?*] *Quid*, interrogat. quis enim ante crimen quam obiiciatur, aut proponatur, neget? *Recte sane.*] Docte *Terentius* ipse se reprehendit. Nam ordine factum non est, prae timore et conscientia. — 12. *Emit quendam Phaedria Eunuchum.*] Vide narrationem a necessariis et urgentibus coeptam non in se continere, nisi quod rei conditio cogit fateri. *Emit*, inquit, *quendam Eunuchum, quem dono huic daret.*] Non dixit, Cui dono daret. Aliter ab amoris mentione coepisset. Deinde τὸ *quendam* ἐξουθενισμὸν significat et σύντειναν ἀνθρός. 13. *Huic.*] *Huic* more suo

---

Cas. III. 5. 25. *Timor praepedit dicta linguae.* Et versu 59. *Timor praepedit verba.* Ovidius, Amor. I. 7. 20. *pavido lingua retenta metu.* Phaedrus, I. 2. 26. *Vocem praecludit metus.* Vide ad And. I. 5. 17.

8. *Quid est? quid trepidas?*] Ita plane de perturbato, et cum metu cursitante, Adelph. III. 2. 25. Vide Interpretes ad Phaed. IV. 5. 3. — *Satin' salve?*] Explicat Donatus. Sensus autem est, *Satin' salve agis?* Vel, *Satin' salvae*, subaudi, *Res sunt.* Ita Plautus, Stich. I. 1. 10. et Trin. V. 2. 53. Livius, I. 58. et XL. 8.

13. *Huic.*] Id dicens Parmeno digitum in Thaidis aedes intendit

La. Emít! perii hercle. quánti? *Pa.* Vigintí minís.
La. Actúmst. *Pa.* Tum quandam fídicinam amat hic Chaérea.
La. Hem! — Quíd? amat? án scit iam ílle, quid meretrix siet?
An in 'Astu venit? áliud ex alió malum.

V. 15. Bentl. corr. *amat hinc Chaerea*, i. e. eadem Thaidis domo.
V. 16. Bentl. ne *amat*, quod in hac repetitione acui debuerit, in thesi lateat, *Hem* priori versui addito, ita refinxit: *Quid? ámat? an idm scit ille, quid m. siet?*

---

dixit potius, quam *Meretrici*. Quin etiam interrogatus, *Thaidi* potius dicturus est, quam ut nomen dicat, quo offenditur Senex. *Eunuchi* autem solius mentio necessaria est: quia dicturus est, pro Eunucho deductum Chaeream. — 15. *Actum est.*] Desperantis verbum. *Tum quandam fidicinam amat hic Chaerea.*] Mire et necessario variavit. Ille *emit*, ut Eunuchum mittat ad Thaidem: hic *amat*, ut deduci se pro Eunucho velit. *Quandam fidicinam.*] Extenuatio criminis est, non quod virginem, quod civem vitiaverit. — 16. *Hem! quid? amat?*] Haec singula pronuncianda sunt: ut stuporem nimiae indignationis ostendat. *An scit iam ille quid meretrix siet?*] Quia fidicina meretrix est. — 17. *An in Astu venit?*] *In Astu*, in urbem de *Piraeo*. Sic Athenienses vocabant urbem suam: unde ipsi incolae ἀστοὶ vocantur. *Aliud ex alio malum.*] Hoc separatim dixit senex, fixis in Parmenonem oculis.

---

14. *Viginti minis.*] Compendium summae, ob sollicitudinem de herilis filii salute. Vide supra I. 2. 89.

15. *Hic.*] Adverbium est, et rursus denotantur Thaidis aedes, quae proximae erant.

16. *An scit iam ille, quid meretrix siet?*] Ita Laches ignarus de virgine loquitur, scilicet quia et meretriculae vulgo fidibus sciebant.

17. *An in astu venit?*] Athenae κατ' ἐξοχὴν dictae Ἄστυ, uti Alexandria *Πόλις*, Roma *Urbs*. Nepos, Themist. 4. *Xerxes protinus accessit* Astu. Idem, Alcib. 6. *Postquam* Astu *venit*. Cicero, de Legib. II. 2. *Ut vestri Attici, priusquam Theseus eosdem migrare ex agris, et* in Astu, *quod appellatur, omnes se conferre iussit, et Sunii erant iidem, et Attici.* — *Aliud ex alio malum.*] H. l. Ex valet *post*. Ita Heaut. III. 3. 37. Cicero, Fam. IX. 19. *Me quotidie* aliud ex alio *impedit*. Virgilius, Aen. III. 494. *Nos* alia ex aliis *in fata vocamur*.

Pa. Here, nè me spectes: me impulsore haec són facit.
La. Omitte de te dícere: ego te, fúrcifer,
Si vívo! sed istuc quídquid est primum éxpedi.
Pa. Is pro illo Eunucho ad Thaídem dedúctus est.
La. Pro Eunúchon'! *Pa.* Sic est. húnc pro moecho póstea
Comprehéndere intus, ét constrinxere. *La.* 'Occidi.

V. 21. codd. plerique *ad Thaidem hanc deductus est.* Inde Bentl. extudit: *ad Thaidem huc deductus est.* coll. Act. II. 3, 60. Liber Bembinus *hanc* omittit.

---

lis. — 18. *Me impulsore haec non facit.*] Ipsum accusat conscientia. Non enim, quod levius est, dixit, *me sciente*: quum plus inferat, *me impulsore.* — 19. *Ego te, furcifer, si vivo!*] Modo omnis saevitia comica aut in comminatione est, aut in apparatu verborum. — 20. *Si vivo!*] Ἀποσιώπησις: *te ulciscar*, quia necessario sequitur. *Sed istuc quidquid est.*] Inventa causa cur supplicia differantur, donec uxorem ducat Chaerea, et ipse purget Parmenonem: secundum argumenta, quae sibi ipse prospexit, iussu coactuque fecisse, et imperio herilis filii sui, Chaereae scilicet. — 21. *Ad Thaidem deductus est.*] Unde ductor ipse sceleratus. — 22. *Pro Eunuchon'!*] Non interrogat, sed exhorrescit. *Hunc pro moecho postea.*] Bene studuit *Terentius*, *pro*, bis numero dicere: et *pro eunucho*, et *pro moecho*. *Pro moecho* autem quasi excusans dixit. Nam vere in virginem Atticam non *pro moecho*, sed *moechus* est. *Hunc pro moecho postea.*] Bene utrumque *pro*, quia neque *eunuchus* est, qui vitiavit virginem: neque *moechus*, qui in domo meretricia. Et specta, quam oratorie transtulerit mentionem vitiatae virginis. *Pro moecho*, inquit, ut culpam Chaereae sub meretricis accusatione celaret. *Hunc pro moecho.*] Bene totum *pro*: quia neque eunuchus, qui ephebus: neque adulter, qui amator. — 23. *Comprehendere intus, et constrinxere.*] Quo dicto vim ingentem inferri significat Chaereae. *Comprehendere* signifi-

---

18. *Me impulsore.*] Ita Plautus, Mostell. III. 3. 13. *Me suasore atque* impulsore *factum audacter dicito.* Vide Donatum ad Adelph. V. 9. 10.

20. *Si vivo.*] Formula in comminationibus usitata. Plautus, Pseud. V. 2. 26. *Erit, ubi te ulciscar, si vivo.* Vide And. V. 2. 25.

Pa. Audácium meretrícum spécta. *La.* Núnquid est
Aliúd mali damníve, quod non díxeris,
Relíquum? *Pa.* Tantum est. *La.* Césso huc intro-rúmpere?
Pa. Non dúbium est, quin mi mágnum ex hac re sit malum:
Nisi quía necesse fúit hoc facere. Id gaúdeo,
Propter me hisce aliquid ésse eventurúm mali.
Nam iám diu aliquam causam quaerebát senex

V. 28. cod. Bemb. *necesse fuit.* Benti. *necessum fuit*, ut saepe est apud Plautum.

cat strictim aliquem in dicinore deprehensum. — 24. *Audaciam meretricum specta.*] Maior impetus accusationis est per plaralem numerum, quam singularem. Sic alibi: *An potius ita me comparem, Non perpeti meretricum contumelias?* — *Audaciam meretricum.*] Oratorie avertit iram senis a se et a Chaerea; atque derivat in meretricem. *Num quid est aliud mali, damnive?*] Bene interrogat: quia omnia invitus servus dicere videbatur. Et cum damnum malum sit, de proximo collatum discernitur: et damnum ad emptionem eunuchi, malum ad comprehensum pertinet et constrictum Chaeream. — 26. *Cesso huc introrumpere?*] In tantam formidinem coniectus est senex, ut non miremur, quod tam cito nuptias firmet ephebi et virginis: et quamvis non honeste, tamen quia ex ingenti metu, vel indigno matrimonio filii vitam parisci velit. — 27. *Non dubium est, quin mihi magnum ex hac re sit malum.*] Suave est nescire personas, quid agat Poëta. Ita non periclitaturus Parmeno. — 28. *Nisi quia necesse fuit.*] *Necessum* est nomen. Nam *necessus*, *necessis*, et *necessitas*, et *necessum* lectum est. *Id gaudeo.*] Scilicet, ut succurratur Chaereae periclitanti. — 29. *Propter me.*] Plus dixit, quam si *per me* diceret. *Hisce aliquid.*] Meretricibus, non adolescentibus. Et item pluraliter suo more: Ut, *Audaciam meretricum specta.* Et, *Non perpeti meretricum contumelias.* — 30. *Nam iam diu aliquam causam quaerebat senex.*] No-

24. *Numquid est aliud mali reliquum?*] Lucilius, apud Non. *Id solum adversae fortunae reique resistit.*

26. *Tantum est.*] Formula abrumpendi sermonem, quum significamus, nihil restare, quod dicendum sit. Hec. V. 3. 15. Plautus, Merc. II. 2. 11. *Lo. Numquid amplius? Ly.* Tantum est. — *Cesso huc introrumpere?*] Ita Plautus, Mil. II. 5. 50. Intro rumpam *recta in aedes.* Amph. IV. 8, 15.

Quamobrem insigne aliquid faceret his. Nemo reperit.

V. 31. codd. nonnulli: *insigne faceret aliquid.* Alii libri: *aliquid insigne faceret.* Bentl. corr. *Quamobrem aliquid aegre faceret iis;* etc.

---

ta *causam* pro occasione. — 31. *Quamobrem insigne aliquid faceret.*] Manifestius hoc *Menander* explicat, iampridem infestum meretrici senem, post corruptum ab ea Phaedriam: nunc demum se inventa occasione vindicaturum. *Quamobrem.*] Quamvis dixisset *causam*, intulit *quamobrem. Insigne aliquid.*] Magnum et nobile facinus. *Faceret.*] Ἰδιωτικῶς dixit.

---

31. *Insigne aliquid faceret his.*] Ita dixit, uti supra IV. 1. 10. *facere huic aegre.* Plaut. Cas. III. 4. *Quin capio tibi* Quin aliquid aegre facere *quin faciam lubens.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA SEPTIMA.

PYTHIAS. PARMENO.

Py. **Numquam aédepol quidquam iám dia, quod mágis vellem evenire,**
Mi evénit, quam quod módo senex intro ád nos venit érrans.

Numquam aedepol quidquam iam diu.] *Pythias egreditur veluti irrisura Parmenonem, ut ipsa putas; egredi autem a Poëta cogitur, ut doceat populum, quid intus egerit senex. Ergo persona cachinnans inducitur, quaerens Parmenonem: aspectuque eius ob nimium risum vix loqui posse.* — 1. *Numquam aedepol quidquam.*] Rarum est evenire quod velis: et quod maxime velis, id rarum magis. — 2. *Intro ad nos venit errans.*] Non gressu errans nec via,

---

1. *Numquam quidquam.*] Amant hae voces iungi. Ita And. I. 2. 3. Supra IV. 4. 11. Adelph. I. 2. 18. et IV. 1. 13. et V. 4. 1. Ita et *nunquam usquam.* Eun. V. 9. 62.

Mihi sólae ridículo fuit, quae, quid timeret, scíbam.
Pa. Quid hoc aútem 'st? *Py.* Nunc id pródeo, ut convéniam Parmenónem.
Sed ubi, óbsecro, est? *Pa.* Men' quaérit haec? *Py.* Atque éccum video. adíbo.
Pa. Quid ést, inepta? quíd tibi vis? quid rides? pergin? *Py.* Périi.
Deféssa iam sum mísera te rídendo. *Pa.* Quid ita? *Py.* Rógitas?
Nunquám, pol, hominem stúltiorem vídi, nec vidébo. ah,
Non póssum satis narráre, quos ludós praebueris íntus.
At étiam primo cállidum et disértum credidi hóminem.

V. 3. *solae* omnes codd. et mss. cum Priscian. p. 678. Alibi *soli*, ut Eun. III. 2, 27. IV. 2, 9. IV. 7. 23. Adelph. I, 1. 9. Hec. III. 2, 15. III. 3, 50. Phorm. II. 3, 58. Quae omnia quum sint masculini generis, Bentleius colligit, veteres *solae* dixisse, non tamen *solo;* et *alterae* (Heaut. II. 3, 30.), non *altero.*

V. 5. Bentl. ex codd. *me quaerit haec.*

V. 6. ob creticum *quid tibi vis* claudicat. Bentl. corr. *quid tibi est.*

V. 9. Bentl. corr. *quos praebúeris lúdos intus.*

V. 10. Bentl. ex codd. *ac disertum.*

---

sed animo et opinione. — 3. *Mihi solae ridiculo fuit.*] *Soli* regulariter dicitur: *solae* non recte, sed antique, ut alibi, *Hoc ipsa in itinere, alterae dum narrat, forte audivi.* — 4. *Quid hoc autem est?*] Ridentem miratur Parmeno. *Nunc id prodeo.*] Propter id. Ostendit, quam multum rideat petulans puella. *Perii.*] Proprie hic verbum est aptum, quasi sit lassa ridendo. — 8. *Nunquam aedepol hominem stultiorem vidi.*] Postquam *rogas* dixerat, quasi narratura videbatur, et redit ad insultationem. — 9. *Quos ludos praebueris intus.*] Ex errore et metu nimio senis, credentis constrictum filium se offensurum in domo meretricis. — 10. *At*

---

5. *Men' quaerit haec?*] Ita Adelph. II. 4. 1. IV. 2. 4.

6. *Inepta.*] Leve convicium in mulierem. And. IV. 4. 52.

8. *Nunquam, pol, hominem stultiorem vidi.*] Ita Coelius ad Cic. Fam. VIII. 15. *Ecquando tu* hominem ineptiorem, *quam tuum Cn. Pompeium*, vidisti, *qui tantas turbas, qui tam nugax esset, commorit?*

10. *Disertum.*] H. e. Ingeniosum et expromptum, qui se unde

Quid? ílicone crédere ea, quae díti, oportuit te?
An poénitebat flágiti, te auctóre quod fecísset
Adoléscens, ni miserum ínsuper etiám patri indicáres?
Nam quid illi credis animi [tum] fuísse ubi véstem vidit

V. 12. ante Bentl. erat *flagitii.*
V. 14. Bentl. corr. *Nam quid illi credis tum animi f.*

---

etiam primo callidum ac disertum credidi hominem.] Haec omnia sic in scena pronunciata sunt, ut risu interrumpi verba puellae viderentur. Maiorisque insultationis est, si is qui fatigat alterum, dicat se ante de illo multo aliter sensisse. — 11. *Ilicone credere.*] Non ideo hoc dicit, quod personae suae fidem deroget: sed quod res incredibilis fuerit, quam illi persuaserit: aut certe si credendum fuerit, non statim neque examinata, neque facta rei cognitione. *Illicone credere.*] Obiurgatio de tempore. — 12. *An poenitebat flagitii.*] Illud quod supra, a stulto: hoc quod nunc dicit, a malo fieri potuit. Illud, ab imprudente: hoc quod peius est, a sciente. *An poenitebat flagitii.*] Parvum videbatur. Ipse alibi, *Quantum hic operae fiat, poenitet.* *Plautus* in Truculento, *Poenitetne te, quod ancillam solam nimis erumpere?* * — 13. *Ni miserum insuper etiam patri indicares?*] Duo obiicit: unum, quod male consuluerit: alterum, quod male prodiderit consilia sua. Et bene *Indicares.* Nam *indicium* dicitur eius, qui una peccaverit. *Ni miserum insuper etiam patri indicares?*] Ad invidiam Parmenonis miserum dicit adolescentem: eo modo quo Iuno accusans Venerem ait, *an miseros qui Troas Achivis Obiecit.* Sic enim agimus, quum ab his, qui falso rei sunt, in auctores culpam sceleris removemus. — 14. *Nam quid illi.*] Adole-

---

cunque expedire posset. Ita literae dicuntur *disertae*, quae cum sale scriptae sunt. Cicero, Fam. III. 11. *Sed si, ut scribis, hae literae non fuerunt* disertae, *scito meas non fuisse.*

12. *An poenitebat flagiti.*] *Poenitere* non dicitur earum rerum, quibus contenti non sumus. Phorm. I. 3. 30. Attius, Nyctegresia: *Tun' quod superest socium, mittis leto? an lucti* poenitet? Plautus, Poen. I. 2. 71. Poenitet, *Exornatae ut sumus.* Cicero, Fam. I. 7. *Me meae* (fortunae) *ne nimium* poeniteret, *tua virtus perfectum est.* [Conf. Ernesti Clav. Cic. s. v.]

13. *Indicares.*] H. e. Scelus eius proderes. Ita Heaut. III. 3. 23. Plautus, Cistell. II. 3. 45. *Me* indicabit, *et suas ad meas miserias addet.*

14. *Quid illi credis animi tum fuisse?*] Ita Adelph. IV.

Illam ésse eum indutúm pater? quid [est]? iám scis te perísse?

Pa. Hem! quíd dixisti, péssuma? an mentíta es? etiam rídes?

Itan' lépidum tibi visum ést, scélus, nos írridére? *Py.* Nímium.

Pa. Si quidem ístuc impune hábueris. *Py.* Verúm? *Pa.* Reddam hercle. *Py.* Crédo.

Sed ín diem istuc, Pármeno, est fortásse, quodminitáre.

Tu iám pendebis, quí stultum adolescéntulum nobílitas

V. 15. idem *est* delet. Sic v. 11. *Quid illicone?*

V. 16. Bentl. ex aliquot codd. *dixisti* pro vulg. *dixti* dedit. Suspicatur tamen, fortasse *Hem* ad priorem versum referendum, et servato *dixti* ante *mentita es* pronomen *mihi* inserendum esse.

V. 19. Bentl. propter codd. *minata.*

V. 20. Bentl. corr. *Tu iám pendebis, stúlte, qui adolescéntulum nobilitas Flagitiis et patri indicas: utérque exempla in te édent.* Duo codd. *Et eundem patri indicas.* Et, *Exempla in te edent.* Bentleii codd. omnes cum vett. editt.

---

scenti scilicet. — 15. *Quid est? iam scis te perisse?*] Hoc non stupentibus ac culpam patientibus dicitur. — 16. *Hem, quid dixti, pessuma?*] Nunc demum intelligit Parmeno, se esse delusum. *Etiam rides?*] Apparet eam ex huius stomacho vehementius cachinnare. — 17. *Nos irridere?*] *Nos* superbius dixit, quam si diceret *me*. — 18. *Siquidem istud impune habueris.*] Subauditur, *Tum nimium.* *Verum?*] Irridentis interrogatio. — 19. *Sed in diem istuc.*] In longam dilationem, unde *dilatio* est dicta diei prolatio. — 20. *Tu iam pendebis.*] *Iam* nimiam velocitatem significat. *Nobilitas flagitiis, et eundem indicas.*] Duas

---

5. 31. Cicero, Fam. VI. 7. Quem putas animum esse, *ubi secum loquitur?* Ovidius, Trist. III. 3. 5. Quid mihi nunc animi *dura regione iacenti Inter Sauromatas esse Getasque* putas?

19. *In diem.*] H. e. aliquo tempore post futurum. Phorm. V. 2. 19. Nepos, Att. cap. 9. *Quum ille fundum secunda fortuna emisset in diem.* Sed quandoque unius diei moram denotat. Ovidius, Metam. II. 48.

20. *Pendebis.*] Pendens caedere. Solebant autem servi et servae vapulantes suspendi ad trabes. Phorm. I. 4. 43. Plautus, Mostell. V. 2. 45. *Verberibus caedere, lutum, pendens.* Asin. III. 3. 26. *qui pendet, multo est miserior.* Est autem emphasis in voce *Iam.* Ita

Flagítiis; et eundem índicas. utérque in te exempla édent.

Pa. Nullús sum. *Py.* Hic pro illo múnere tibi honós est habitus. ábeo.

Pa. Egomét meo indício, miser, quasi sórex, hodie périi.

res significat simul: et cogis flagitia facere, et facientem indicas. — 21. *Utérque in te exempla édent.*] Nova ac mira tormenta, quae pro *exemplis* narrentur; aut quae documenta sint caeteris, ne delinquant, *exempla* dicuntur. Et *edent*, et *edet* legitur. Si *edent*, figuratum est: si *edet*, recta. Et plus est *edet*, quam *dabit*. — 22. *Nullus sum.*] Hoc secum Parmeno. *Hic pro illo munere tibi honos est habitus. abeo.*] Εἰρωνικῶς et παραφρονικῶς. *Pro munere.*] Et honos rumigerulis [munigerulis corr. Bentl.] haberi solet. — 23. *Egomet meo indicio, miser, quasi sorex, hodie perii.*] Proprium soricum est, vel stridere clarius quam mures, vel strepere magis, quum obrodunt frivola: ad quam vocem multi se intendentes, quamvis per tenebras noctis, transfigunt eos. *Plautus: Confossiorem te faciam soricina naenia. Egomet meo indicio.*] Proverbium in eos, qui ipsi se produnt, quia sorex non facile caperetur, nisi emitteret vocem noctu. *Quasi sorex, hodie perii.*] Quia latere potuit, nec occidi, si taceret.

Virgilius, Aen. II. 550. *Nunc morere.* — *Nobilitas flagitiis.*] Scilicet *nobilis* et *nobilito* etiam in deteriorem partem sumitur. Est autem *nobilis* is qui noscitur, q. d. *noscibilis*. Hec. V. 2. 31. Plautus, Pseud. IV. 7. 10. *Neque his unquam* nobilis *fui*. Titinnius: *Ne eam malefactis* nobilitaret. Cicero, Off. II. 7. Nobilitata *crudelitas*. [Conf. intpp. ad Liv. XXXIX. 4.]

22. *Hic pro illo munere tibi honos est habitus.*] Mercedem et praemium honorem dixerunt. Lucilius, XXX. 6. *Virginis hoc pretium, atque hunc reddamus* honorem. Cicero, Fam. XVI. 9. *Curio misi, ut medico* honos *haberetur*. *Phaedr.* IV. 24. Quantus nunc honos illis a superis sit tributus. [*Pro illo munere* est pro Eunucho.]

23. *Meo indicio.*] Imitatus Ausonius, Idyll. XI. Praefat. ad Symmachum: *Latebat inter nugas meas libellus ignobilis, utinamque latuisset, neque* indicio suo tanquam sorex periret.

ACTUS QUINTUS.

SCENA OCTAVA.

GNATHO. THRASO.

Gn. Quip nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus? quid coeptás, Thraso?
Th. Egone? ut Thaidi me dedam, et fáciam quod iubeat. *Gn.* Quid est?
Th. Quí minus, quam Herculés servivit Omphalae?
Gn. Exemplúm placet.

V. 2. Bentl. corr. *Quid ais?* ut *ais* sit monosyllabum.

---

1. *Quid nunc? qua spe, aut quo consilio huc imus?*] Reminiscere, hunc esse, qui supra militi dixerit de Thaide, *Iam dudum te amat*, et rursus, *Iam tibi haec aderit supplicans ultro.* Et hinc videbis, quos exitus habeat assentatio. Nam idem militi auctor est summae desperationis. Et animadverte, quod semper a mensa Gnatho invitus abstrahatur: nam et supra quum ad litem venitur, ex verbis Thrasonis manifestum est, et Gnathonem invitum sequi, ubi dicit, *Hanccine ego ut contumeliam tantam, tam insignem in me accipiam, Gnatho? Mori me satius est.* Et bene, *Qua spe, aut quo consilio?* tanquam omnia expertus, et nec muneribus gratus, nec terroribus metuendus. *Qua spe.*] Parasitus intelligit quid agat miles: sed ad hoc inducitur interrogare ipsum militem, ut populus audiat, quo consilio veniat ad Thaidem. *Quid nunc? qua spe.*] Summa desperatio est apud militem reconciliandae amicae, ad hoc ut aequo animo ferat admitti Phaedriam, dum ipse quoque recipiatur. Nam non in fine fabulae contristandus est. *Quid inceptas, Thraso?*] *Incipere* magnorum facinorum est et audaciae. — 2. *Ut Thaidi me dedam.*] Post indictionem belli et instructionem pugnae quid sequatur, nisi deditio superatorum? *Et faciam quod iubeas?*] Proprie: nam in deditione victores iubent, victi obsequuntur. — 3. *Qui minus, quam Hercules servivit Omphalae?*] Hic

---

2. *Quid est?*] De vera horum versum lectione, et personarum distinctione vide Comment. maiorem.

'Utinam tibi commítigari vídeam sandalió caput!
Séd fores crepuérunt ab ea. *Th.* Périi! quid hoc autém 'st mali?
Húnc ego numquam víderam etiam. quídnam hinc properans prósilit?

V. 5. pro vulg. *crepuere* Faërnus et Bentl. ex codd. *crepuerunt.*
V. 6. Bentl. *quidnam hic properans prosilit?* ex codd.

Terentius exprimit consuetudinem, in qua ignavis rationes [illegible] et exempla suppeditant. Nam sic et supra de Pyrrho. Omphale Lydiae regina fuit, quae Herculem sibi servientem etiam ad lanificium compulit: quum ipsa calathum, et colum, [illegible] foeminea, sagittis et clava, leonisque tegmine mutasset. *Hercules servavit Omphalae.*] Subauditur, *et ego serviam Thaidi?* — 4. *Utinam tibi commitigari videam sandalio caput!*] *Commitigari* est tundendo deprimi atque deponi. *Sandalio caput.*] Plus dixit *caput*, quam si aliam partem corporis diceret verberari. Et mire, calceamento caput verberari. — 5. *Perii! quid hoc autem est mali?*] Eunuchi habitu Chaerea, sed virili confidentia prosilit, et militem velut novi rivalis terret aspectu. — 6. *Hunc ego numquam videram.*] Ideo Chaeream miratur.

---

4. *Utinam tibi commitigari videam sandalio caput!*] Haec Gnatho ad spectatores conversus. Ita Nonius v. *Mitis* laudat e Turpilii Lindia: *Misero mihi mitigabat sandalio caput.* Dubium autem nullum est, quin Gnatho respexerit sortem Herculis, cuius caput Omphale regina sandalio percussisse narratur a Luciano, Libro de Conscrib. Hist. Erantque usitata mulierum arma ungues et sandalia. De unguibus supra, IV. 3. 6. Non tantum autem sandaliis, sed et soleis et sculponeis in verberando utebantur. Persius, Sat. V. 169. *Solea, puer, obiurgabere rubra.* ubi vid. Casaub. Plautus, Cas. II. 8. 59. *St. Soleas. Ch. Qui, quaeso, potius quam sculponeas, Quibus batuatur tibi os, senex nequissime.* Porro *commitigari?* eleganter dicitur duri militis *caput.* Adelph. II. 4. 12. Plaut. Mil. V. 31. Mitis *sum equidem fustibus.* Metaphora a salsamentis deducta, quae verberando mitia et mollia fiunt.

5. *Fores crepuere.*] Vide ad And. IV. 1. 59. Dixit autem *fores ab ea*, uti And. III. 1. 3. ubi vide.

6. *Hinc.*] H. e. E domo Thaidis. [*Etiam* i. q. *adhuc*, observante Bentleio, qui confert Act. V. 9, 62. laudato Servio ad Aen. XI. 352.]

ACTUS QUINTUS.

SCENA NONA.

CHAEREA. PARMENO. PHAEDRIA. GNATHO. THRASO.

Ch. O POPULARES! écquis me hodie vívit fortunátior?
Nemo hércle quìsquam: nam ín me plane Dí potestatém suam
Omnem óstendere: cuí tam subito tót contigerint cómmoda.
Pa. Quid hic laétus est? *Ch.* O Pármeno mi, o meárum voluptatum ómnium

V. 1. ex codd. compluribus refinxit Bentl. Ante eum legebatur *vivit hodie fortunatior.*

1. *O populares! ecquis me vivit hodie fortunatior?*] *Hic persona Chaereae est fervens gaudio, ut adolescentuli est in properis rebus. O populares!*] Non mirum, si insane exsultat nuptiis, qui iam dudum ob id solum, quod vitiaverat virginem, laetabatur. — 2. *Nemo hercle quisquam.*] Et interrogavit, et respondit sibi. *Nemo hercle quisquam.*] Παρίλλον tertium. — 3. *Cui tam subito tot contigerint commoda.*] *Tam* qualitatis, *tot* quantitatis est. — 4. *Quid hic laetus est?*] Inventa persona est, ad quam gesta haec narret Chaerea, ut populus et miles instrua-

1. *Populares.*] Vide ad Phorm. I. 1. 1. — *Ecquis me vivit hodie fortunatior?*] Ita Plautus, Rud. IV. 5. 1. *Quis me est fortunatior?*

2. *Nemo quisquam.*] Ita Hec. I. 1. 10. Et Plautus, Bacchid. II. 3. 22. *Nullum alterum.* — *In me plane Di potestatem suam omnem ostendere.*] Descriptio summae felicitatis, qualis illa And. V. 6. 9.

Invéntor, inceptór, perfector! scín' me in quibus sim gaúdiis?
Scis Pámphilam meam invéntam civem? *Pa.* Audívi. *Ch.* Scis sponsám mihi?
Pa. Bene, íta me Dî ament, fáctum. *Gn.* Audin' tu, hic quíd ait? *Ch.* Tum autem Phaédriae
Meo frátri gaudeo ésse amorem omnem ín tranquillo: uná 'st domus.

V. 7. vulgo *audin tu illum, quid ait.* Mutarunt Faërn. et Bentl. ex codd.

---

tur, quid intus gestum sit. — 5. *Inventor, inceptor.*] *Invenire* sapientis est: *incipere*, audacis, *perficere*, constantis. Ergo plena laudatio est. Et constat, hoc Chaeream laudative dicere. Nam in subditis solum consilium attributurus est Parmenoni. *Scin' me in quibus sim gaudiis?*] *Σύλληψις.* Et nota *scin' me:* quum sufficeret *scin'*. Ergo *me* abundat: et est figura *περιαιρούς.* — 6. *Scis Pamphilam meam.*] Amatorie dixit *meam:* vel potius sponsam meam, vel quam amo. *Inventam*] Cognitam. *Civem.*] Deest *esse.* *Scis sponsam mihi?*] Deest et *esse*, et est *sponsa* nunc participium. — 7. *Audin' tu illum, quid ait?*] Hoc vultu mutato et turbato dicitur. — 8. *Amorem esse omnem in tranquillo.*] Bene *in tranquillo*, quia mari et tempestatibus amicae mobilitas et instabilitas comparatur. Sic *Horat. Simplex munditiis, heu quoties fidem Mutatosque Deos flebit; et aspera Nigris aequora ventis Emirabitur insolens; Qui nunc te fruitur credulus aurea.*

---

5. *In quibus sim gaudiis.*] Eadem ratione dicitur quis *esse in moerore.* And. IV. 2. 10.

6. *Inventam.*] Ita eleganter de inopinato eventu. Phaedrus, I. 12. 1. *Laudatis utiliora, quae contemseris, Saepe* inveniri.

8. *Fratri gaudeo esse amorem omnem in tranquillo.*] Summam securitatem *tranquillum* et *rem tranquillam* dixerunt. And. III. 5. 14. Phorm. IV. 4. 9. Metaphora a mari tranquillo deducta. Lucret. V. 11. *Fluctibus e tantis vitam, tantisque tenebris In tam* tranquillo *et tam clara luce locavit.* [*In clientelam et fidem* i. e. nos patronos cepit, sive, ut Attici dicebant, *προστάτας*, quos omnes peregrini Athenis habebant. *Fides* et *clientela* saepe tanquam synonyma coniunguntur. Cic. pro Resc. Am. c. 33. Vid. Duker. ad Flor. III. 1. p. 428.]

Thaïs patri se cómmendavit ín clientelam ét fidem:
Nobís dedit se. *Pa.* **Frátris igitur Tháis tota 'st.** *Ch.*
Scílicet.
Pa. **Iam hoc áliud est quod gaúdeamus: míles pellétur foras.**
Ch. **[Tum] Tu, fráter ubi ubi est, fác quam primum haec aúdiat.** *Pa.* **Visám domum.**
Th. **Numquíd, Gnatho, tu dúbitas, quin ego núnc perpetuo périerim?**
Gn. **Sine dúbio, opinor.** *Ch.* **Quíd commemorem prímum, aut laudem máxume?**

V. 9. Bentl. ex codd. suis *Thaïs se pátri.* Idem deinde post *commendavit* distinxit, ut verba *in clientelam et fidem* cum *se dedit* coeant.
V. 11. ante Bentl. *pellitur.*
V. 12. Bemb. *tu* omittit. Bentleius *Tum* delendum vidit.
V. 13. *tu* vulgo omissum e Bembin. addidit Bentlei.

— *Una 'st domus.*] Post Pamphilae nuptias. — 9. *Thaïs patri se commendavit.*] Hoc est quod profuit Phaedriae. *In clientelam et fidem.*] *In clientelam*, ut ametur; *fidem*, ut defendatur. — 10. *Fratris igitur Thais tota 'st?*] Bene *tota:* ut ne ex parte quidem sit militis. — 11. *Miles pellitur foras.*] Sunt gaudia ex nostris bonis: sunt gaudia ex aliorum malis, hostium aut inimicorum. Ergo utrumque genus gaudiorum complexus est. — 12. *Visam domum.*] Bene domi quaeritur amator exclusus: nam neque ruri, neque in foro est. — 13. *Perpetuo perierim.*] Quia illud *periisse* supra, temporale videbatur. *Quin ego nunc perpetuo perierim.*] Hic iam militi neque serviendi amicae, ut apparet, praebetur locus. — 14. *Sine dubio, opinor.*] Quia non

10. *Tota.*] H. e. ita in potestate et arbitrio fratris, ut in nulla apud eam parte haereat miles. Livius, III. 59. *Quod adeo* toti *plebis fuissent.* [Conf. Drakenb. ad Liv. XXV. 16. 19.]

12. *Ubi ubi est.*] H. e. ubicunque est. And. IV. 2. 1. Supra II. 3. 4.

13. *Perpetuo.*] H. e. certissime. Heaut. IV. 5. 33. et IV. 8. 22. Plaut. Most. III. 1. 5. *Nunc pol ego perii plane in perpetuum modum.*

14. *Quid commemorem primum, aut laudem maxi-*

Illúmne, qui mi cónsilium dedit, út facerem: an me, qui aúsus sim
Incípere? an fortunám collaudem, quaé gubernatríx fuit:
Quae tót res, tantas, tam ópportune in únum conclusít diem?
An meí patris festívitatem, et fácilitatem? ô Iúppiter!

V. 15. Bentl. corr. *qui mi dedit consilium* (ut est in Bemb.) *an me qui id ausus sum.*

---

quis dicitur perpetuo periisse. Quid enim opus hac exceptione est, quando nemo ita perit, ut temporaliter pereat, et postea fiat non perditus? Correxit parasitus stulti dictum militis: non illum *perpetuo*, sed *sine dubio* periisse, *opinari* respondens. Non est enim contrarium, *Opinor te periisse sine dubio*, pro, certo periisse. Confirmatur periisse miles, ut post tanta munera ex desperato supplex, ex supplice patiens rivalis existat. *Quid commemorem primum?*] *Διαπόρησις* oratoria familiaris laudantibus. *Cicero, Unde igitur potius incipiam?* Hoc autem fit, ubi omnia et magna videntur et paria. — 15. *Illumne, qui mihi dedit consilium.*] Attribuuntur personis consilia, facta, casus, et orationes. Ergo hic laudatur consilium Parmenonis, factum Chaereae, casus fortunae, id est, eventus: oratio senis. *Illum, qui mihi dedit consilium.*] Tria sunt in vita hominum, consilia, facta, successus. Consilium animi est: factum corporis: successus fortunae. *Illum.*] Parmenonem scilicet. — 17. *Quae tot res.*] Bene, *tot res*: quasi dicat, Eunuchum pro quo duceretur, commendationem virginis, absentiam meretricis, occasionem vitii inferendi, patris interventum in nuptias. — 18. *An mei*

---

me?] *Ἀπορία* est. Ita Virgilius, Aen. 664. *Quem telo primum, quem postremum, aspera virgo, Deiicis?* ubi vide, quae notavit Cerda.

16. *Gubernatrix.*] Ita Plautus de Fortuna, Merc. III. 4. 12. *Divûm atque hominum quae spectatrix atque hera eadem es hominibus.* Aliter cepit Cicero, Att. VIII. 4. *Cuius Fortunae nos, quantum humano consilio effici poterit, motum ratione quadam gubernabimus.*

17. *Quae tot res, tantas, tam opportune in unum conclusit diem.*] Ita Phorm. V. 6. 1. et 2. Caecilius, Umbris: *Nullae nationi tot, tantas, tam continuas victorias, tam brevi spatio datas arbitror, quam vobis.*

[18. *Festivitatem* i. e. comitatem. Adelph. V. 9. 29. *quod te isti*

Serva óbsecro haec nobís bona. *Ph.* Dí vostrám fidem! incredíbilia
Pármeno modo quaé narravit. séd ubi est frater? *Ch.* Praésto adest.
Ph. Gaúdeo. *Ch.* Satis crédo. nihil est Tháide hac, fratér, tua
Dígniùs quod amétur: ita nostrae ómni est fàutrix fámiliae. *Ph.* Hui.
Míhi illam laudas? *Th.* Périi! quanto mínus spei est, tanto mágis amo.

V. 19. Bentl. ex codd. suis *haec bona nóbis.* ut ictus feriant rectius.
V. 22. vulgo deerat *Hui*, quod Bentl. ex codd. suis et vett. éditt. restituit.

---

patris festivitatem?] Etiam patri laus impartienda est. Nam non erat transeundum *festivitatem*, qua et festivus amatori non obstitit, quod ignovit ut facilis: unde *festivitas* in dictis, *facilitas* vero in animo et factis. *Festivitatem.*] Laetitiam: ut, *festivus dies est.* — 19. *Dí vostram fidem!*] Cito intervenit Phaedria, utpote qui domi erat. — 20. *Quae narravit.*] Nimios affectus in utramque partem defectus orationis amat: est ergo ἔλλειψις; deest enim *gaudeo.* — 21. *Satis credo.*] Sic dici nota agentibus solet. Recte igitur huic dicitur, cui fiunt nuptiae, *gaudeo:* et ille sic respondet, ut amicis gratulantibus decet, *Satis credo. Credo* autem ideo, quia multi se fingunt gratulari, quum invideant: gaudere, quum doleant. — 23. *Mihi illam laudas?*] Scilicet amatori eius. Et *mihi* pronunciatione iuvandum est. *Perii! quanto minus spei est, tanto magis amo.*] Hic vero est ardor insanissimus: ut *Virgilius, Formosum pastor Corydon ardebat Alexin: Delicias domini.* Et profecto sic est, sapientes spe maxime ad amorem coguntur: stulti for-

---

facilem et festivum putant i. e. suavem, comem. Manutius ad Cic. Epist. ad Div. VI. 4.]

[20. *Praesto adest* pro praesto est. Iustin. I. 6. *iubet omnes praesto securibus adesse.* ubi errat Vorstius rectius putans *praesto esse* quam *praesto adesse.* Cic. ad Div. IV. 8. *ut ad omnia, quae tui velint, adsim praesto.* ubi vid. Manutius. Curt. VII. 1. *edicit ut omnes in vestibulo regiae praesto adforent.*]

[22. *Fautrix* regit casum verbi *favere*, a quo derivatur. Hec. prol. II. 40. *ut vestra auctoritas meae auctoritati fautrix sit.* Vid. Bentleius ad h. l.]

'Obsecro, Gnatho, in te spes est. *Gn.* Quid vis faciam? *Th.* Pérfice hoc
Précibus, pretio, ut haéream in parte áliqua tandem apud Thaídem.
Gn. Difficile est. *Th.* Si quid collibuit, nóvi te. hoc si efféceris,
Quód vis donum et praémium a me optáto, id opátum feres.

V. 26. Cod. Bemb. cum aliis *collibitum*. Hinc Bentl. et e Donato *collibitumst*, ut ap. Plaut. Cistell. I. 2, 9. Merc. II. 1, 34.
V. 27. *et* post *donum* Bentl. cum aliis omisit.

---

ma tantum. — 24. *Obsecro, Gnatho, in te spes est.*] Mire, quasi desperatis omnibus auxiliis, abiecta nimis supplicatio inducitur. Nam et *obsecro*, et *Gnatho* id significant, et *in te spes est. Quid vis faciam?*] Non est hoc interrogantis, sed ostendentis, non esse quid faciat. — 25. *Precibus, pretio.*] Nihil militi superest praeter precem, ut victo: et pretium, ut diviti. Nihil aliud optat, quam sic res eant, ut persona Thaidis conveniri possit. *Precibus, pretio.*] Ἀσύνδετα velut afflicta et lassa pronuncianda sunt. *Pretio.*] Varie: quia alibi dixit, *precario*. *Ut haeream.*] Τὸ *haeream* ultimum genus beneficii est. *In parte aliqua.*] Non enim *parte* dixit: ut aequa intelligatur. *Tandem.*] Et desperantis est, et difficulter credentis. *Tandem* non est adverbium temporis: sed nunc *saltem* significat. — 26. *Difficile est.*] Vultu et pronunciatione, asseveratione firmandum est. *Si quid collibuit.*] Ἔλλειψις: pro, Si quid collibitum est, efficis. *Novi te.*] Deest *perficis*. Sed ubique plura gestu significat miles, utpote infantissimus. — 27. *Quod vis donum, et praemium a me op-*

---

24. *Perfice hoc pretio, precibus.*] Formulae speciem habet. Pacuvius, Teucro: *Neque perpetrare* precibus, *neque* pretio *quis*. Phaedrus V. 7. 18. *Adducit* pretio, precibus.

25. *Ut haeream in parte aliqua tandem apud Thaidem.*] Plautus, Epid. II. 2. 7. *Nam ego illum audivi in amorem* haerere apud *nescio quam* fidicinam. Cicero, Coel. c. 28. *Vigeant apud istam mulierem venustate; dominentur sumtibus:* haereant, *iaceant, deserviant*. Contrario sensu animus dicitur *elabi* mulieri. Hec. I. 2. 94. [*Ut haeream in parte aliqua* i. e. ut saltem ultimum locum in amore teneam. Cic. in Vatin. c. 5. *tunc te vix, invitis omnibus, non populi beneficio sed consulis, extremum adhaesisse*. Liv. V. 2. *ne in turba quidem haerere plebeium quemquam*. ubi vid. Gronovius.]

27. *Quod vis donum et praemium a me optato, id op-*

Gn. Itane? *Th.* Sic erit? *Gn.* Si efficio hoc, póstulo, ut tua míhi domus
Té praesente absénte pateat: ínvocato ut sít locus
Sémper. *Th.* Do fidém, futurum. *Gn.* Accíngar.
Ph. Quem ego hic audio? 80

V. 80. Faërn. et Bentl. vulgat. *hic ego* ex plurimis codd. mutarunt. *Quem* non eliditur, quia in ictu est, in principio anapaesti.

---

tato.] *Donum* praemium est, et *munus* praemium. Sed *donum* praemium Diis datur: *munus*, praemium hominibus. Nam separatim, *donum* Deorum est: *praemium* virorum est fortium: *munus* hominum. Et donum munusque, tam ante factum, quam post factum est. Donum voluntarium: praemium debetur. Alii ergo *δισυλλάβως* pronunciant, primo *donum*, et sic *praemium*, quasi unam partem orationis. *Quodvis donum et praemium.*] *Donum*, ut a largo homine: *praemium*, ut a praeclaro facinore. *Quodvis donum et praemium a me optato, id optatum feret.*] Donum optato, ob quod praemium accipias. *Praemium a me optato.*] Totum militariter. Nam et *optatio* dicitur et *optari* a militibus; ut alibi, *Vir fortis optet quod volet praemium.* — 28. *Si hoc efficio, postulo, ut mihi tua domus, te praesente absente, pateat.*] Proverbiale est, *praesente absente*, ut *sursum deorsum*, *ultro citro*, et caetera huiusmodi: *fanda nefanda*, *iusta iniusta*, *digna indigna*, *velit nolit.* — 29. *Invocato ut sit locus semper.*] *Invocato*, *non vocato* significat. *In* etenim auget et minuit dictionem. *Invocato.*] Male intelligitur precibus vocato, quum sit *αὐτομάτῳ*, id est, etiam non invitando, quin ultro venire debeat suam domum. — 30. *Do fidem.*] Iuro, confirmo, spondeo. *Accingar.*] Non quia facile est, quod negavit supra, sed suis votis parasitus ad-

---

tatum feres.] Plautus, Merc. II. 3. 106. *Quod posces, feres.* Ovidius, Metam. II. 44. *quodvis pete munus, et illud Me tribuente feres.* ubi vide Cl. Burm. Cicero, V. 12. *Quid concupiscas, tu videris: quod concupiveris, certe habebis.*

28. *Ut mihi tua domus, te praesente absente, pateat.*] Cicero, Fam. XIII. 17. Domus eius tota mihi patuit, *qua si opus fuisset, tam essem usus, quam mea.* Offic. II. 18. *Est enim, ut mihi quidem videtur, valde decorum,* patere domos *virorum illustrium illustribus hospitibus.* [*Sic erit* i. e. ipse comperies. Eadem formula Phorm. V. 8. 18.]

29. *Invocato.*] H. e. non vocato, non invitato, *ἀκλήτῳ*. Plautus, Capt. I. 1. 2. *quia* invocatus *soleo esse in convivio.* Nepos, Cim. cap. 4. *Quos* invocatos *vidisset in foro, omnes devocaret.* ubi v. intpp.

30. *Do fidem.*] Sancte promitto. And. II. 3. 27. Adelph.

'O Thraso! *Th.* Salvéte. *Ph.* Tu fortásse, quae facta híc sient,
Néscis. *Th.* Scio. *Ph.* Cur te érgo in his ego cónspicor regiénibus?
Th. Vóbis fretus. *Ph.* Scín' quam fretus? míles, edicó tibi,
Sí te in platea offéndero hac post úmquam, quod dicás mihi,

V. 32. cod. Bembinus *te* post *in his ego* collocat: cuius auctoritatem secutus erat Westerhovius, ceteris codd. invitis.

V. 33. Bentl. legendum suspicatur: *Vobis fretum. Scin quam fretum.* Nisi cum Donato soloecismum dicas, stulto et militi convenientem.

---

ductus est ad coenandum: ideo et *accingar* dixit: sic enim dicimus in magnis rebus suscipiendis, ut: *Accingunt omnes operi.* — 31. *Salvete.*] Supplex sine gratia et sine timore, modo inimicus et infestus. *Tu fortasse, quae facta hic sint, nescis.*] Hoc totum superbe ac minaciter inquit adolescens. — 32. *Scio.*] Compendium poëtae: ne rursus eadem dicerentur. *Conspicor.*] Commune verbum est *conspicor.* — 33. *Vobis fretus.*] Et hoc stulte: quis enim et rivalibus et inimicis fretum se esse dicat? Deinde ἀναπόλογον, et vitiosa responsio est. Nisi enim addideris *sum*, erit soloecismus conveniens loquenti, impolito homini et militi. *Scin' quam fretus?*] Est ab * subaudiendum est. *Miles, edico tibi.*] Hoc contumeliose, et proprie ut militi: *Miles*, inquit, *edico tibi.* — 34. *Si te in platea offendero hac.*] Hoc est, Si vel casu invenero. Et *in platea* inquit, non, circa meretricia fores. *Nihil*

III. 4. 27. Phorm. III. 2. 7. Cicero, Fam. V. 11. *Quamcunque ei fidem dederis, praestabo.* — *Accingar.*] Ita solent rem seriam aggressuri. Phorm. II. 2. 4. Ratio locutionis petita vel a militibus in expeditionem aut pugnam euntibus, vel a servis, operi se accingentibus. Virgilius, Aen. I. 210. *Illi se praedae* accingunt, *dapibusque futuris.* Liv. VI. 35. ibique intpp.

34. *Si te in platea offendero hac post unquam, periisti.*] Plautus, Rud. III. 5. 10. *Verum, senex, si te unquam in urbe offendero, Nunquam hercle quisquam me lenonem dixerit, Si non te ludos pessumos demisero.* Cicero, pro Rabir. Post. c. 11. ex persona Caesaris: *Si te secundo lumine hic offendero, moriere.* Est vero *offen-*

'Alium quaerebam; iter hac habui: péristi. *Gn.* Eia, haud sic decet.
Ph. Dictumst. *Gn.* Non cognósco vestrum tám superbum. *Ph.* Sic erit.

est quod dicas.] *Nihil* pro non: ut sit, non est quod dicas mihi: id est, nihil est quod dicas, pro, ut dicas mihi; ut sit *quod* pro *ut:* aut *quod*, pro, quid dicas mihi. Certum est autem, sic veteres locutos esse. — 35. *Alium quaerebam.*] Aut *alium* pro *quendam* posuit, ut sit, *quendam quaerebam*, id est, aliquem; aut *alium*, hoc est, non quem tu putas, hoc est, alium, non Thaidem. Sed si *aliam* diceret, neque commode, neque ἐμφάσεως loqueretur; praevalet enim masculinum genus. *Peristi.*] Ordo est, postquam in platea hac te offendero, peristi. *Eia.*] Interdum hortantis est, ergo nunc *eia* correctionem significat. — 36. *Non cognosco vestrum tam superbum.*] Locutio annotanda: mire laudavit, ut persuadere potuisset. [Sensus est: *Non solebatis esse tam superbi: hoc tam superbum non vestrum est, non vestri moris.* Bentlei.] *Vestrum tam superbum.*] Non, *vestrum superbum. Vestrum tam superbum.*] Absolute: ut, *Pol, Crito, antiquum obtines.* Ergo

---

dere proprie allidere ad aliquid, cui contrarium est *defendere*, h. e. repellere. Unde ad animum transfertur, qui *offendi* dicitur, quoties quasi alliditur ad aliquod dictum aut factum alterius. Demtum *offendere* est incidere in aliquem in via, uti h. l. — *Quod dicas mihi, alium quaerebam; iter hac habui: peristi.*] Similis locutio est Adelph. II. 1. 8. Plautus, Mil. II. 2. 7. *Quod ille gallinam, aut columbam se sectari, aut simiam Dicat, disperistis, nisi ad mortem male mulcassitis.* ubi *quod* valet *quamvis.* Lucilius, XXIX. *Hue, alio, quum iter* haberet, *Praeteriens venit.* Plautus, Asin. II. 3. 6. *Huc quia habebas iter.* [*Quod* ponitur pro quamvis, ut pulcre vidit Bentleius. Propert. III. 1. 49. *Quod non Taenariis domus est mihi fulta columnis, Nec camera auratas inter eburna trabes, At Musae comites.* Ovid. Epist. XVII. 51. *quod genus et proavos et regia nomina iactas.* ubi vid. interpretes.]

[35. *Iter habui* i. e. iter feci. Nep. Eum. c. 8. *iter quod habebat, omnes celat.* Lucan. II. 439. *nullas nisi sanguine fuso gaudet habere vias* ubi vid. Burmann.]

[36. *Dictum est.* Haec formula habet vim comminandi et adseverandi, omnino ita futurum ut dictum est. Eodem sensu ponitur *dixi* Phorm. II. 3. 92. et Hec. IV. 3. 6.]

[Ibid. *Non cognosco vestrum tam superbum.* Intelligendum est *ingenium*, ut sensus sit: non solebatis esse tam superbi. Plaut. Trin. II. 4. 44. *haud nosco tuum.* Vid. Donatus et Bentleius ad h. l.]

Gn. Príus audite paúcis: quod quum díxero, si plácuerit,
Fácitote. *Ph.* Audiámus. *Gn.* Tu concéde paullum istúc, Thraso.
Príncipio ego vos crédere ambos hóc mi vehementér velim,
Me húius quidquid fácio, id facere máxume causá mea:
Vérum si idem vóbis prodest, vós non facere, insciítia 'st.
Ph. Quíd id est? *Gn.* Militem égo rivalem récipiendum cénseo. *Ph.* Hem!

V. 40. Bentl. correxit e vett. editt. et codd. *quidquid faciam.*

subaudiamus vel *ingenium*, vel *animum*, vel *morem*, vel *institutum*. — 37. *Prius audite paucis.*] Mira insinuatione agit: qui non ut consentiant, sed ut audiant, paucis petit. Et bene *prius*, quasi non obstet, quo minus faciant quod velint. Tum deinde quo attentiores existant, addidit *paucis*. deinde, *si placuerit* facilius enim flectitur, cum quo non pugnamus, ut consentiat. *Prius audite.*] Fiduciam ostentat persuasoriam rem dicturi. — 38. *Audiamus.*] Bene: non *faciamus*, sed *audiamus* dixit: nam prima oratoris impetratio in mala causa est audiri meruisse. *Tu concede paullum istuc, Thraso.*] Thraso hoc in bonam partem accepit: et ideo paret; putat enim vel turpe esse, si humiliter precetur suo nomine, seque audiente, parasitus: vel incongruum sibi, si in os praesens a Gnathone laudetur. *Istuc, Thraso.*] Non ad se vocat: sed locum ostendit, quo abeat atque concedat. — 39. *Principio, ego vos.*] Videt neque se odio haberi, neque offendi animos audientium in militis nomine. Hoc ergo oratorie. pro eo homine, in quo offenditur, eum in quo non offenditur, posuit. — 40. *Me huius quidquid facio, id facere maxime causa mea.*] Deest *rei*, aut *est*: ut sit, *Me huius quidquid est quod facio, id facere maxime causa mea.* Hic a persona discessit: et rem non odiosam pro odiosa posuit, id est, parasiticam, pro aemuli amore et commodo. — 41. *Verum idem si vobis prodest.*] Multum attulit ad persuadendum: non esse commodum militi admitti, et suum commodum ipsorum esse commodum. *Vos non facere insciti a 'st.*] Oratorie et secundum insinuationis praecepta sic dixit: nam rem remittendo et dubitando magis flectit animos, quam si aperte ac pertinaciter asseveret. — 42. *Mi-*

42. *Rivalem.*] Vide supra, II. 2. 37.

Réciplendum? *Gn.* Cógita modo. tu hércle cum illa, Phaédria,
'Et libenter vivis: etenim béne libenter víctitas.

V. 43. Faërnus et Bentl. *Recipiendum?* Chaereae tribuunt.
V. 44. Bentl. corr. *Ut libenter vivis (et enim bene libenter victitas) Quod des* etc.

---

litem ego rivalem recipiendum censeo.] Artificiose satis, semel intulit omne quod durum dictu ad persuadendum erat. Nam quod *militem* et *rivalem* dixit, ad eam rem valet, ut magis admittendus sit, quam excludendus: et simul fiducia sic dicentis parat animos ad audienda quae dicet. *Militem ego rivalem recipiendum censeo.*] *Rivales* dicuntur aemuli de mulieribus, facta translatione nominis a feris bestiis, quae sitientes cum ex eodem rivulo haustum petunt, in praelium contra se invicem concitantur. Sic *Cicero* pro Coelio, *Sin erit ex illo fonte rivalis*, inquit. *Militem rivalem ego.*] Considera quo vultu hoc dicendum sit; et intelliges, et *militem*, et *rivalem*, et *recipiendum*, et *ego censeo*, quanta significent. Non enim dixit *Thrasonem*, sed *militem*: quod nomen ad stultitiam valet. Non *socium*, sed *rivalem*: quo ostendit, quandoquidem rivalis in meretrice capiendus est, hunc potius eligendum. Nec, *non excludendum*, sed *recipiendum* dixit: ut et ostenderet, adeo prodesse, ut etiam de industria retinendus sit. Non, *volo* aut *rogo*, sed *censeo*: ut consiliarius, non parasitus, videatur loqui. Nam quod *ego* addidit, eo dicto usus est, quo uti solent qui plus in negotio vident. Nam sic in Phormione Iurisconsulti: *Ego quae in rem tuam fuerint, ea velim facias. Ego sedulo hunc dixisse credo. Ego amplius deliberandum censeo. Censeo.*] Vide virtutem poëtae; non enim dixit *peto*, sed *censeo*: tanquam in illis modo consulat, neque pro milite agat. — 43. *Cogita modo.*] *Modo* aut tantummodo significat, aut temporis est adverbium. Et simul incerta distinctio est. — 44. *Et libenter vivis.*] Id est, bonorum ciborum edax es. —

---

44. *Bene libenter victitas.*] Hec. III. 5. 11. Lucilius, Sat. IV. apud Ciceronem, Att. XIII. 52. *editque, bibitque lucunde atque ἀδεῶς, nec solum id, sed bene cocto et Condito sermone bono, et, si quaeri', libenter.* Plautus, Mostell. I. 1. 51. *Me* victitare pulchre, *te miseris modis.* Cicero, Fin. II. 8. *Hos ego asotos* bene *quidem* vivere, *at beate nunquam dixerim.* [*Et libenter vivis.* Ex Bentleii coniectura legendum est *ut libenter vivis*, deinde parenthesi includenda verba *et enim bene libenter victitas.* Sensus hic est: ut tu laute et sumptuose cum ea vivis quotidie, necesse est ut illa multum accipiat; tibi vero paullum est quod des. *Ut* ponitur pro prout. Heaut. I. 1. 116. *ut dies*

Quód des, paullum est: ét necesse est múltum accipere Thaídem,
Ut tuo amori súppeditare pósit sine sumtú tuo.
Ad ómnia haec magis ópportunus, néc magis ex usú tuo
Némo 'st: principio ét habet quod det, ét dat nemo lárgius.

V. 46 et 47. Bentl. corr. *possint sine sumtu tuo 'Omnia haec; magis opportunus* etc. *Suppeditare* intransitive est *suppetere, sufficere.* Et parum commode *Ad* referas ad versum praecedentem.

---

46. *Suppeditare possit sine sumtu tuo.*] Aut *suppeditare* pro *suppeditari:* aut deest *se.* Ut, *Accingunt omnes operi.* — 47. *Ad omnia haec magis opportunus, nec magis ex usu tuo nemo 'st.*] Locutio est ex negativis tertia: ut, *Agrum in his regionibus meliorem nemo habet. Magis ex usu.*] Pro utilior, et *magis opportunus* pro opportunior. *Nemo 'st.*] Hoc est, opportunus. — 48. *Habet quod det.*] Ut dives. *Et dat nemo*

---

tempus est, monere oportet me hunc vicinum Phaniam. Bene est laute, delicate. Hec. III. 5. 11. *vixit, dum vixit, bene. Libenter* est hilariter. Cato de R. R. c. 156. *si voles in convivio multum bibere coenareque libenter.*]

46. *Suppeditare.*] H. e. sufficere, satis esse. Plautus, Asin. II. 4. 17. *Non queo labori* suppeditare.

47. *Ex usu tuo.*] Ita Heaut. I. 216. Plautus, Pers. IV. 4. 14. Ex tuo *inquam* usu *est: eme hanc.* [*Ut tuo amori* etc. i. e. ut abunde tibi sit ad alendum et fovendum amorem sine tuis impensis. *Suppeditare* saepe dicitur pro suppetere, satis esse. Cic. de Off. I. 4. *parare ea, quae suppeditent et ad cultum et ad victum.* Vid. quae annotavimus ad Rutil. Lup. II. p. 116.]

48. *Habet, quod det.*] Divites eleganter *habere* dicuntur. Plautus, Poen. IV. 2. 11. *Qui habet, quod det.* Curius Ciceroni, Fam. VII. 29. *At illa nostra praedicatio quanti est, nos quod simus, quod habeamus, quod homines existimemur, id omne abs te habere?* Ita et Graeci ἔχοντας, i. e. *habentes*, vocant divites. [*Nec magis nemo est.* Notandum duas negationes pro una poni, quod frequens esse ostendit Duker. ad Flor. III. 17. p. 577.]

Fátuus est, insúlsus, tardus: stértit noctesque et dies.
Néque [tu] istum metuas né amet mulier: fácile pellas, úbi velis.

V. 49. Bentl. corr. *bardus*, ne gradationis lex violetur. Idem deinde *noctes et dies* ex codd.
V. 50. Bentl. *tu* tacitus omisit; sed recte.

---

largius.] Ut liberalis. — 49. *Fatuus.*] Inepta loquens. A fando *fatuus* dicitur: inde Fauni *Fatui*, et Nymphae *Fatuae* dictae sunt. *Fatuus est.*] Hoc ex usu tuo. *Insulsus.*] Sine sale et sapientia: aut sine saltu et facilitate. *Fatuus est, insulsus.*] *Fatui* sunt, qui verbis et dictis fatui sunt: *insulsi* vero, corde et animo. *Fatuus est, insulsus.*] Sunt qui *fatuum* animo putant: *insulsum* dictis; sed male. Nam *Fatui* quoque Dii sunt, qui et *Fauni* dicuntur: et non stulti, sed multum fantes, id est, loquentes. *Fatuus est, insulsus.*] Haec quae nunc addidit, non ex superioribus pendent: sed cum superiora valeant plurimum, (nam quia dives et liberalis, potuit obesse rivalibus) haec omnia bona in milite corrumpuntur, quod *fatuus*, quod *insulsus*, et caetera, quae ipse persequitur. *Fatuus est, insulsus.*] Haec bene adduntur: quia dixit, *Et habet quod det, et dat nemo largius.*] Ad rem eam valebat, ut amaretur miles a meretrice, et praeponendus omnibus esset: sed ingrata sunt mulieribus, maximeque lascivis, haec omnia quae subiicit. *Fatuus est, insulsus.*] Hoc pro acervo vitiorum cum quadam vultus improbitate prolatum est, quo magis res in medio posita esse videatur. *Tardus.*] In Venerem scilicet. *Tardus.*] Corpore et membris: quamquam et intellectu *tardos* vocamus, qui stulti sunt. Sed melius est sic intelligi, ut ea vitia videatur dicere, quae inamabilem faciant etiam divitem largumque amatorem. Nam aut verba commendant: ut, *Pendetque iterum narrantis ab ore.* Hic *fatuus.* Aut sapientia gratum facit: ut, *Multa viri virtus animo.* Hic *insulsus* est. Sed mihi videtur *fatuum* dicere, qui tantum glorietur, et blandiri amicae nesciat. *Insulsum*, qui non facile explicet Venerem: quae res meretricibus odiosa est. *Stertit.*] Plus dixit quam *dormit.* *Noctesque et dies.*] Plus significat, quam si diceret, *diebus et noctibus:* ut hoc ipso nomine consiliarii auctoritas inesse videatur. — 50. *Ubi velis.*]

---

49. *Tardus.*] Explicat Donatus. Horatius, Carm. II. 8. 23. ad Iuliam Barinen: *Tua ne* retardet *aura maritos.* [*Tardus* i. e. hebes ingenio. Bentleius elegantí sed non necessaria coniectura legit *bardus*, i. e. stultus, stolidus.] — *Noctesque et dies.*] Notat continuationem temporis, et plus est quam *interdiu noctuque.* Livius XL. 5. *Dies ac noctes.* Sallustius, Catil. 27. Dies noctesque *festinare.*

Ph. Quid agimus? *Gn.* Praetérea hoc etiam, quód ego vel primúm puto:
'Accipit hominem némo melius prórsus, neque prolíxius.
Ph. Mírum, ni illoc hómine quoquo pácto opust.
Ch. Idem ego árbitror.

V. 52. Bentl. ex compluribus Terentii codicibus, item e Servio ad Aen. III. 353. et codice Nonii veterrimo *Accipit homo nemo.* Ita *accipit* absolute positum. Idem dein ex codd. plerisque *prorsum*, ut ingratus vitetur sonus.

V. 53. Bentleius verba: *Mirum — opust*, Chaeream, ista autem: *Idem ego arbitror*, Phaedriae tribuit. Hunc enim ut Thaidis amatorem ad consensum tardiorem esse debere. Ita etiam Donatus, ut videtur.

Quando vel quum. — 51. *Quid agimus?*] Initium consensionis dubitatio est eius qui negaverit. *Hoc etiam.*] *Deest* vel *abest. Quod ego.*] Parasitus scilicet. *Primum puto.*] *Primum puto*, quasi parasitus. — 52. *Accipit hominem.*] *Accipit*, pascit, invitat: ut, *Illos porticibus rex accipiebat in amplis.* — *Nemo melius prorsus, neque prolixius.*] Horum alterum apparatum indicat, alterum copiam. — 53. *Mirum, ni illoc homine quoquo pacto opus est.*] Facete dixit adolescens rei parcus, et qui putet amorem sine damno esse oportere, quique fefellerit meretricem, non solum eiiciendum non esse militem, sed etiam quovis modo sustinendum ac perferendum. *Mirum, ni illoc homine.*] Obtinuit parasitus iam quod negabatur. Primo deliberatum: ut *Quid agimus?* post concessum: ut, *Mirum ni illoc homine quoquo pacto opus est. Mirum, ni illoc.*] Hic, inquit, eiusmodi est, ut etiam cum mala conditione patiendus sit. *Idem ego arbitror.*] Sane opus fuit consensione, praecipue Phaedriae, cuius res agitur: nam ita et servata persona est tarde consentientis amatoris. —

---

52. *Accipit.*] Lucilius in Centonibus: *Pulchre invitati nimis*, acceptique *benigne.* Plautus, Pseud. V. 1. 9. *Itaque in loco festivo sumus festive* accepti. Cicero, Att. XVI. 6. *Ubi quidem fui sane libenter apud Talnam nostrum; nec potui* accipi, *illo absente praesertim, liberalius.* Ovidius, Fast. II. 725. *Socios dapibusque meroque* Accipit. — *Prolixius.*] H. e. liberalius. Ita *fovere prolixius* dixit Suetonius, Tit. 7. *Prolixa beneficaque natura*, Cicero, Fam. III. 8.

Gn. Récte facitis. únum etiam hoc vos óro, ut me in vestrúm gregem
Récipiatis: sátis diu hoc iam sáxum volvo. *Ph.* Récipimus.
Ch. 'Ac libenter. *Gn.* 'At ego pro istoc, Phaédria, et tu Chaérea,
Húnc comedendum et déridendum vóbis propino. *Ch.* Placet.

V. 55. Bentl. ex codd. et editt. vett. *diu iam hoc.* Concinnius est, inquit, *Satis diu iam*, ut *diu* in arsi et in mora sit. Idem vers. 54. cum editt. vett. et codd. suis *hoc* ante *vos oro* eiecit, adstipulante Servio ad Aen. XI. 352.

V. 57. Bentl. corrig. *et ebibendum*, coll. Heaut. II. 3, 14. III. 1, 48. Nimirum, inquit, res prodigi nepotis non minus exhauritur

---

54. *Recte facitis.*] Gratiarum actio est. *Unum etiam hoc vos oro.*] Subtiliter etiam parasitus hic se adiungit, suasque partes circa hos agit. *Ut me in vestrum gregem.*] Iam hos laudat: et nimis parasitus est, si recordaris, eundem dixisse, *Facete, lepide, laute, nihil supra.* — 55. *Satis diu hoc iam saxum volvo.*] Vide quemadmodum serpat paulatim etiam in eorum assentationem ex vituperatione militis. *Hoc saxum volvo.*] Proverbium in eos, qui inextricabili labore afflicti sunt. Et bene *saxum* de stulto milite ait: et se ipsum Sisyphum fecit. Hoc *saxum volvo.*] Velut Sisyphus apud inferos. — 56. *At ego pro istoc, Phaedria.*] Subaudiamus et *spondeo*, aliter non, ut parasitus ait. *Phaedria, es tu Chaerea.*] Ambos nominat, quasi legibus paciscantur. — 57. *Hunc comedendum.*] Cum caeteris rebus summus poëta etiam fidem

---

55. *Saxum volvo.*] Militem stupidum et insulsum *saxum* vocat. Ita Heaut. IV. 7, 8. V. 1. 44. Hec. II. 1. 17. Plautus Mil. II. 2. 33. de hero servus: *Neque habet plus sapientiae quam lapis.* Et IV. 2. 38. *Nullum est hoc stolidius saxum.* Simulque ad fabulam de Sisypho saxum apud inferos volvente respicit. De eo ita Lucretius, III. 1013. *Hoc est adverso nixantem trudere monte* Saxum, *quod tamen a summo iam vertice rursum* Volvitur, *et planis raptim petit aequora campi.* Aliter citat Cicero, Tusc. Quaest. I. 5. e vetere poëta: *num illud, quod Sisyphu' versat* Saxum *sudans nitendo, neque proficit hilum?*

57. *Comedendum et deridendum vobis propino.*] Phrasis parasitica. Dicitur autem *comedi* et *exedi*, cuius opes consumuntur. Heaut. III. 1. 58. Plautus, Mostell. I. 1. 11. *Sine modo venire salvum, quem absentem* comes. *Propinari* autem etiam cibi dicun-

Ph. Dignus est. *Gn.* Thrasо! ubi vis, accede. *Th.*
'Obsecro te, quid agimus?
Gn. Quid? isti te ignorabant: postquam eis mores
ostendi tuos,
'Et collaudavi secundum facta et virtutes tuas, 60
'Impetravi. *Th.* Bene fecisti: gratiam habeo maximam.

viro praebendo, quam cibo: aeque ebibitur homo eiusmodi, ac comeditur: aeque exsugitur quis et exsorbetur, quam devoratur.

V. 61. Bentl. corr. *bene fecistis.* Phaedriae nempe, inquit, Chaereaeque gratias agit; non coram ipsis Gnathoni.

---

ostendit amicitiae parasiticae exemplo Gnathonis de milite loquentis hoc modo. *Propino.*] Facete sic dixit, ut parasitus, et quasi de convivio loqueretur. — 58. *Dignus es.*] Haec verba ultima longi sermonis eiusmodi sunt, ut miles haec audiens laudatum se esse et approbatum existimet. *Ubi vis.*] Honorifice revocat ablegatum cum iniuria, dicendo *ubi vis*: quia *accede* imperativum erat: et *ubi*, nisi *quando* intellexeris, vitium est. — 59. *Isti te ignorabant.*] Figura ἀνυποψίας. Ad utrumque enim pertinet, et ad laudem, et ad mores. Et hoc ambiguum. — 60. *Secundum facta et virtutes tuas.*] Et hoc ἀμφίβολον. Nam *virtutes* aliquando pro vitiis posuit: ut, *Nescis qui vir sies:* et, *Ornatus esses ex tuis virtutibus. Facta et virtutes.*] Proprie *facta* militibus adscribuntur. *Facta et virtutes.*] Amarior est εἰρωνεία in vitiosos homines, quam veri-

---

tur. Iul. Capitolinus in M. Antonino Philos. c. 15. *Venenatum partem fratri edendam* propinans, *et sibi innoxiam reservans.* [Non. Marcell. p. 83. et mss. quidam habent *comedendum et bibendum et deridendum propino*, unde Bentleius edidit *comedendum et ebibendum vobis propino.* Fatendum est, *deridendum propinare* non nisi per duram catachresin dici; verumtamen haec a parasito per vernilitatem quandam dicta videntur.]

59. *Ignorabant.*] Non noverunt te, mores aut ingenium tuum. Heaut. I. 1. 53. Cicero in Verr. Act. I. 10. *Es commissis, ut quod ille dictitat, alicui qui te* ignorat, *verum esse videatur.* Sed et *ignorari* dicitur, cuius vultus *ignotus* est. Vide Scheffernm ad Phaed. V. 1. 10. [*Ignorare aliquem* significat alicuius indolem et mores non satis tenere. Cic. Acad. II. 2. *maiore studio philosophiae deditus fuit, quam qui illum ignorabant, arbitrabantur.* Contrarium est *intelligere aliquem.*]

Núnquam etiam fui úsquam, quin me omnés amarent plúrimum.

Gn. **Díxin' ego in hoc ésse vobis 'Atticam elegántiam?**

Ph. **Nil praeter promíssum est. ite hac.** ***Ω.*** **Vós valete, et plaúdite.**

V. 62. Bentl. *amarint*, ex codd. nonnullis et editt. vett.
V. 64. vulgo erat *Nihil praetermissum est*, quod Muret. Fabric. Bentl. Faërn. ex codd. mutarunt.

---

tas. — 62. *Numquam etiam fui usquam.*] *Numquam* et locum et tempus significat: *usquam* locum magis. *Numquam*, pro non. Et *numquam usquam τῷ ἀρχαϊσμῷ* pro *non usquam*, id est, nusquam. *Quin me omnes amarent plurimum.*] Contrarium superiori. Quid est enim quod bene non fecerit quicquam, si in illo est, ut ametur? — 63. *Atticam eloquentiam.*] Et hoc *εἰρωνικῶς*, ut illa quae supra. *Atticam* dicit veram atque germanam, quia excultior eloquentia dicitur *Attica*, et summi oratores *Attici* appellati sunt. — 64. *Praetermissum.*] Et hoc anceps est, intellectu gemino ad utrumque. *Ite hac.*] Quo vocat parasitus? an ad meretricem? an ad coenam militis, ut promisit? *Hunc ego comedendum et deridendum vobis propino. Ite hac.*] Comessatum ad militem, vel ad Thaidem. Si coenae interfuit meretrix; quomodo post acta sunt omnia, cum mentio noctis non facta sit? Omnia post coenam gesta sunt: et non completa per rixam coena, superfuit plurimum temporis ad agendum. *Aelii Donati V. C. Oratoris Urbis Romae, Comment. in Terentii Eunuchum explicit.*

---

63. *Atticam elegantiam.*] H. e. praecipuam. Cicero, Oratore cap. 9. et passim alibi. Eo respexit Martialis, IV. 86. 1. *Si vis auribus* Atticis *probari, Exhortor moneoque te, libelle, Ut docto placeas Apollinari.*

BODLEIAN
OXFORD

P. TERENTII
AFRI
COMOEDIAE
SEX,
CUM INTERPRETATIONE
DONATI ET CALPHURNII,
ET
COMMENTARIO PERPETUO.
IN USUM STUDIOSAE IUVENTUTIS
EDIDIT
ARN. HENR. WESTERHOVIUS.

ACCESSERUNT VARIAE LECTIONES EXEMPLI BENTLEIANI, NOTATIO METRICA, SELECTA RUHNKENII ANNOTATIO.

EDI CURAVIT
GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. III.
HEAUTONTIMORUMENOS.

LIPSIAE,
SUMPTIBUS C. H. F. HARTMANNI.
MDCCCXXXI.

HAMPDEN
BURFORD
MUSEUM

P. TERENTII
HEAUTONTIMORUMENOS.

ACTA LUDIS MEGALENSIBUS, L. CORNELIO LENTULO, L. VALERIO FLACCO AEDILIBUS CURULIBUS. EGERUNT L. AMBIVIUS TURPIO ET L. ATTILIUS PRAENESTINUS. MODOS FECIT FLACCUS CLAUDII. GRAECA EST MENANDRU. ACTA PRIMUM TIBIIS IMPARIBUS; DEINDE DUABUS DEXTRIS. ACTA III. EDITA M. JUVENTIO ET M. SEMPRONIO COSS.

PERSONAE.

Prologus.
Antiphila, amica Cliniae.
Bacchis, amica Clitiphonis.
Chremes, Clitiphonis pater.
Clinia, Menedemi filius.
Clitipho, Chremetis filius.
Menedemus, Cliniae pater.
Nutrix.
Phrygia, ancilla.
Sostrata, Chremetis uxor.
Syrus, servus Chremetis.

Personae mutae:

Archonides, senex.
Crito, senex.
Phania, senex.
Phanocrates, senex.
Philtera, anus.
Simus, senex.

C. SULPITII APOLLINARIS

PERIOCHA

IN TERENTII HEAUTONTIMORUMENON.

In militiam proficisci gnatum Cliniam
Amantem Antiphilam compulit durus pater:
Animique sese angebat, facti poenitens.
Mox ut reversus est, clam patrem divortitur
Ad Clitiphonem, is amabat scortum Bacchidem.
Cum arcesseret cupitam Antiphilam Clinia,
Ut eius Bacchis venit amica, ac servolae
Habitum gerens Antiphila, factum id, quo patrem
Suum celaret Clitipho: hic technis Syri
Decem minas meretriculae aufert a sene.
Antiphila Clitiphonis reperitur soror.
Hanc Clinia, aliam Clitipho uxorem accipit.

IO. CALPHURNII

BRIXIENSIS VIRI CLARISSIMI

IN P. SEXTI TERENTII HEAUTONTIMORUMENON

PROLEGOMENA.

Haec fabula, Menandri Graeca, quae facta a Terentio Latina, nomen idem observavit, ne Graeci nominis empho-

niam perderet: quod Terentius minus laudis existimaret propria scribere, quam Graeca transferre. Nomen habet a sene seipsum excruciante ob filii absentiam, quem amantem, duritia sua in militiam proficisci compulerat. ἑαυτὸν τιμωρούμενος Latine *se ipsum excrucians* interpretatur. Illud animadvertendum, omnes Terentianas fabulas, ex utroque genere mistas, praeter hanc. Nam Comoediae aut motoriae sunt, aut stationariae, aut mistae. Motoriae, turbulentae: Stationariae, quietiores: Mistae, ex utroque actu consistentes. In hac, quae plurimum delectat et actu et stilo, primae partes sunt Menedemi et Chremetis: secundae Cliniae et Clitiphonis: tertiae Syri: et sic deincepe. Haec etiam, ut caeterae, quinque actus habet, Prologum concitatum. Nam se purgat, et in laedendis adversariis est occupatus. Argumentum quoque non simplicis negotii habet, nec unius adolescentis, ut in Hecyra: sed duorum, ut in caeteris fabulis.

M. ANTONII MURETI

ARGUMENTUM.

Chremes Sostratae uxori gravidae imperat, si puellam pareret, ut eam statim interficeret. Fuit haec immanitas in veterum moribus, ut, quum fera nulla sit, quae foetus suos non diligat, ipsi quos alere nollent liberos, eos recens natos aut interficere, aut exponere fas putarent. Sostrata puellam vnica (ut est maternus semper animus clementior) vitam ei adimere non sustinuit: sed pauperculae cuidam anui Corinthiae, Philterae nomine, exponendam dedit: etiamque, muliebri quadam superstitione, annulum, de digito detractum suo, iussit, ut una cum puella exponeret. Id, quod tum stulte factum videri poterat, postea

puellae saluti fuit; eius enim annuli ope tandem agnita est a suis. Anus acceptam puellam Antiphilam nominat, educatque ut suam. Eam, quum adolevisset, annuque illius filia putaretur, Menedemi filius Cliniа perdite amare coepit, prope iam ut pro uxore haberet: quod ubi rescivit pater, ita violenter tulit, ut filium, assiduitate iurgandi, clam militatum in Asiam abire coëgerit. Tum vero qui filii amorem iniquo animo tulerat, multo iniquiore eiusdem absentiam ferre coepit. Itaque ut de se supplicium absenti filio daret, qui eum saevitia sua exegisset ex aedibus, aedes, suppellectilem, familiam vendit, praeter, qui servi ad opus ruri faciendum utiles erant: ingentemque sibi agrum comparat, ubi a prima luce ad noctem non servos modo exerceret, verum etiam, homo sexagenarius, senectutem miseris modis excruciaret suam. Profecto Clinia, Phillera, quae, ut dixi, Antiphilae putabatur mater, extremum vitae diem morte confecit. Clinia, quum iam menses tres abfuisset, amicae desiderio reversus, non ausus est patri se in conspectum dare, antiquam illius asperitatem veritus; sed ad Clitiphonem, Chremetis filium, divertit, quicum magna ipsi a puero familiaritas intercesserat. Clitipho, sodalis reditu laetus, Syrum et Dromonem servos (iam autem advesperascebat) in urbem, ad arcessendam Antiphilam, mittit. Exposuerat eo ipso die Menedemus Chremeti, quanto sibi desiderio esset filius: parum ut abfuerit, quin Chremes, quum primum de reditu Cliniae accepit, mitteret qui ei nunciaret: continuit tamen se in diem posterum; quod ita magis e re illius fore censeret Syrus, summa servus et audacia et astutia: qui quum Antiphilam tantum arcessere iussus esset, etiam Bacchidem adduxit. Erat haec meretrix, procax, potens, sumptuosa, nobilis, cuius se amore haud ita pridem irretierat Clitipho. Quo autem res Chremetem lateret, hoc consilium capiunt, ut Bacchidem quidem amicam Cliniae, Antiphilam vero unam de illius ancillis esse simularent. Postridie mane Chremes ad Menedemum diluculo proficiscitur, et rediisse Cliniam nuntiat. Ille gaudio amens, filium iam iam videre, iam iam amplecti, iam iam ei se suaque omnia permittere cupiebat. At Chremes, cave, inquit, faxis: istoc enim modo et te, et eum, et rem una perdideris tuam: simul ei ostendit, quot incommoda capturus sit, si tam molli esse se tamque infracto animo ostenderit. Cliniae amicam (eam enim Bacchidem existimabat) non iam pauperculam esse, aut parvo contentam, ut antea; sed sumptuosam, gemmis atque auro colluccentem, cum familia numerosissima. Una, inquit, mihi nox tantum non pau-

pertatem attulit, nedum tu te censeas oneri ferendo fore, si te illi perpetuo sumptibus suppeditare oporteat. Quin tu ita potius agito: humane quidem et comiter excipito filium; istud tamen tam impotens illius desiderium occultum habeto: tum si ille, quod amicae det, ut habeat, machinam adversum te aliquam struet, falli te sinito: ita et cum commodius retinebis apud te, et sumptuum facies minus. Haec Chremes, nescius (ut sunt humana) oculatum foris esse se, coecum domi. Interea enim meditabatur Syrus, decem minas, quas Bacchidi pollicitus erat dare, eas quomodo illi a Chremete ipso conficeret: iamque inibi erat, quum eum Chremes arreptum blande compellat, hortaturque, aliquam ad Menedemum fallaciam moliatur. Iniecit in sermone Syrus mendacium a se pro tempore confictum: anum Corinthiam, Antiphilae (ita enim putabatur) matrem, mille drachmarum mutuo accepisse a Bacchide: ea mortua, puellam pro pecunia illa arrhaboni relictam. Dum haec aguntur, annulum suum agnovit Sostrata, eiusque indicio Antiphilam filiam suam esse cognovit. Gaudio exsiliens omnem rem defert ad virum; qui, ea leviter obiurgata, ob repertam tamen filiam ipse quoque gavisus est. Iam omnia in tranquillo erant; absque Bacchide fuisset. Sed et illi quoquo modo decem excudendae erant argenti minae, et periculum erat, ne aliqua eam Chremes filii amicam esse resciscceret. Ibi Syrus audax consilium init, quomodo et utrique seni rem, ut erat, patefaceret, et commode se e tam impedito negotio expediret. Primum igitur Chremeti, Reperi, inquit, quomodo argentum a Menedemo eripiam: dicemus ei, Bachidem hanc tui Clitiphonis amicam esse: orabimusque ut eam domi suae dies aliquot esse patiatur; teque id celatum velit. Porro Clinia filiae tuae, quae modo reperta est, formam sibi complacitam esse dicet, eamque petet uxorem. Quid tum? pecuniam, inquit, petet a patre suo, qui novae nuptae ornamenta coëmat: eam pecuniam numeraturus est Bacchidi. Iam autem ad Menedemum, Syri hortatu, transierat Bacchis, et eo pompam omnem suam transduxerat. Chremes primo non satis consilium illud probare: at illam certe, inquit Syrus, pecuniam, pro qua filia tua opposita erat pignori, quin dissolvas, facere honeste non potes. Ego vero, inquit Chremes, et libenter quidem. Immo vero, infit Syrus, dato eam Clitiphoni, qui ad Bacchidem deferat: ita enim facilius credet Menedemus, eam illius esse. Sit ita sane. Numeratur a patre Clitiphoni pecunia, quam ad meretricem perferret. Interea tota res detegitur: indignari Chremes, et fremere, et minitari se omnia atrocissima exem-

pia edituram. Tandem, quum prius Antiphilam Cliniae collocasset, partim Menedemi, partim uxoris precibus delinitus, ignoscit. Clitipho se, relictis meretricis amoribus, uxorem ducturum pollicetur. Quum autem caeterarum fabularum argumentum uno die contineri soleat, huius non nisi biduo explicari potest.

PUBLII TERENTII

CARTHAGINIENSIS

HEAUTONTIMORUMENOS.

PROLOGUS.

Ne cui sit vestrum mirum, cur partes seni
Poëta dederit, quae sunt adolescentium,

CALPHURNIUS. *)

1. *Ne cui sit vestrum mirum.*] Prologus concitatus: natus et se purgat, et adversarium acriter terret. Actor quoque, ex commodo suo, cur hanc comoediae actionem susceperit, causas affert. **Partes seni.*] Bene dixit, *partes*; nam quum comoedia quinque actus habeat, erat, ut inquit Pedianus, persona primarum partium, erat et secundarum, et sic reliquarum. Cic. in Divinat. *Ut in Actoribus Graecis fieri videmus, saepe illum, qui est secundarum aut ter-*

COMMENTARIUS.

[1. *Cur partes seni.* Prologi ab adolescentibus pronuntiari solebant statim e scena discedentibus, ut fabulam incepturis locum darent; at Terentius hic praeter morem prologi partes dedit seni actori Ambivio, qui prologo peracto de scena non discedebat, statim Chremetis partes acturus. Sic locum egregie explicat Bentleius.]

*) De Io. Calphurnio, qui Politiani fuit aequalis, conf. Fabricii Biblioth. Lat. T. I. p. 49. not. Noli igitur eum pro veteri aliquo Scholiasta habere, qui est error pervulgatus. *Ed. Lips.*

Id primum dicam: deinde, quod veni, éloquar.
Ex íntegra Graeca, íntegram Comoédiam
Hodié sum acturus, Heaútontimorúmenon.
Dupléx quae ex arguménto facta 'st símplici.
Novam ésse ostendi, et quaé esset: nunc qui scripserit,
Et cúia Graeca sít, ni partem máximam

V. 6. *Simplex quae — duplici* Bentl. Et *duplici* in fine versus a pr. manu scriptum habet cod. Bemb. Lessingius Dramaturg. Hamb. II. p. 276. malebat *Simplex — simplici.*

---

tiarum partium. Erant igitur partes senum, erant adolescentum. Hinc tractum est, ut dicatur, meae partes sunt, tuae partes sunt. **Seni.*] Per *senem* intelligit se ipsum, qui iam senio sit confectus. — *3. *Quod veni.*] Deest, propter. — 4. *Ex integra Graeca.*] Terentius Hecyram et Phormionem ab Apollodoro transtulit, reliquas quatuor a Menandro. — 7. *Et quae esset.*] Id est, quo nomine voca-

---

8. *Id primum dicam.*] Ut omnis *περιεργολογία* abesse videatur, statuendum est, ea, quae deinde usque ad versum 10. dicit, quasi obiter de argumento dicta. Inde igitur ad versum 16. primo membro defungitur; inde rursus ad finem, quid venerit, edisserit. [*Quid veni* i. e. propter quod, cuius rei causa.]

4. *Integra.*] A nullo vel e Graeco traducta vel tractata Adelph. Prol. 10. vel, non contaminata. Vide And. Prol. 16.

5. *Heautontimorumenos.*] Explicat Cicero, Tusc. III. 27. *Quid ille Terentianus ipse se puniens, id est,* ἑαυτὸν τιμωρούμενος. Et Horatius, Serm. I. 2. 20. *Ita ut pater ille, Terenti Fabula quem miserum gnato vixisse fugato Inducit, non se peius* cruciaverit, *atque hic.*

6. *Duplex.*] Sensus videtur esse, Terentium in hac fabula duos fecisse filios familias amatores, duas amicas, duos servos, duos etiam senes; quum haec omnia simplicia essent in Menandro. Atque caetenus comoedia haec poterat *Nova* dici. [T. Faber et Bentleius verissime legunt *simplex, quae ex argumento facta est duplici* i. e. una fabula est, sed argumentum duplex, duo senes, duo adolescentes, duae amicae.]

[7. *Qui* saepe pro *quis* ponitur, tam in interrogatione, quam extra interrogationem. Cic. ad Div. XII. 18. *quo iste nescio qui erumperet.* Philipp. II. 13. *qui locus est aut tam desertus aut tam inhumanus, qui illos non affari atque appetere videatur.* Sic *aliqui* saepe occurrit pro *aliquis.* Duker. ad Flor. I. 18. p. 178.]

Existimarem scire vestrum, id dicerem.
Nunc, quámobrem has parteis didicerim, paucis dabo. 10
Orátorem esse vóluit me, non Prólogum.
Vestrúm iudicium fécit: me actorém dedit.
Sed hic áctor tantum póterit a facúndia,

V. 13. Bentl. pro *Sed* corrigit *Si*; post *dicturus sum* punctum interponens. Interpretatur autem locum sic: *me actorem suae fabulae dedit; si tamen hic actor tantum poterit a facundia*, h. e. *a voce, pronuntiatione, gestu, quantum ipse auctor ab invention et arte: si actoris opera aequare poterit poëtae virtutem et industriam.*

---

retur. — *8. *Cuia Graeca sit.*] Antique dictum. — *10. *Has partes didicerim.*] Docet poëta, discit actor, edunt magistri. — 11. *Oratorem voluit esse me, non Prologum.*] Officium *Prologi* ante narrationem rei semper est: verum tamen et post principium fabulae inducitur, ut apud caeteros magnae auctoritatis veteres poëtas. *Oratorem.*] Sic in prologo Hecyrae: *Orator ad vos venio cum ornatu Prologi.* *Oratorem.*] *Oratorem* audire oportere, ius gentium est. *Oratorem* non liceat iniuriam pati. Ne igitur patiatur iniuriam, non se *prologum*, sed *oratorem* nominat. Et *orator* est qui rogat. *Exorator*, qui impetrat. Alibi Terent. *Orator ad vos venio, sinite exorator siem.* Et *orator* est, cui causa defendenda mandatur. — *13. *Tantum.*] Quasi dicat: Actor facundia tantum valebit seu poterit, quantum poëta inventione commoda. *A facundia.*] Bene *facundia*, non, *eloquentia*. *Facundus* dicitur, qui

---

10. *Has partes didicerim.*] Quae a quoque actore seu histrione dicenda vel agenda sunt, *partes* proprie dicuntur. Horatius, Epist. II. 1. 170. *adspice, Plautus Quo pacto* partes *tutetur amantis ephebi; Ut patris attenti, lenonis ut insidiosi.* Unde eleganter cuiusque officium et conditio vitae *partes* dicuntur. Phaedrus, II. 18. 10. *Fatorum arbitrio* partes *sunt vobis datae.* ubi vide interpretes. [*Didicerim.* Ut poetae, qui fabulas scribunt, eas dicuntur *docere*, ita actores *discere fabulas*, quod quisque eorum suas partes ediscit. Vid. Hec. prol. II. v. 6.] — *Paucis dabo.*] H. e. Dicam, exponam. Virgilius, Ecl. I. 19. *Sed tamen iste Deus qui sit*, da, *Tityre, nobis.* Ita Graeci usurpant vocem διδόναι. Contra *accipere* etiam audire, et intelligere notat.

11. *Oratorem.*] Vide Hec. Prol. Alt. I.

[12. *Vestrum iudicium fecit* i. e. vos iudices constituit. Liv. XLIII. 16.]

13. *Sed hic actor tantum poterit a facundia.*] Ex-

Quantum ille potuit cógitare cómmode,
Qui orátionem hanc scripsit, quam dictúrus sum?
Nam quód rumores dístulerunt málevoli,
Multás contaminásse Graecas, dúm facit
Paucás Latinas; fáctum hic esse id nón négat,
Neque se id pigere: et deínde facturum aútumat.
Habét bonorum exémplum, quo exemplo sibi

V. 18. Bentl. *id esse factum hic nón negat.* ex codd. suis et vett. editt.

V. 19. Bentl. cum libro Bemb. *id* delet, et deín corrigit *deinde factum iri autumat.*

bene fari potest, *Eloquens*, qui et invenit, et dicit. — 16. *Nam quod rumores distulerunt.*] Id quod malevoli vitio dant sibi, sibi laudi adscribit: seque exemplo praestantissimorum poëtarum defendit, qui idem factitaverunt. *Distulerunt*, divulgaverunt. — 19. *Autumat.*] Opinatur, dicit, censet. — 20. *Habet bonorum ex-*

pressi per interrogationem, ut citra invidiam dictum sit. Eodem fere sensu dixit Cicero, de Oratore, II. 14. *Illud iam mirari desino, quod multo magis antea mirabar, hunc, quum haec nesciret*, in dicendo posse tantum. Vide Burm. ad Petron. c. 89. [*Hic actor* i. e. ego, ut infra II. 3. 115. *huic homini* i. e. mihi. Talia gestu adiuvantur. — Ibid. *Poterit a facundia* i. e. tantum valebit eloquentia. Infra v. 27. *ne plus iniquum possit, quam aequum oratio.* Nep. Dion. c. 3. *Plato tantum apud Dionysium auctoritate potuit.* Praepositio *a* eleganter ponitur pro *quod attinet.* Plaut. Aulul. II. 2. 9. *haud a pecunia valeo.* Cic. in Brut. c. 66. *mediocriter a doctrina instructus.* Vid. Cortius ad Sallust. Iug. c. 48.]

14. *Cogitare.*] Excogitare, meditando invenire. Phorm. II. 1. 10. Phaed. III. Prol. 38. et V. Prol. 7. ubi vide interpretes. Nepos, Datam. 6. *Quod ad suam perniciem fuerat* cogitatum. [*Commode* i. e. bene, pulcre, ut Hec. I. 2. 33. *nunquam tum dices commode.*]

16. *Nam.*] Particula transitioni inserviens. Ita Adelph. Prol. 15. Cicero passim. [V. Manut. ad Epist. ad Div. v. 20.] — *Rumores distulerunt.*] *Differendi* verbum hoc sensu fere in deteriorem partem sumitur. Lucilius, lib. XXX. *Et male dicendo multis sermonibu'* differs. Plautus, Trin. III. 2. 63. *Ne mihi hanc famam* differant. Suetonius, Aug. 14. Rumore *ab obtrectatoribus* dilato.

17. *Contaminasse.*] Mutilasse. Vide ad And. Prol. 16.

19. *Autumat.*] *Autumare*, teste Gellio, XV. 8. est et dicere, et opinari, et censere.

20. *Habet bonorum exemplum, quo exemplo.*] Intelli-

Licére id facere, quód illi fecerúnt, putát.
Tum quód malevolus vétus Poëta dictitat,
Repénte ad studium se applicasse hunc músicum,
Amícum ingenio frétum, haud naturá sua:
Arbítrium vestrum, véstra existimátio

emplum.] Videlicet, Plauti, Naevii, Ennii, quos auctores Terentius habet, ut in Prologo Andriae fatetur: *Qui cum hunc accusant, Naevium, Plautum, Ennium Accusant: quos hic noster auctores habet.* — 22. *Tum quod malevolus vetus Poeta.*] A natura, *malevolus*: a tempore vel invidia, *vetus*: a signo aemulationis, *poëta*. *Vetus*, plerumque ad laudem refertur, interdum ad vituperationem. *Vetus*, id est, cariosus, et quasi rancidus. *Malevolus*, non criminibus, sed maledictis. — 23. *Hunc musicum.*] Videlicet Poëtam elegantem. *Musicus* Latine dicitur elegans, ἄμουσος vero Graece, inelegans. **Musicum.*] Quinctilianus: *Nam quis ignorat, Musicen, ut de hac primum loquar, tantum illis iam antiquis temporibus non studii modo, verum etiam venerationis habuisse, ut iidem Musici et vates et sapientes iudicarentur.* Et ille apud Aristophanem dicit, se *Musicam* nescire, praeter literas. *Musicam* appellat orbem doctrinae, literas prima elementa. — 14. *Amicum ingenio fretum.*] Hoc idem refellit in Prologo Adelphorum: *Nam quod isti dicunt malevoli, homines nobiles Eum adiutare, assidueque una scribere; Quod illi maledictum vehemens esse existimant, Eam laudem hic ducit maximam, quum illis placet, Qui vobis universis et populo placet.* — *Amicum.*] Pro amicorum, videlicet Laelii et Scipionis, quorum amicitia Terentius familiarissime usus est. — 25. *Arbitrium vestrum.*] Bene *arbitrium*; nam *arbiter* dicitur iudex, qui totius rei habet arbitrium et facultatem; horum enim arbitrio et iudicio comoedia commendari pot-

---

git Naevium, Plautum, Ennium. Vide And. Prol. 18. Eleganter autem substantivum cum ipso pronomine relativo repetitur. Hec. Prol. Alt. 2. 8. Plautus, Epid. I. 1. 39. *Est* causa, qua causa *simul ire mecum veritus est.*

23. *Studium musicum.*] Calphurnius *musicum* peperam substantive accipit. Est autem *studium musicum* idem quod ars musica, h. e. scenica. Sed et generatim literae humaniores ita vocantur, Gellius, praefat. *Profanum vulgus a* studio musico *diversum.* Phorm. Prol. v. 18.

24. *Amicum ingenio.*] Vide Donatum ad Adelph. Prol. 15.

25. *Existimatio.*] H. e. Iudicium, arbitrium. Ita *existimare* pro iudicare. Infra II. 3. 21. [Et *existimator* pro iudice. Cic. in Brut. c. 93. *existimator doctus et intelligens.* Gronov. ad Liv. IV. 41. 2.]

Valébit. quamobrem omnés vos oratós volo,
Ne plús iniquûm póssit, quam aequûm, orátio.
Facite aéqui sitis: dáte crescendi cópiam,
Novárum qui spectándi faciunt cópiam
Sine vítiis: ne ille pró se dictum exístumet,
Qui núper fecit sérvo currenti ín via
Decésse populum: cúr insano sérviat?
De illíus peccatis plúra dicet, cúm dabit

V. 32. Rentl. probante Ruhnkenio pro *decesse* corrigit *dixisse*. Ita hoc vitio vertitur Lavinio, quod Populum in scenam induxerit cum servo loquentem.

---

erat. — 27. *Ne plus iniquum possit.*] Iustam rem petit: quae quidem, nisi ab iustis, conceditur. — 31. *Qui nuper fecit servo currenti.*] In hoc notatur adversarius, qui decorum personae non servaverit. Quid enim magis praeter servi decorum, quam ut illi

---

26. *Valebit.*] H. e. rumoribus malignis praevalebit. Liv. VIII. 27. *Haec consilia quum apud cupidos rerum novandarum* valuissent.

27. *Ne plus iniquum possit, quam aequum oratio.*] Ita Plautus, Rud. III. 2. 1. *ne impiorum potior sit pollentia, Quam innocentium.* Sunt vero *Aequi* faventes, *Iniqui* adversarii. Ovidius, Trist. I. 2. 6. Aequa *Venus Teucris*, *Pallas* iniqua *fuit.*

28. *Facite aequi sitis.*] H. e. estote aequi. Est autem hic usus verbi *facere* frequens. Ita Eun. III. 2. 53. Hec. III. 2. 2. ubi vide. — *Date crescendi copiam, novarum qui spectandi faciunt copiam sine vitiis.*] Id vult poëta: *Date copiam crescendi novarum fabularum sine turba, atque adeo cum silentio, iis qui faciunt copiam spectandi.* Quid *vitium* sit in fabula, vide Hec. Prol. 2. *Crescere* autem dicuntur, quorum fama et laus augetur. Cicer. pro Rosc. Am. 30. Virgilius, Ecl. VII. 25. *Pastores*, *hedera* crescentem *ornate Poëtam.* Dixit autem *crescendi* pro *crescendarum.* De qua locutione vide quae notavit Perizonius ad Sanct. Min. III. 8. [Cfr. Ruddimanu. Institutt. T. II. p. 245 sq. Ed. Lips.]

31. *Fecit servo currenti in via decesse populum.*] H. e. induxit. Ita Eun. Prol. 37. Servorum currentium, et obviis minitantium, ni de via decederent, multa in comoediis mentio est. Plautus, Amph. III. 5. 1. Merc. I. 2. 5. Poen. III. 1. 20. Vix autem intelligitur, qua ratione vetus poëta fecerit populum decedere currenti servo, seu in scena, seu in via.

33. *Cur insano serviat?*] Sensus videtur esse, *Cur populus serviat insano servo*, vel si mavis *poëtae?* Videtur autem servire,

Aliás novas, nisi finem maledictis facit.
Adéste aequo animo: dáte potestatém, mihi
Statáriam agere ut líceat per siléntium:
Ne sémper servus cúrrens, iratús senex,
Edáx parasitus, sycophanta autem ímpudens,
Avárus leno, assídue agendi sint mihi,
Clamóre summo, cúm labore máxumo.
Mea caúsa causam hanc iústam esse animum indúcite,
Ut áliqua pars labóris minuatúr mihi.
Nam núnc novas qui scríbunt, nihil parcúnt seni:

populus in via decedat, et insano serviat? — *35. *Adeste.*] *Adeste*, id est, intenti estote, et auxilium ferte, more advocati, qui clienti adest. — 35. *Date potestatem, mihi statariam agere.*] Ut liceat ad exitum usque fabulae perpetuo stare, ne videlicet aliqua turba fiat: ut fieri solet, aut ludis funambuli, aut gladiatorum; tunc enim necesse est relinquere comoediae actionem. Et bene dixit, *statariam*. *Agi* enim dicitur fabula, cum recitatur, *stare* cum placet. Est etiam comoedia quae dicitur *stataria* aut *motoria*, a stationibus actibus vel motoriis. — 37. *Ne semper servus currens.*] Exprimit varias personas, quae in comoediis introducuntur, quibus ars comica valde nobilitatur. Inducitur autem *leno periurus, amator fervidus, servus callidus, et amica illudens, et uxor inhibens, et mater indulgens, et patruus obiurgator, et sodalis opitulator, et miles praeliator, parasiti edaces, parentes tenaces*, et *meretrices procaces*. — 41. *Mea causa causam hanc iustam.*] παρονομασία. —

---

ubi decedit currenti de via. Atque in eo consistebat peccatum veteris poëtae. Vide Comment. maiorem.

36. *Statariam.*] Explicat Calphurnius. Dicuntur autem etiam actores *statarii*, Cic. Brut. 30. Origo vocis a militibus *statariis*, ordines suos in conflictu rigide servantibus. Vide Voss. Instit. Poët. II. 37. 14. [*Statariam* scil. fabulam. *Stataria fabula* dicitur, in qua non multi discursus sunt; quae sedatior maximam partem est et stando agitur, cui opponitur *motoria*, quae multos habet motus et cursus. Vid. Cic. in Brut. c. 30.]

38. *Sycophanta.*] Vide And. IV. 5. 20.

39. *Agendi sint mihi.*] Videtur igitur omnino senex hic recitator etiam e grege veteris poëtae L. Lavinii fuisse.

41. *Mea causa.*] Ita Eun. III. 2. 28. Infra V. 5. 23. Phorm. V. 8. 27. et Cicero passim. Phaedrus, I. 22. 4. *faceres si* causa mea. ubi observat Cl. Burmannus, esse hanc elegantiorem et veteribus magis usitatam locutionem, quam *causa mei*. — *Animum inducite.*] Vide And. III. 3. 40.

Si quá laboriósa 'st, ad me cúrritur:
Sin lénis est, ad álium defertúr gregem.
In hác est pura orátio. experímini,
In utrámque partem ingénium quid possít meum.
Si núnquam avare prétium statui artí meae,
Et eum ésse quaestum in ánimum induxi máximum,
Quam máxume servíre vestris cómmodis:
Exémplum statuite in me, ut adolescéntuli

V. 44. Faern. et Bentl. ex Bemb. *si quae l.* Iidem dein ex compluribus *si lenis.*

---

44. *Si qua laboriosa 'st.*] Iustum etenim est seni in re laboriosa favorem praestare. — 45. *Ad alium gregem.*] *Gregem* cum contemptu dixit, alios actores parvi faciens. *Gregem* appellat scenicorum turbam. Plautus in Prologo Asinariae, *Quae quidem mihi atque vobis res vertat bene, Atque huic gregi.* — 46. *Est pura oratio.*] Hoc est, nitida, quae facile assensum auditorum ineat. — 48. *Si nunquam avare pretium statui.*] Per haec verba Terentius demonstrat quam gravis auctor sit, qui suas comoedias probet. Sic *Horatius, Et cum respondere coneris, Quae gravis Aesopus, quae doctus Roscius egit.* — 49. *Et eum esse quaestum.*] Nonnunquam subauditur, *si*, ut sit, *et si eum quaestum.* — 50. *Servire vestris commodis.*] Plus dixit *commodis*, quam si diceret, *voluptatibus.*

---

44. *Ad me curritur.*] Id cum stomacho et indignatione dictum, uti And. I. 5. 16. *Itur ad me.*

45. *Ad alium defertur gregem.*] Intelligit histrionum familiam. Ita Phorm. Prol. 32. Plautus, Asin. Prol. 3. . [Cfr. intpp. ad Petron. 80.]

46. *Pura oratio.*] Ita Iulio Caesari Terentius dictus *puri sermonis* amator, auctore Donato in vita Terentii.

47. *In utramque partem,*] Videtur respicere comoediam laboriosam et lenem, seu motoriam et statariam. Prioris exemplum est Eunuchus, alterius Heautontimorumenos.

48. *Si nunquam avare pretium statui arti meae.*] De usu particulae *si* vide ad And. I. 5. 57. Per *pretium* intelligit ὀψώνια, seu mercedem a spectatoribus solvi solitam. *Lucar* vocat Festus. Plautus, Mil. III. 1. 133. *Merci pretium statui.*

51. *Exemplum statuite in me.*] Exempla dicuntur fieri, edi, statui in aliquem, sed sensu fere deteriore. Vide Eun. V. 5. 4. et 6. V. 7, 21. Plautus, Rud. III. 2. 6. *Statuite exemplum imprudentiae.* Sed h. l. sensus est: Ut adolescentuli histriones posthac meo ex-

Vobis placere stúdeant potius, quám sibi.

emplo potius studeant servire vestris commodis, quam suis; vestrumque iudicium anteponant suo quaestui.

52. *Vobis placere studeant potius, quam sibi.*] Arrogantis animi est, *placere sibi.* Ovidius, Metam. II. 58. placeat sibi *quisque licebit.* Martialis, V. 57. *noli* tibi, *Cinna* placere. Vide Burman. ad Petron. c. 44.

ACTUS PRIMUS.

SCENA PRIMA.

CHREMES. MENEDEMUS.

Ch. **Quanquam haéc inter nos núper notitia ádmodum 'st,**
Inde ádeo, quod agrum in próximo hic mercátus es,
Nec reí fere sane ámplius quidquám fuit;
Tamén vel virtus túa me, vel vicínitas,

1. *Quanquam haec inter nos.*] *Bene ex arte comica senex opitulator inducitur; qui et miseria et tristitia alterius valde commoveatur; simul amborum senum coniunctio et familiaritas, ad id quod secuturum est, non parum accommoda futura est; simul exprimitur a poëta mutua miseratio, quae inter senes esse solet, et oratio senilis prolixa. Quanquam haec inter nos.*] Exordium est, et oratori congruum. Quod enim exigua notitia, aut nuper ineepta, vel nulla consuetudo antactae vitae facere prohibet, id vel virtus, vel propinquitas cogit. — 4. *Vicinitas.*] *Vicinia* non tam homines qui eun-

---

1. *Nuper notitia.*] Citat Cicero, Fin. II. 4. Florus, IV. 2. 67. *Elephanti* nuper *a silva.*

2. *Agrum in proximo hic mercatus es.*] Imitatur Columella, R. R. I. 1. *Censeo igitur* in propinquo agrum mercari. Plautus, Cistell. I. 1. 102. *Habitabas hic in proxima.* — *Vicinitas.*] Ovidius, Metam. IV. 59. *Notitiam primosque gradus* vicinia *fecit.* De discrimine *vicinitatis* et *vicinias* vide Comment. maiorem.

Quod ego in propinqua párte amicitiaé puto,
Facit, út te audacter móneam, et familiáriter:
Quod míhi videre práéter aetatém tuam
Facere, ét praeter quam rés te adhortatúr tua.
Nam próh Deûm atque hominúm fidem! quid vís tibi?
Quid quaéris? annos séxaginta nátus es,
Aut plús [eo], ut coniicio: ágrum in his regiónibus
Meliórem, neque pretí maioris, némo habet:

V. 5. Bentl. corr. *quod ego in aliqua parte*; nam *propinqua pars amicitiae* inepte dici. Recte, opinor, explicat Westerhov.
V. 11. Bentl. *eo* delet.

---

dem incolunt vicum significat, quam qui prope domum tuam habitant. *Vicinitas* autem non homines, sed propinquitatem proprie vicinorum. — 9. *Nam prô Deûm atque hominum fidem!*] Exclamatio vehemens est in eum, qui et senex et dives continuo se labore defatiget, et eo magis Chremes admiratur huius laborem, nondum intellecta causa. — 11. *Ut coniicio.*] Id est, coniecturam capio. Hinc coniectura dicta est a *coniectu*, id est, a directione quadam rationis ad veritatem. Unde etiam somniorum atque omnium interpretes *coniectores* vocamus. — 12.] *Nemo.*] Pro, quisquam. — 14. *Tu-*

---

5. *Quod ego in propinqua parte amicitiae puto.*] H. e. quod ego amicitiae proximum esse puto. *Quod* tamen non refertur ad *vicinitas*, sed ad sensum; q. d. *quod vicinium esse.* Tum *parte* dixit pro *loco.* Commoda autem et vincula vicinitatis explicat Hesiodus, *Eqy.* 339. seqq. Cicero, Fin. V. 23. Similis sententia est, Fam. XIII. 10. *Hanc quaesturae coniunctionem liberorum necessitudini proximam voluit esse.* [*Virtus me facit ut moneam* pro virtus facit, ut ego moneam, cuius constructionis exempla supra dedimus.]

Praeter aetatem.] H. e. aliter ac tua aetas postulat. Ita Hec. II. 1. 29. Plautus, Epid. I. 2. 3. Praeter aetatem *et virtutem stultus es.*

9. *Quid vis tibi?*] Formula reprehendendi. Ita Eun. IV. 7. 34. V. 7. 6. — *In his regionibus.*] Cicero, L. Agrar. III. 4. *Ex multis praediis unam fundi* regionem *formamque perfecerit.* De agri, ruris, fundi, et similium vocabulorum differentia, vide opuscula de Latinitate Ictorum Veterum, edita a Cl. Dukero, p. 70. seqq.

[11. *Plus eo*; suppl. *tempore.* Liv. XXVII. 50. *per omnes dies ex quo.* Idem XXXIV. 26. *per aliquot aetates, ex quo.* Hec. III. 4. 7. *Dies triginta aut plus eo in navi fui.*]

12. *Pretii maioris.*] Pro eo et *pretii pluris* dixerunt. Sal-

Servós complareis: proínde quasi nemó siet,
Ita túte attente illórum officia fúngere.
Nunquám tam mane egrédior, neque tam vésperi
Domúm revortor, quín te in fundo cónspicer
Fodere, aút arare, aut áliquid ferre. dénique
Nullúm remittis témpus: neque te réspicis.

V. 13. Bentl. corr. *Servos non plures.*

V. 17. Bentl. *aut aliquid facere denique.* puncto post *denique* posito. Ita vett. editt. et duo codd. Bentl. consentiente Donato ad Phormion. I. 2, 71.

---

se illorum officia fungere.] Nunc dicimus *officiis fungeris. Fungor* idem est quod officium munusque ago: ut, *Fungor magistratu, fungor legatione.* — 15. *Nunquam.*] Duae *Nam. Tam mane.*] Modo adverbium; alibi nomen videtur: ut, *Iam mane novum. Iam clarum mane fenestras intras.* — 16. *Quin te in fundo conspicer.*] *Quin*, pro quod non, hoc in loco alias pro cur non, pro etiam, pro quare, ponitur. *In fundo.*] Saperius dixit, *Agrum in proximo hic maceriae est.* *Fundus* enim ab agro continetur. De quo *Cicero* in quodam ioculari libello, *Fundum vero vocat, quem possis mittere funda, Ni lapis excideris, qua cava funda patet.* — 18. *Remittis, neque te respicis.*] Nihil significantius de eo qui

---

Iustius, Ing. 85. *Neque histrionem, neque* pluris pretii *coquum, quam villicum habeo.* ubi vide quae notavit Cortius.

13. *Proinde quasi.*] Ita Phorm. II. 3. 35. Cicero, Mil. 31. Proinde quasi *nostram ipsam mentem, qua sapimus, qua providemus, quo haec ipse agimus, videre, aut plane, qualis, aut ubi sit, sentire possimus.* [*Proinde* ponitur pro perinde. Vid. not. ad Rutil. Lup. I. p. 31. Ea particula hic iungitur cum *quasi* ut Phorm. II. 3. 35. *proinde expiscare quasi non noverit.* Iungitur etiam cum *ut* et *ac.* Nep. Lysandr. c. 2. *proinde ac si iidem firmissimi soleant esse amici.* Vid. Manut. ad Cic. ad Div. XI. 28. et Graevius ad X. 24.]

15. *Nunquam tam mane egredior.*] Nonius, V. *Vespera* ita citat: *Nunquam tam mane domo egredior, neque tam vesperi revortor.*

17. *Fodere aut arare.*] Citat Cicero, Fin. I. 1. Varro, R. R. I. 31. *Vineas novellas* fodere aut arare; *et postea ocrare.* Suetonius, Ner. 9. *Rastello humum* effodit. [*Aliquid* ponitur pro *aliud quid* Ovid. Epist. XII. 80. *et si forte aliquos gens habet ista Deos.* Vid. Oudendorp. ad Suet. Tiber. c. 47. Pro *ferre* recte Bentleius ex libris antiquis revocavit *facere.*]

18. *Neque te respicis.*] H. e. neque tui curam habes, neque

Haec nón voluptati tibi esse, satis certó scio.
At enim [dices] me, quantum hic óperis fiat, poénitet. 20
Quod in ópere faciundo óperae consumis tuae,
Si súmas in illis exercendis, plús agas.
Me. Chremé, tantumne ab ré tua est otí tibi,

V. 20. Bentl. *dices* delet, quod in codd. sedem variat et metrum turbat.

---

nihil sibi parcit, nec sui miseretur. Nam qui aliis *remittit* aliquid, id est condonat, is est facilis et mitis naturae. — 20. *At enim dices.*] Anthypophorae respondet. *Poenitet.*] Id est, parum videtur. *Poenitet* enim eum qui parum putat. Alibi Terent. *Nostri nosmet poenitet.* *Virg.* in Bucol. *Nec te poeniteat calamo triviale labellum.* *Cicero* ad filium, *Quoad te, quantum proficias, non poenitebit.* — 21. *Quod in opere faciendo.*] *Opera* est actio, et persona ipsa quae opus peragit. *Opus* finis est et fructus operae. Nonnunquam *opus* pro *opera* videtur accipi. *Virg.* *Mollibus e stratis opera ad fabrilia surgit.* — 22. *In illis exercendis.*] Qui aliis praeest aut paterfamilias aut imperator, plus effici sua adhortatione quam opera. — 23. *Tantumne est ab re tua otii tibi?*] *Difficilis*, ut inquit Cicero, *est cura rerum alienarum.* *Nam ea magis percipimus atque sentimus, quae nobis ipsis aut agnata eveniunt, quam illa, quae ceteris: quae quasi longo intervallo interiecto videmus: aliter de illis, ac de nobis, iudicamus.* *Ab re tua.*] Id est a negotiis tuis familiaribus. Dicitur etiam *ab re tua*, contra utilitatem tuam: sicut *e re tua*, *et e repu-*

---

tibi parcis. Ita Pherm. II. 3. 87. Cicero, Fam. X. 24. *Quod si aut Caesar se respexerit.* Vide quae notavit I. Fr. Gronovius ad Liv. XXXI. 44.

20. *Me, quantum hic operis fiat, poenitet.*] Intelligit opus rusticum. Dolet mihi, inquit, tam parum operis rustici fieri. Ita Eun. II. 1. 14. Pherm. II. 1. 20. Cicero, Senect. 7. *Nunquam fere ulla in agro maiora opera fiunt.* De voce *poenitet* vide ad Eun. V. 7. 12. [Cfr. Ernesti Cl. Cic. s. v.]

21. *Opera faciundo.*] Proprie. Ita mox versu 90. Eun. II. 1. 14. Adelph. IV. 1. 2. Phorm. II. 1. 20. Plautus, Asin. V. 2. 23. Opere *foris* faciundo *lassus.*

22. *In illis exercendis.*] Haec digitum intendens in servos rusticos dicit. Dicitur autem *exerceri*, qui fatigatur, et ad opus faciendum impellitur. Adelph. IV. 2. 48. Virgilius, Georg. I. 2. 10. Exercete, *viri, tauros.*

23. *Chreme, tantumne ab re tua est otii tibi, aliena ut curare?*] Imitatur per iocum Cicero, Att. XII. 6. *Chreme,*

Aliéna ut cures; éaque, nihil quae ad té attinent?
Ch. Homó sum: humani níhil a me alienúm púto.
Vel mé monere hoc, vél percontari puta:
Rectúm est? ego ut faciam: nón est? te ut deterream.
Me. Mihi sic est usus: tibi ut opus factó 'st, face.

V. 24. Bentl. e vett. editt. et codd. *suis*: *quae nihil ad te attinent.*
V. 27. etiam Bentl. probat signum interrogationis post *Rectum est*, et *non est.*

---

blica: id est, pro te tuis, et pro republica. — 25. *Homo sum: humani a me nihil alienum puto.*] Hoc ex Platonis sententia, qui inquit: *Ortus nostri partem patriam vendicare, partem amicos.* Et ut Stoicis placet, *quae in terris gignuntur, ad usum hominum* omnia *creantur.* Homines autem hominum causa generantur, ut ipsi inter se alii aliis prodesse possint. — 26. *Percontari.*] Id est interrogare. *Percontari* suapte natura ad finem spectat coarguendi. Interrogamus, noscendi gratia: *percontamur* vero, arguendi: quamvis tamen utroque indifferenter utamur. — 28. *Usus.*] Modo *opus* significat: alias *utile*: ut, opus est facto, pro facere. Sic Sallust. *Nam et priusquam incipias, consulto, et, ubi consulueris, mature facto opus est.* * Ponitur igitur hic ablativus participii praeteriti temporis

---

tantumne ab re tua est otii tibi, ut etiam Oratorem legas? Horatius, Serm. II. 3. 19. alienа *negotia* cum *Excusus proprii.*

25. *Homo sum: humani nihil a me alienum puto.*] Ita respondet Chremes, incusatus a Menedemo, ut qui aliena curaret, eaque quae nihil ad se attinerent: dicit vero, ideo nihil humani a se alienum esse, vel ideo, quod homo sit. Atque in hunc sensum laudat Cicero, Off. I. 9. *Est enim difficilis cura rerum alienarum: quanquam Terentianus ille Chremes humani nihil a se alienum putat.* Qui nunc vulgo Chremetis verbis affingitur sensus, q. d. *Homo sum, adeoque errori obnoxius*, is a mente Terentii est alienissimus. Vide porro Comment. maiorem.

26. *Vel me monere.*] Ita Cicero, Fam. IV. 8. *Illud tamen vel tu me monuisse, vel censuisse puta, vel propter benevolentiam tacere non potuisse, ut, quod ego facio, tu quoque animum inducas.* — *Percontari.*] Vide ad Eun. II. 3. 3.

27. *Deterream.*] H. e. dissuadeam; nullo formidinis respectu. Ita Adelph. I. 2. 94. Plautus, Mil. II. 3. 61. *Me homo nemo* deterruerit, *quin ea sit in his aedibus.* [Broukh. ad Tibull. I. 3, 13.]

28. *Mihi sic est usus.*] Versum hunc laudat Cicero, Fin. V. 10. expressum e Plauto, Amph. I. 3. 7. *Citius, quod non facto 'st usus, fit, quam quod facto 'st opus.*

Ch. An cuíquam est usus hómini, se ut cruciét?
Me. Mihi.
Ch. Si quíd laboris [est], nóllem. sed quid istúc mali est,
Quaesó? quid de te tántum meruisti? *Me.* Eheu!
Ch. Ne lácruma: atque istuc, quídquid est, fac me út sciam:
Ne rétice: ne verére: crede, inquám, mihi,

V. 30. Bentl. *est* delet, comparans Plaut. Trin. V. 2, 57. *Si quid tibi, pater, laboris.* Recte.
V. 31. Bentl. pro *Eheu* corrigit: *eiei*, ut vitetur *hiatus*.

pro infinitivo: sicut ibi *consulto*, i. e. consulere, et *facto*, i. e. facere. — 29. *Mihi.*] Non repugnat sententiae Chremetis, sed se solum meruisse dicit ut crucietur. — 31. *De te meruisti.*] Dicimus autem *mereo* et *mereor*. *Mereor de te* est aliquid in te confero vel bonum, vel malum. — 33. *Ne retice.*] Bene *retice*: nam *reticemus* dolores: *obticemus* pudenda: *tacemus* secreta. ut, *Nec tacui demens.* In Eu-

30. *Si quid laboris est, nollem.*] H. e. si quid in animo molestiae est, quod te male habet. Quomodo et Graeci suum πόνος usurpant. Ita And. IV. 3. 8. V. 2. 29. Hec. III. 1. 6. Unde qui in malis versantur, *laborare* dicuntur. Quia vero Menedemus cum suspirio dixerat, *mihi*, inde Chremes suspicabatur, esse ei nescio quid laboris obiectum, dicitque *nollem*, usitata deprecandi formula, q. d. Sic Adelph. II. 1. 11. Est igitur *nollem* q. d. doleo vicem tuam. Plautus, Trin. V. 2. 57. Si quid *tibi*, *pater*, laboris; *nihil evenit, ne time.*

31. *Quid de te tantum meruisti?*] H. e. quid adversus te ipse peccasti, quod tantas a te poenas sumis? Infra 40. 15. Plautus, Epid. I. 1. 59. *Videre commeruisse Hic, me absente*, in te aliquid mali.

32. *Fac me, ut sciam.*] Ita solet accusativus iungi verbis, cum pro eo nominativus eiusdem vocabuli in sequenti commate usitatius exprimitur. Dixit ergo, *Fac me, ut sciam*, pro, *Fac, ut ego sciam.* Quae locutio Comicis est familiaris. Sed et scriptoribus aliis. Ita Eun. I. 2. 86. V. 8. 5. Adelph. V. 4. 20. Hec. Alt. Prol. 4. Plautus, Asin. I. 1. 13. *Te faciam, ut scias.* Vide omnino Peris. ad Sanct. Min. II. 5. 5. [Supra v. 6.]

33. *Ne retice.*] Pacuvius, Periboea: *Parum est, quod aetas male habet, ni etiam hic ad malam Aetatem adiungas cruciatum* reticentia?

Aut cónsolando, aut cónsilio, aut re iúvero.
Me. Scire hóc vis? *Ch.* Hac quidem causa; qua
dixi tibi.
Me. Dicétur. *Ch.* At istos rástros interea tamen
Adpóne, ne labóra. *Me.* Minime. *Ch.* Quam rem
agis?
Me. Sine mé vacivum témpus ne quod dúim mihi
Labóris. *Ch.* Non sinam, inquam. *Me.* Ah! Non
aequúm facis.

V. 38. Bentl. *dem.*

---

nucho, *Virgo concissa veste lacrymans obticet.* — 34. *Aut consolando, aut consilio, aut re iuvero.*] His tribus adhibitis, quid amplius in vera amicitia exoptandum? — *36. *At istos rastros.*] Dicimus *rastrum* in singulari, et *rastri* in plurali. Dicti autem sunt a *radendo*, quod terram radant. — 37. *Depone.*] In tempore. **Ne labora.*] Id est, noli te vexare, aut te ita labore conficere. Interdum *ne labora* significat, ne cura, noli curare. — 39. *Non*

---

34. *Aut consolando.*] Expressum e Plauto, Pseud. I. 1. 17. *Iuvabo aut re, aut opera, aut consilio bono.* Imitatur Cicero, Fam. VII. 10. et Att. IX. 6.

35. *Qua dixi.*] Locutio graecissans, ubi relativum pronomen etiam casu convenit cum substantivo antecedente. Cicero, Fam. V. 14. *Cum scribas, aut aliquid agas eorum* quorum *consueseti.* Gellius, I. 3. *In eo*, quo *dixi*, *libro.* Vide quae notavit Cortius ad Sallust. Catil. 34. n. 2. [Cfr. Bentl. ad Horat. Serm. I. 6, 15.]

36. *Rastros.*] *Rastri* et *rastra* dicuntur, quod terram *radant*, teste Servio ad Virg. Georg. I. 94. Sic rostrum a rodendo dictum. Ennius, Annal. VIII. aliter, Rastros *dentes faber* rasit *causa polliendai Agrei.* Suetonius, Ner. 19. Rastello *humum effodit.* — *Adpone.*] Proprie, quoties quod in manu est, prope nos ponimus, *adponere* dicimur. Ita And. IV. 3. 10. Plautus, Cas. II. 6. 11. Adpone *hic sitellam.* Poen. IV. 2. 35. *Sy. At onus urget. Mi. At tu* adpone, *et respice ad me.* Eodem sensu Cicero, Fam. XVI. 4. *Omnia* depone. [*Quam rem agis* i. e. quid tibi vis, ut alibi loquitur. Infra IV. 4. 18. De formula vid. Bentleius ad Hor. Serm. II. 6. 29.]

38. *Vacivom.*] Vacuum, otiosum, σχολαῖον. Plautus, Bacchid. I. 2. 46. *Valens afflictet me* vacivum *virium.* Phaedrus V. Prol. 14. *Quartum libellum dum* vacive *perleges.* h. e. otiose, per otium. Vide Cl. Burm.

Ch. Hui, tám graves hos, quaéso? *Me.* Sic meritúm 'st meum.
Ch. Nunc lóquere. *Me.* Filium únicum adolescéntulum
Habeo. áh! quid dixi habére me? immo habui, Chreme:
Nunc háběam, necne, incértum 'st. *Ch.* Quid ita istúc? *Me.* Scies.
Est é Corintho hic ádvena anus paupércula:
Eius filiam ille amáre coepit pérdite,
Prope iam út pro uxore habéret. haec clam me ómnia.
Ubi rém rescivi, coépi non humánitus,
Neque ut ánimum decuit aégrotum adolescéntuli,

V. 45. Bentl. *amare coepit virginem*, ut est in codd. nonnullis. Alii iunctim *perdite virginem* aut *virginem perdite*.

---

sinam, inquam.] Haec magis gestu exprimuntur. — 40. *Hui, tam graves.*] Aposiopesis: et admiratio ponderis rastrorum, quibus senex utitur. * *Hui.*] Miserantis exclamatio est. — 45. *Perdite.*] Bene *perdite*; nam *perditus* est, qui in omne scelus est traditus. * *Perdite.*] Adverbium, i. e. misere et nimis vehementer, et in perditionem morum suorum. — 48. *Animum aegrotum.*] Pro *aegro*

---

40. *Hui, tam graves hos, quaeso?*] Subaudi, rastros tractas? quod adpositos a terra allevans dixit Chremes. Virgilius, Georg. I. 164. *Iniquo pondere rastri.* Ovidius, Metam. XI. 36. *Sarculaque, rastrique graves, longique ligones.*

42. *Immo habui.*] Infaustum verbum est *habui*. Unde Plautus, Rud. V. 2. 34. *Miserum istuc verbum est pessimum est*, habuisse, *et nihil habere.* Seneca, Controv. IV. 28. Habui *filiam de omnibus meis*, Habui, *dicendum.* Tacitus Annal. XII. 37. Habui *equos, viros, arma, opes.*

46. *Prope iam ut pro uxore haberet.*] Ita And. I. 1. 119. I. 5. 38. Suetonius, Ner. 38. *Seductum ad se* pro uxore habuit.

47. *Non humanitus.*] H. e. duriter et inclementer. Quod mox dicet, *vi et via pervolgata patrum.* Nonnius Marcellus *humanitus* et *humaniter* [illegible] facit. Vide Comment. maiorem. [Rutil. Lup. II. p. 85. *commotus humanitus precibus.* ubi vid. quae annotavimus.]

48. *Animum aegrotum.*] Vide And. I. 2. 22.

Tractáre; sed vi, et viá pervolgatá patrum.
Quotídie accusábam: hem, tibine haec dístius
Licére speras fácere, me vivó patre,
Amícam ut habeas própe iam in uxoris loco?
Errás, si id credis, ét me ignoras, Clínia.
Ego té meum esse dici tantispér volo,
Dum, quód te dignum 'st, fácies: sed si id nón facis,
Ego, quód me in te sit fácere dignum, invénero.

V. 49. *via* est monosyllabum, ut Hecyr. I. 1, 16. monente Bentl.

---

dixit; nam animus *aeger*, corpus vero *aegratum* dicitur. *Non tamen inconvenienter id quod corpori appropriatur, attribuit animo; provenit enim menti vel animo aegritudo ex carnis lascivia. — 49. *Et via pervolgata patrum.*] Patres bonis institutis, aliorum exemplis, nonnunquam minis, filios ad virtutem adhortantur. — *50. *Hem, tibine haec.*] Interiectio indignantis. — 54. *Tantispер volo.*] *Tantisper* postulat post se *dum* pro donec sive quamdiu. Cicero, *In carcere ductus, ut ibi esset tantisper, dum culeus in quem deiectus deferretur, compararetur.* Sunt qui accipiant *tantispar* pro

---

49. *Tractare.*] *Tractatur* proprie materia, unde quid fingunt artifices. Unde *tractari* homo dicitur, qui in varias cogitationes quasi diducitur. Ita infra, versu 101. et II. 3. 125. Cicero, Orat. 28. *Huius eloquentiae est*, tractare *animos*, *huius omni modo permovere.* — *Via pervolgata.*] H. e. ubique usitata, et nunc et olim. Plautus, Bacchid. IV. 9. 150. *Quod non triumpho*, pervolgatum *est*, *nihil mioror.* Pseud. I. 1. 122. *At hoc* pervolgatum *est minus.*

50. *Quotidie accusabam.*] H. e. obiurgabam. Ita mox versu 67. Hec. IV. 4. 95. Expressus locus e Planto, Merc. I. 1. 46. *Obiurgare pater haec me noctes et dies.*

53. *Errας, si id credis.*] Coelius ad Cic. Fam. VIII. 16. existimas, *eandem rationem fore Caesari in dimittendis adversariis, et conditionibus ferendis*; erras. [Eadem formula apud Petron. c. 94. *erras si putas.* ubi vid. Burmann.] — *Me ignoras.*] H. e. non nosti mores et ingenium meum. Phaedrus, V. 2. 9. de virtutis experte: *Ut possis alios* ignorantes *fallere.* ubi vide Interpretes.

54. *Te meum esse.*] Ita solent, suppresso *filii* nomine. Infra V. 4. 11. Adelph. V. 3. 11. et 18. et 16. Plautus, Merc. I. 1. 50. plenius, *Abnuere: negitare adeo, me* natum suum.

56. *In te favere.*] Ita infra I. 2. 24. Totum autem cum stomacho dictum; et videtur filio minitari abdicationem.

Nulla ádeo ex re istuc fit, nisi ex nimio ótio.
Ego istúc aetatis, nón amori operám dabam;
Sed in 'Asiam hinc abii própter pauperiem: átque ibi
Simúl rem, et belli glóriam armis répperi. 60
Postrémo adeo res rédiit: adolescéntulus

V. 57. Bentl. invitis libris corr. *nimio ex otio*, ut *nimio* sono acuatur.
V. 60. Bentl. corr. *Simúl rem et gloriam armis belli répperi.*

---

tantummodo: sunt qui pro interea. Livius Lib. I. ab urb. cond. *Tamen id imperium ei ad puberem aetatem incolume mansit, tantisper tutela muliebri.* Et *tantisper* sine *dum* usus est. — * 57. *Otio.*] Id est, cessatione et requie ab operibus *diuturna quies vitiis alimenta ministrat.* — 58. * *Ego istuc aetatis.*] Id est, cum essem ea aetate, qua tu es. Dicit eodem modo Cicero in Epistolis, *id aetatis*, pro, ea aetate. *Non amori operam dabam.*] Bene senex iuxta Horatii praeceptum, *laudator temporis acti* inducitur. — * 59. *In Asiam.*] Quae est tertia pars orbis, et provincia in ea parte eiusdem nominis. * *Propter pauperiem.*] Quia unusquisque cupit pauperiem fugere, tanquam magnum malum, ut inquit Horatius. * *Propter pauperiem.*] *Paupertas* est mediocrium, *paupertas* mendicorum. — 60. *Rem et gloriam.*] Haec duo potissimum a militibus strenuis comparantur. *Res* tria notat, imperium sive divitias, litem, et Venerem. * *Armis repperi.*] Alii codices non habent cum armis belli, et tunc armis belli intelligatur, i. e. per praeclara gesta, quae gessi

---

58. *Istuc aetatis.*] H. e. tanta iam aetate. Ita Plautus, Amph. I. 1. 2. *Hoc noctis.* h. e. tam multa nocte. Asin. I. 1. 56. *Id aetatis.* h. e. in tanta aetate, cum esset tam grandis natu. Ita etiam Cicero, Fam. VI. 10. XV. 13. Suetonius, Galb. 14. Ner. 28. — *Non amori operam dabam.*] Plautus, Merc. I. 1. 62. *Non, ut ego,* amori, *neque desidiae in otio* Operam dedisse.

59. *Propter pauperiem.*] Paupertas multis fuit militiae causa. Adelph. III. 3. 30. Plautus, Trin. II. 4. 194. seqq. Virgil. Aen. II. 87. Pauper *in arma pater primis huc misit ab annis.*

60. *Gloriam.*] Quam proprie ita dixerit, disserit Cl. Burmannus ad Val. Flacc. Argonaut. I. 77. Sallust. Iug. 70. *Ex quo illi* gloria *opesque inventae.* — *Belli.*] H. e. tempore belli. Vide Voss. Art. Grammat. VII. 25. Sallustius, Iug. 41. *Paucorum arbitrio* belli *domique agitabatur.* ubi vide Cortium. [Sic etiam Ruhnk. Malim tamen *belli* cum *gloriam* connecti. St.]

61. *Postremo adeo res rediit.*] Ita infra II. 3. 118. ubi vide.

Saepe éadem, et graviter aúdiendo, víctus est.
Putávit me et aetáte, et benevoléntia
Plus scíre et providére, quam se ipsúm sibi.
In 'Asiam ad regem militátum abiit, Chreme.
Ch. Quid ais! *Me.* Clam me profêctus, menses treis abest.
Ch. Ambo áccusandi: etsi illud inceptúm tamen
Animi ést pudentis sígnum, et non instrénui.
Me. Ubi cómperi ex iis, qui ei fuere cónscii,
Domúm revortor moéstus, atque animó fere
Pertúrbato, atque incérto prae aegritúdine:
Adsído, adcurrunt sérvi, soccos détrahunt:

V. 63. Bentl. *et* ante *aetate* e codd. restituit.
V. 66. B. e vett. editt. et codd. suis *Clam me est profectus.*
V. 69. e codd. suis *qui fuere ei conscii*, ut vitetur in quinta sede trochaeus. Sed vid. annot. ad Andr.
V. 71. Bentl. *Conturbato*, ex codd.; et *inerti* pro *incerto*, ut est in cod. Acad. a pr. m. scriptum.

---

in bello. — * 62. *Audiendo.*] Scilicet saepe eadem convicia et probra. * *Victus est.*] A proposito malo amoris deflexus. Et ita laudat filium, qui in malo non fuerit pertinax, ut multi sunt. * *Victus est*] Non cessit aut paruit, sed, quod est oppressi, victus est. — 63. *Putavit me.*] Clementissimus pater filium laudat, quod non pertinax in malis, ut multi, fuerit. — 69. *Ubi comperi.*] Haec oratio tota pathetica est. Et bene *comperi*, compertum est mihi, et exploratum, idem est quod scio per investigationem. — *71. *Atque incerto.*] Fracto, ut dicimus. Certo animo, id est, forti et firmo. — *72. *Adsideo.*] Id est, iuxta aliquid sedeo. Nam componitur ex *ad*, quod est, iuxta, et *sedeo.* Vel compositum pro simplici. * *Adsideo.*] *Sedemus* desidia, ut: *sedeant spectentque Latini. Residemus* otio, ut: *Iam pridem resides animos. Praesidemus* rei com-

---

63. *Graviter audiendo.*] H. e. aegre et iniquo animo. And. I. 2. 20. Infra III. 3. 9. — *Victus est.*] Cessit, et obtemperavit. And. V. 3. 21. Hec. I. 2. 98. II. 2. 2.

65. *Ad regem.*] Intellexit Regem Persarum, qui κατ' ἐξοχὴν dictus *βασιλεὺς*, *βασιλεὺς μέγας*, et *βασιλεὺς βασιλέων*. Ita Eun. III. 1. 7. et 11. Vide Comment. maiorem.

69. *Ei fuere conscii.*] Ita Phorm. I. 3. 4.

72. *Adsido.*] Exprimit vires animo labore fatigatas, et prae

Video álios festinâre, lectos stérnere,
Coenam ádparare: pró se quisque sédulo
Faciébant, quo illam míhi lenirent miseriam. 75

V. 73. Bentl. „Si iam *videt*, inquit, cur versu abhinc tertio narrat, *Ubi video?* Repone: *Inde alii festinare.*“ Repetitum verbum in hac narrationis simplicitate minime displicet.

---

missae, ut provinciae, *Assidemus* in re, quam frequenter agitamus. *Accurrunt servi.*] Tale illud in Andria, *Accurrit: mediam mulierem amplectitur.* — * *Soccos detrahunt.*] *Soccus* calcei genus est, dictus, ut aliqui volunt, quasi *saccus*, quia calcationi sit facilis, quas peditheeas vocant. Eo autem calceamento comoediarum actores utebantur, quemadmodum *cothurno* tragoedi. Usque adeo, ut pro stilo comico poni possit, quemadmodum *cothurnus* pro stilo tragico. — 73. *Lectos sternere.*] Ex consuetudine antiqua; lectulis enim stratis antiqui coenitabant. Unde triclinium a tribus lectis dictum. Horat. *Saepe tribus lectis videas coenare quaternos.* Terent. in Adelph. *Lectulos ligneos dedit faciendos in sole, ubi potetis vos.* — 74. *Coenam adparare.*] Nihil significantius de sene dicere potuit, qui vo-

---

aegritudine collapsus. Ovidius, Heroid. XIII. 24. *Succiduo dicet procubuisse genu.* — *Soccos detrahunt.*] Suetonius, Vitell. 2. *Detractumque soccum dextrum.* Erat autem haec res vilissimi ministerii. Confer Evang. Marci, I. 7.

73. *Festinare.*] H. e. trepide concurrere. Adelph. III. 2. 25. Plautus, Cas. IV. 1. 5. *Omnes* festinant *intus totis aedibus.* Horatius, Carm. IV. 11. 9. *Cuncta* festinat *manus.* — *Lectos sternere.*] Ita Adelph. II. 4. 21. Plautus, Mostell. I. 4. 13. *Cave modo, ne prius in via accumbas, Quam illic, ubi* lectus est stratus, *coimus.* Martialis, VIII. 67. 6. *Sternantur lecti.*

74. *Pro se quisque sedulo faciebant.*] H. e. quantum quisque poterat. Plautus, Amph. I. 1. 76. Pro se quisque, *id quod quisque potest et valet.* Virgilius, Aen. XII. 552. Pro se quisque *viri summa nituntur opum vi.* [Cic. Verr. I. 27. *pro se quisque, ut in quoque auctoritatis plurimum erat, ad populum loquebatur.* Lang. ad Cic. de Off. III. 14. *Quisque* autem ut collectivum recte iungitur plurali. Vid. Fabricius ad h. l. et Drakenb. ad Liv. II. 22. 7.]

75. *Mihi lenirent miseriam.*] Ita Plautus Mil. II. 6. 100. dixit: *Irae leniunt*, h. e. leniuntur, seu defervescunt. Cicero, de Senect. c. 15. *Homerus Laërtem* lenientem desiderium, *quod capiebat e filio, volentem agrum, et eum sternentem facit.*

Ubi vídeo haec; coepi cógitare: Hem! tót mea
Solíus solliciti sint causa, ut me unum éxpleant?
Ancíllae tot me véstiant? sumtús domi
Tantós ego solus fáciam? sed gnatum únicum,
Quem páriter uti his décuit, aut etiam ámplius,
Quod illa aétas magis ad haéc utenda idónea 'st,
Eum ego hínc eieci míserum iniustitiá mea.
Maló quidem me dígnum quovis députem,
Si id fáciam. nam usque dum ílle vitam illám colet
Inopém, carens patria ób meas iniúrias,
Intérea usque illi dé me suppliciúm dabo:

V. 76. Bentl. ante *haec* interpungit. Nobis vulgata magis placet distinctio.

V. 79. Bentl. pro *sed gnatum* corr. *qui gnatum*. Hoc si nolis, pro *eieci* legendum censet *eiiciam* aut *eiexim*.

V. 85. Bentl. coni. *Inopém, carentem pátria ob meas iniurias:* ne *patria* careat accentu. Legi etiam posse arbitratur: *Inops, carensque patria*.

---

luptates et commoda, quae aspernatus gratia filii narrat. Nam *adparare*, est ad dignitatem quandam ac verius pompam. *Praeparare* vero, est quae utilia sunt, aut fore creduntur. — 82. *Eum ego eieci.*] *Eum* abundat. — *86. *Illi de me supplicium dabo.*] *Dare alicui de se supplicium* significat, punire se ipsum illius vice.

---

77. *Ut me unum expleant.*] Eadem ratione *animus* alicui *expleri* dicitur. Hec. V. 1. 28. V. 2. 19. [*Explere aliquem* significat satisfacere alicui. Cic. ad Div. II. 1. *non enim vereor, ne non scribendo te expleam.*]

78. *Ancillae tot me vestiant?*] H. e. vestibus mihi confiendis occupatae sint, nendo et texendo?

83. *Malo quidem me dignum quovis deputem.*] Citat haec verba Cicero, Tusc. III. 27.

84. *Vitam illam colet.*] H. e. deget. Plautus, Cas. II. 1. 11. *faciam, uti, proinde ut est dignus*, Vitam colat. Cicero, Att. XII. 28. *Nunc plane nec ego victum, nec* vitam illam colere *possum*.

86. *Usque.*] Haec particula intendit vim sententiae, tanto magis, quia iam praecessit, *usque dum*. Ita Phorm. V. 8. 41. — *Illi de me supplicium dabo.*] Ita Eun. I. 1. 25.

Labórans, quaerens, párcens, illi sérviens.
Ita fácio prorsus: níl relinquo in médiis,
Nec vás, nec vestiméntum: conrasi ómnia,
Ancíllas, servos, nísi eos, qui opere rústico
Faciúndo facile súmtum exercerént suum:
Omnés produxi ac véndidi: inscripsi ílico

V. 91. Lambin. teste Mureto Varr. Lectt. VII. 13. coni. *victum exsarcirent.* Palmerius et Bentl. corr. *sumtum exsercirent*: i. e. tantum lucri domino referrent, quantum ille sumtus in eis alendis impenderet: opere suo impensas domini resarcirent.

— *87. *Parcens.*] Id est, coarctans et constringens solitum victum, et tanquam parcus fortunis parcendo, et eas reservando. **Illi serviens.*] Deserviendo, conquirendo et conduplicando undique illi divitias more boni servi. Haec sunt illa, quae senex sibi facienda decrevit. — *88. *Ita facio.*] Nunc ostendit, ad rem verba accessisse, seu esse collata. — 89. *Corrasi omnia.*] Omnia compilavi, vendidi. Huic contrarium est *abradere:* et est per vim aliquid auferre. *Cum autem dicere volumus, aliquem nihil omnino tam parvum reliquisse ex rebus suis, quod non alienaverit, recte dicemus, *omnia corrasit*, quasi etiam raserit parietem etc. si ex illis radendis aliquid commodi potuerit consequi. Interdum *corradere* significat difficulter comparare. Terent. in Adelph. *Minas decem corradet.* — 92. *Produxi*

87. *Quaerens, parcens.*] Ita Adelph. V. 3. 7.

89. *Nec vestimentum.*] Non intelligendae solae vestes proprie ita dictae, sed et vestes stragulae, tapetes, et similia. Infra V. 1. 30. [*Vasa* dicuntur omnis generis supellex et impedimenta, ut in notissima locutione *colligere vasa.* Sallust. Catil. 51.] — *Conrasi.*] Ita Adelph. II. 2. 34.

91. *Sumtum exercerent suum.*] H. e. tantum quaestum mihi facerent, unde eos alere possem. Hec. II. 1. 28. Explicat I. Fr. Gronovius, Observ. Eccles. cap. 1. [*Sumptum exercerent.* Multum laborat in hoc loco explicando Gronovius Obss. in Script. Eccles. I. p. 7. Verum non dubitandum est, quin felicissime correxerint viri eruditi *sumptum exsercirent*, antique pro *exsarcirent* i. e. compensarent. Festus ad hunc ipsum locum respiciens: *Exsercirent, sarcirent.* Notae sunt locutiones *damnum sarcire, resarcire* etc. Vid. Bentleius ad h. l.]

92. *Omnes produxi ac vendidi.*] Ita Eun. I. 2. 54. Locum expressit Martialis, XI. 70. 7. *Si te delectat numerata pecunia, vende Argentum, mensas, myrrhina, rura, domum. Vende senes servos, agros et vende paternos. Ne pueros vendas, omnia vende mihi.*

Aedeis mercede: quási talenta ad quíndecim
Coégi: agrum hunc mercátus sum: hic me exérceo.
Decrévi tantispér me minus iniúriae,

ac vendidi.] Bene *produxi*: nam *producere*, foras ducere significat. M. T. in Frumentaria, *Nemo tuorum amicorum abs te productus, nemo interrogatus.* Hinc *productores* dicuntur, qui virgines abducunt, et eas ad quaestum exponunt. — 93. *Talenta ad quindecim coegi.*] Congessi, coadunavi. Hinc *coactores* argentariorum dicuntur, qui pecunias cogunt. *Talentum Atheniense parvum constat ex LX. minis seu libris. Talentum vero magnum constat ex octoginta tribus, et quatuor unciis. — 95. *Decrevi.*] Plus est *decernere* quam constituere. Et est proprie *decernere* de rebus magnis certam proferre

---

— *Inscripsi ilico aedes mercede.*] Plautus, Trin. I. 2. 131. Aedes *venales hasce* inscribit *literis*. Vide ff. XIX. 2. Locati et Conducti. Est autem *inscribere* simpliciter venales aut locandas ponere aedes; *inscribere mercede*, locandas dare; *inscribere pretio*, vendendas ponere. Idem et *proscribere* dixerunt. Cicero, Off. III. 13. *Quod si qui* proscribunt: *villam bonam, beneque aedificatam, non existimantur fefellisse.* Fam. VII. 29. *Quod* (mancipium) *quidem si inter senes coëmtionales* venale proscripserit, *egerit non multum.* Adde Cuperum, Observ. I. 17. Locabantur autem aedes ex Kal. Iuliis. Vide Torrent. ad Suet. Tib. 35. et Burm. ad Petron. 38.

93. *Quasi talenta ad quindecim coegi.*] Haec particula respondet Graecorum ὡς et ὡσεὶ, notatque circiter. Plautus, Mostell. III. 1. 95. quasi *quadraginta minas.* [Liv. XXVII. 12. *Cecidere in pugna quasi ad duo millia.* ubi vid. Gronovius.] Omnes autem maiores summas per *talenta* exprimebant. And. V. 4. 48. Eandem fere vim habet *ad.* Plautus, Trin. I. 2. 115. *Nummorum Philippeûm* ad *tria millia.* Suetonius, Caes. 20. Ad *viginti millibus civium.* Est porro *coegi*, ex venditione collegi. Vide Torrent. ad Suet. Vesp. 1. Cicero, Att. VI. 2. *Ad pecuniam* cogendam.

[94. *Coegi* i. e. collegi. *Cogere* proprium verbum est de rebus venditis, unde pecunia conficitur. Cic. Verr. II. 48. *quod genus pecuniae cogendae praeteriit.* Vid. Gronov. ad Liv. XXXII. 2. 7. Hinc *coactiones argentariae* apud Sueton Vespas. c. 1. ubi vid. Torrentius. Pro *cogere pecuniam* etiam dicitur *redigere pecuniam.* Liv. XXXVIII. c. ult. *nequaquam tantum redactum est quantae summae damnatus fuerat.* Bentleius ad Horat. Epod. II. 69.]

[95. *Decrevi* i. e. iudicavi, existimavi. Cic. ad Div. II. 6. *in quo posita omnia mea esse decrevi.* ad Attic. III. 15. *quod in me ipso satis consilii esse decreras.* Perizon. ad Sanct. Min. IV. 15. p. 775.]

Chremé, meo gnato fácere, dum fátus miser:
Nec fás esse ulla mé voluptate hic frui,
Nisi ubi ille huc salvos rédierit meus párticeps.
Ch. Ingénio te esse in líberos leni puto,
Et illum óbsequentem, si quis recte aut cómmode
Tractáret. Verum néque illum tu satis nóveras,
Nec te ille: hoc quod fit, ubi non vere vívitur.
Tu illúm, numquam ostendísti quanti pénderes,

V. 101. vulgo erat: *neque tu illum*, quod ex multis codd. mutavit Bentl. Nam *ille* et *tu* accentu elevari debent.

V. 102. vulgo *hoc que fit*, ruente metro. Codd. vel *hoc ibi fit*, vel *hoc qui fit*. Bembinus solus: *hocque fit*: unde *hoc quod*, i. e. *id quod*, restituit Bentl.

---

sententiam. — 97. *Voluptate frui.*] Si parentes pro filiis elaborant, quis clementior hoc sene, qui omnia commoda absente filio aspernatur? *Frui* proprie est delectationem capere ex usu. — *98. *Meus particeps.*] Id est, heres meus, quasi nunc partem capiens bonorum meorum, vel etiam *particeps*, qui debeam credere omnia consilia mea. — 99. *Ingenio te esse leni in liberos puto.*] *Liberos* multitudinis numero dixit, cum Menedemus unicum haberet filium. Constat enim antiquos oratores, historiaeque, aut carminum scriptores, etiam unum filium filiamve *liberos* multitudinis numero appellasse. In Hecyra *liberos* in significatione unius filiae dixit, *Qui illum decreverunt dignum, suos cui liberos committerent.* Sic Cicero, *En cui tuos liberos committas.* — 103. *Quanti penderes.*] Quanti illum faceres. Tractum ab antiquis, qui ante signatam pecu-

---

98. *Meus particeps.*] H. e. consors, μέτοχός μου. Respicit morem Romanorum, quo filius patre vivo habebat ius bonorum, sed mortuo demum possessionem. Vide Cic. Verr. I. 44. et Consarent. maiorem.

99. *Liberos.*] Solet haec vox etiam de uno filio filiave usurpari. Ita Hec. II. 1. 15.

100. *Recte aut commode tractaret.*] Sallustius, Catil. 39. *Quo plebem in magistratu placidius* tractarent. Aurelius Victor, Epit. c. 6. *Militem severissime tractans.* Iustinus, XLII. 1. *Exercitum superbe crudeliterque* tractaverat. Sed de recta institutione liberorum consule praeter alios Senecam, de Ira, II. 20. seqq.

102. *Non vere vivitur.*] H. e. minus recte, neque ratione. Ita *vera vita* dicitur Adelph. V. 9. 30.

Nec tibi ille 'st credere ausus quae est aequóm patri.
Quod si ésset factum, haec númquam evenissént tibi.
Me. Ita rés est, fateor: péccatum a me máximum est.
Ch. Menedéme, at porro récte spero; et illám tibi
Salvom ádfuturum esse hic confido própediem.
Me. Utinam ita Di faxint! *Ch.* Fácient. nunc, si cómmodum est,
Dionýsia hic sunt hódie; apud me ís velo.

V. 109. *si est commodum* Bentl. ex codd. suis, quod magis ex more Terentii esse dicit.

niam aes et argentum *pendebant*. * Inde *pendere poenas* dicimus, id est, dare seu luere poenas. Nam antiquorum poenae erant pecuniariae. Inde *pendere* dicimus aestimare seu liceri. Inde nihili pendere, id est, nihili facere. Inde parvi pendere, flocci pendere, magni pendere. — 104. *Nec tibi credere ausus.*] Adolescentibus gloriosum est, si modestia utuntur et pietate in parentes, ut nihil dicant aut faciant nisi consilio parentum. — 107. *Porro recte spero.*] *Porro* eiusdem significationis cuius *vero* et *autem*: pro quibus *tamen* ponere non possis. Significat etiam apud poëtas *longe*, *certe*, *postea*, *ultro*. *Spero* pro credo, usitatum est: sive de praesenti loquamur, sive de praeterito. Similiter *confido* pro credo, tum in praeterito, tum in praesenti, tum in futuro. — 109. *Utinam Dii faxint.*] *Faxo* futurum tempus tantum: vel, ut alii, promissivum modum ostendit. — 110. *Dionysia hic sunt.*] Hoc est Bacchanalia. *Dionysii* autem, qui et Bacchus dicitur, sacra, a plerisque Graeciae

104. *Neque tibi ille 'st credere ausus.*] Id in filio suo laudat Demaenetus, Plaut. Asin. I. 1. 65. *Praesertim cum is me dignum, quoi concrederet, habuit, me habere honorem eius ingenio decet.*

106. *Ita res est.*] Vide ad And. III. 1. 1. — *Peccasum a me maximum est.*] Vel iungenda sunt *peccatum a me*, pro *peccatum meum*; vel *maximum* adverbialiter sumendum, pro *maxime*. Sed vide Periz. ad Sanct. Minerv. IV. 4. 86. [Sed praestat *a me* accipere pro a parte mea.]

[107. *Recte spero* i. e. spero omnia tibi ex voto cessura. *Recte* in omni genere dicitur de rebus ita comparatis ut debent et optamus. Adelph. III. 1. 2. *recte aedepol spero.*]

110. *Dionysia hic sunt hodie.*] Emphasis est in vocibus *hic* et *hodie*; quod non in omnibus simul Atticae pagis ludi hi celebrarentur. Videtur autem sermo esse de iis Liberalibus, quae tempore

Me. Non pótuit. *Ch.* Cur non? quaéso, tandem ali-
quántulum
Tibi párce: idem absens fácere te hoc vult fílius.
Me. Non cónvenit, qui illum ád laborem impúlerim,
Nunc mé ipsum fugere. *Ch.* Siccine est sententia?
Me. Sic. *Ch.* Béne vale. *Me.* Et tu. *Ch.* Lácru-
mas excussit mihi,
Miserétque me eius. Séd ut diei témpus est,
Mónére oportet me húnc vicinum Phániam,

V. 113. Faërnus metri causa scripsit *impellerim.* Qua forma quum Terentius nusquam usus sit, Bentleius em. *hinc pepulerim.*

V. 117. Bentl., quia *oportet* in codd. omnibus deest, sic em. *Sed ut diei tempus est, Tempust monere me hunc v. Ph.* Sic *tempus est concedere* Hecyr. IV. 2, 21.

urbibus triennio quoque celebrabantur. — 111. *Quaeso.*] Primam personam indicativi habet duntaxat. Licet *quaesere* lectum sit apud Sallustium et Tullium. * *Tandem.*] Id est, uno verbo, quod tantam vim apud te habere velim, quantam, si diu interrogassem, et illud foret ultimum, hoc est, quod postulat Chremes. — *115. *Lacrimas excussit.*] Id est, lacrimas in sinubus oculorum meorum oboriri fecit, quae ex oculis manarunt, ac si forent excussae. Nam *excutere* significat commovendo aliquid eiicere. Ut, *excute te pulvere*, id est, te movendo vehementer deiice a te pulverem. — *116. *Ut diei tempus est.*] *Tempus* supra horam significat. *Diei* ar-

vindemiae agitabantur ruri. Tum genio indulgebant. Infra IV. 4. 21. Plautus, Pseud. I. 1. 56. *proxima* Dionysia. *Ca. Cras ea quidem sunt.* Poen. V. 8. 14. *Aphrodisia hodie, Veneris est festus dies.* Vide Christ. Falsterum, Noct. Ripens. Vigil. I. c. XI. §. 3. — *apud me sis volo.*] *Esse apud aliquem*, et *esse cum aliquo* est coenare. Infra I. 2. 11. Adelph. V. 4. 19. Plautus, Stich. IV. 1. 11. *Cras* apud me *eritis, et tu et ille, cum vestris uxoribus.*

114. *Siccine est sententia?*] Ita Adelph. III. 5. 5. Hec. IV. 4. 15. Plautus, Trin. III. 2. 90. *Sic sententia est.* Eodem sensu *stare sententia* dicitur. Eun. II. 1. 18.

115. *Lacrumas excussit mihi.*] Ita Plautus, Capt. II. 3. 59. *Ut lacrumas excutiunt mihi!*

[116. *Ut diei tempus est.* Ex formula dicitur, ut apud Ciceronem *quomodo nunc est.* Manut. ad Cic. ad Div. III. 1. In hac autem formula *diei* abundat ut apud Sallust. Iug. c. 52. *iam diei vesper erat.* ubi vid. Gortius.]

Ad coénam ut veniat. íbo, visam sí domi est.
Nihil ópus fuit monitóre: iam dudúm domi
Praesto ápŭd me esse aiunt. égomet convivás moror.
Ibo ádeo hinc intro. séd quid crepuerúnt fores
Hinc á me? quisnam egréditur? huc concéssero.

chaïsmo abundat. — 119. *Nihil opus fuit monitore.*] Hoc est vocatore. Nam vocatores proprie dicebantur, qui ad coenas vocabant. — 120. *Praesto sum.*] Idem est quod adsum; nec alteri fere verbo cohaeret, nisi verbo substantivo, et huic simplici. Nam *praesto adsum* magis poëticum est. *Egomet convivas moror.*] Hoc est, in mora detineo. A quibusdam *morari* pro expectare exponitur, sed mea sententia, magis poëtice quam oratorie.

---

118. *Visam, si domi est.*] Plautus, Bacchid. III. 5. 4. *Ibo et visam huc ad eum, si forte est domi.*

119. *Nihil opus fuit monitore.*] Utebantur veteres servis *monitoribus*, qui coena parata vocatos admonerent. Qui servi etiam *vocatores* dicti. Quo respexit Iuvenalis, Sat. X. 215. *Clamore opus est, ut sentiat anus, Quem dicat venisse puer, quot nunciet horas.* Et Martialis, VIII. 67. 1. *Horas quinque puer nondum tibi nunciat, et tu Iam conviva mihi, Caeciliane, venis.*

120. *Egomet convivas moror.*] Qui tardo adventu suo morabantur reliquos convivas, peculiari nomine κωλυσιδείπνους dixerunt.

121. *Quid crepuerunt fores hinc a me?*] H. e. fores aedium mearum. And. IV. 1. 59. Eun. V. 8. 5.

122. *Huc concessero.*] Qui sermonem abrumpentes e publico abeunt in aedes, *concedere intro* dicuntur. Eun. I. 2. 126. Sed et qui seorsum secedebant, *concedere* dicebantur. Eun. IV. 4. 39. Adelph. IV. 4. 26. Phorm. V. 1. 14. Caecilius, Titheo: *Hic dum abis,* huc concessero.

ACTUS PRIMUS.

SCENA SECUNDA.

CLITIPHO. CHREMES.

Cl. Níhil adhuc est, quód vereare, Clínia: haudquaquam. étiam cessant:
'Et illam simul cum núntio tibi [hic ego] ádfuturam hodié scio:
Próin tu solicitúdinem istam fálsam, quae te excrúciat, mittas.
Ch. Quícum loquitur filius?
Cl. Páter adest, quem vólui: adibo. páter, opportune ádvenis.

V. 2. *hic ego* recte abest a vetere Lindenbrogii codice. Delevit Bentl.

1. *Nihil adhuc est, quod vereare.*] *Hic Cliniae, qui ex Asia redierat, ingens de amica sollicitudo exprimitur. Accedit et sodalis opitulator Clitipho, qui adventum amici mira voluptate patri narrat. Nihil adhuc est, quod vereare.*] Clinia miserat arcessitum Antiphilam: discruciabatur quod non rediret. *Haudquaquam etiam cessant.*] Id est, nondum differunt adventum. — 3. *Sollicitudinem istam.*] Bene *sollicitudinem* dixit: nam *sollicitudo* est quae inhaeret mentibus: *sollicitatio*, quae ab alio fit. —

1. *Nihil adhuc est, quod vereare.*] Haec Clitipho ex aedibus egressus dicit Cliniae, metu patris intus manenti. Plautus, Trin. III. 3. 79. *De signo*, nihil est, quod vereare. Cicero ad Q. Fr. II. 14. *Certi nihil est adhuc: sed veremur.* — *Cessant.*] Intelligit Dromonem, Cliniae servulum, cum Antiphila.

2. *Hodie.*] H. e. continuo. Eun. III. 2. 10.

3. *Sollicitudinem mittas.*] Virgilius, Aen. VI. 85. Mitte *hanc de pectore curam.* — *Quae te excruciat.*] Ita Plautus, Trin. II. 2. 9. *Haec ego doleo: haec sunt*, quae me excruciant.

5. *Opportune advenis.*] Locutio comica. And. II. 2. 8.

Ch. Quid id est? *Cl.* Hunc Menedémum nostin', nóstrum vicinúm? *Ch.* Probe.
Cl. Huic filium scis ésse? *Ch.* Audivi esse: in Asia. *Cl.* Non ést, pater:
Apud nós est. *Ch.* Quid ais! *Cl.* 'Advenientem, e návi egredientem, flico
Abdúxi ad coenam: nám mihi [magna] cum eo iam inde usque a puéritia
Fuit sémper familiáritas. *Ch.* Volŭptátem magnam núntias.
Quam véllem Menedemum invitátum, ut nóbiscum esset [hodie], ámplius:

V. 7. Bentl. post *Audivi esse* subdistinxit. Vulgo *Audivi esse in Asia.*
V. 9. Bentl. cum quattuor codd. *magna* delevit, postulante metro.
V. 11. Bentl. *hodie* delevit, quod et in codd. melioribus deest nec agnoscit Nonius v. Invitare.

---

7. *Audivi, in Asia esse.*] Recta eiuscemodi est oratio per infinitum; nam non Latine dicitur, *Audivi quod in Asia est.* — *8. *Apud nos est.*] Recte, et non *penes nos.* Nam *penes nos* est, quidquid a nobis possidetur, et in nostra potestate est, ut, *penes principem salus nostra est*, id est, in eius potestate. *Quid ais!*] Interrogat id quod audivit admirabundus, neque facile credens. Non est interrogantis, sed admirantis. — *10. *Voluptatem magnam nuncias.*] Ut Cicero in Epistolis: *Voluptatem habui nimiam.* —

Adelph. I. 2. 1. III. 2. 29. Hec. IV. 4. 4. V. 3. 10. Plautus, Most. V. 1. 29. *opportune advenit.* Ita passim alibi.

8. *Advenientem abduxi ad coenam.*] Haec dicebatur *coena adventitia.* Lucilius, Sat. 1. Ad coenam abducam, *et primum hisce abdomina thynni Advenientibu' priva dabo, cephaleamque carnem.* Plaut. Bacchid. II. 2. 8. Stich. IV. 1. 8. Suet. Vitell. 13. Dicit autem *abduxi*, uti Eun. III. 1. 17.

10. *Voluptatem magnam nuntias.*] Eodem sensu adhibetur Hec. V. 4. 17. *Bene factum et volupe est.*

11. *Invitatum amplius.*] Hae voces iungendae. Scilicet invitatus a Chremete erat Menedemus supra I. 1. 110. Vellet vero, eundem *amplius invitatum*, atque adeo retentum.

Ut hánc laetitiam nec opinanti primus ei obiicerém domi.

'Atque etiam nunc témpus ést. *Cl.* Cave fáxis; non opus ést, pater.

Ch. Quaprópter? *Cl.* Quia enim incértum 'st etiam, quíd se faciat: módo venit.

Timet ómnia, patris íram et animum amícae se ergo ut sít suae:

Eam mísere amat: proptér eam haec turba atque ábitio evenít. *Ch.* Scio.

Cl. Nunc sérvolum ad eam in úrbem misit, ét ego nostrum unú Syrum.

Ch. Quid nárrat? *Cl.* Quid ille? míserum se esse. *Ch.* Míserum? quem minus crédere 'st?

V. 12. Bembinus *ei* omittit. Bentl. cum aliis codd. post *obiicerem* collocavit.

V. 13. quia *Atque etiam* sine synalóepha esse non potest, quod putabat Faërnus, locum sic refingit Bentleius: *Atque étiam nunc satis témporis. Cave fáxis, non est ópus, pater.* Ita *satis tempori* est, satis tempestive, mature, ut ap. Plaut. Cap. I. 2, 80. et 88. *Non est opus* unus cod. mspt.

V. 18. *miserum se esse* Bentl. ex codd., ut verbum repetitum eodem, quo prius, accentu feriatur. Vulg. *se miserum ésse.*

---

12. *Nec opinanti.*] Insperatum enim gaudium maius esse solet: quemadmodum et dolor acerbior, si *non opinanti* obiicitur. — *13. *Atque.*] Hoc est, ut aliquando prius diximus, extra Donati sententiam. — 13. *Cave faxis.*] Volebat Chremes nunciare Menedemo rediisse filium: sed Clitipho prohibuit, quod Cliniae nondum patris voluntas esset perspecta. — *15. *Animum amicae.*] Id est, timet, ne amica eum postergavérit, ac ne ex eius animo effluxerit. — *16. *Scio.*] Scilicet, propter eam discessisse, et id patri molestum esse. — 18. *Mi-*

---

12. *Obiicerem.*] Usurpatur haec vox de re, quae inopinato obvenit, seu illa bona sit, seu mala. Adelph. IV. 4. 1. Virgilius, Aen. II. 199. *Hic aliud maius miseris multoque tremendum* Obiicitur *magis.*

16. *Eam misere amat.*] Vide ad And. III. 2. 40.

17. *In urbem misit.*] Ergo scena fuit in agro. Menedemus autem aedes suas in urbe elocaverat.

18. *Credere est.*] Pro, licet. Ita Adelph. V. 3. 42. Plau-

Quid séliqui 'st, quin habeat, quae quidem in hómine dicuntúr bona?

Parentes, patriam incólumem, amicos, génus, cognatos, divitias.

Atque haéc perinde sínt, ut illius ánimus, qui ea póssidet:

Qui utí scit, ei bona: illi, qui non útitur recté, mala.

Cl. Immo ille fuit senex importunus semper: et nunc níl magis.

Vereór, quam ne quid in illum iratus plús satis faxít, pater.

Ch. Illéne? sed reprimám me: nam in metu ésse hunc, illi est útile.

eorum? quem minus credere 'st?] *Minus* hoc loco pro *non* ponitur. Non est, inquit, credendum Clitiam esse miserum. Hoc ad sequentia respicit, scilicet, *Quid reliqui est, quin habeat, quae quidem in homine esse dicuntur bona? Minus credere 'st?*] pro, non credendum est. **Virg. Nec sis mihi credere tantum.* Huiusmodi locutio parum Latinis usui est. — 19. *Quae quidem in homine dicuntur bona?*] Scilicet a vulgo. Quum tantum *animi bona*, secundum philosophos, appellanda sint. Et hoc illud, quod supra dixit Chremes, affirmat, scilicet *Clitiam non esse miserum.* — *23. *Senex importunus.*] Quod dici solet, male generosus, quasi non opportunus. — *24. *Pater.*] Vel hic *pater* est nominativi casus, et sic refertur ad Menedemum, vel est vocativi casus, et refertur ad Chremetem. — 25. *Ille ne?*] Chremes sermonem, quem coeperat,

---

tus, Truc. II. 6. 20. *an me maleficio* vincere est? Virgilius, Ecl. X. 46. *nec sit mihi credere.* Vossius, de Arte Gramm. VII. 51. subaudit *facultas* ut sensus sit, *Facultas est credere.* [Exempla congessit Heinsius ad Ovid. Art. Am. II. 28.]

21. *Perinde sunt, ut illius animus, qui ea possidet.*] Ita Pherm. I. 3. 18. Cicero, Off. III. 33. *Habes a patre munus, Marce fili, mea quidem sententia magnum; sed* perinde *eris*, ut *acceperis.* Sallustius, Iug. 4. *Proinde quasi praetura et consulatus, atque alia omnia huiusmodi per se ipsa clara et magnifica sint, ac non* perinde *habeantur*, ut *eorum, qui ea sustinet, virtus est.*

24. *In illum facis.*] Ita supra I. 1. 57. — *Pater.*] Hic vocandi casus est, quo Chremetem patrem compellat Clitipho. Ita supra, versu 15.

25. *Reprimam me.*] Impetum loquendi continebo. Ita Hec.

Cl. Quid tibi tecum? *Ch.* Dicam. ut ut erat, mínusum tamen opórtuit.
Fortásse aliquantum iníquior erat praéter eius lubídinem.
Paterétur: nam quem férret, si parentem non ferét suum?

V. 27. eodd. fere omnes *aliquanto*. Sed *aliquantum* sic positum Enn. I. 2, 51. Rationem huius usus Bentl. in eo quaerit, quod in huiusmodi formula comparativus non auget, sed minuit.

---

repressit: ut exemplo Cliniae filius terreretur. *Ille ne?*] Hoc clara voce pronunciandum. **Illene?*] Id est, dicis, te timere, ne ille senex faciat aliquid in illum? Deinde Chremes se repressit per ἀποσιώπησιν, ne confirmaret Cliniam, videns bonum esse, ut in timore foveatur. *Sed reprimam me.*] Scilicet, non ostendendo eius patris teneritudinem in eum. *Sed reprimam me.*] Haec submissa voce protulit, ne audiret filius. — *26. *Quid tute.*] Quia dixerat Chremes, *reprimam me*, submissa voce et apud se interrogat filius. *Ut ut erat.*] Quam bene tuetur patrum partes, qui omnino a filiis tolerandi sunt. **Mansum.*] *Mansum* pro infinitivo. Ut, *curabo adductum Pamphilum*, pro, adducere, ut prius visum est. — 27. *Praeter eius libidinem.*] Vult causam Cliniae videri deteriorem: ut ostendat parentes filiis, ob vitia eorum, asperiores esse. — *28. *Pateretur.*] Id est, pati debebat, vel, pati debuisset. Ut *facere* saepe pro, *facere debuisse*. Nisi mavis ad patrem referre, q. d. debebat pater eius pati libidinem? Sed superior sententia melior propter id, quod sequitur, *Nam quem ferret, si parentem non ferret suum?*] Tale est illud, *Cuius saluti consulet, qui suam negligit?*

V. 1. 38. — *In metu esse hunc, illi est utile.*] Sensus est: *In metu esse Cliniam, Clitiphoni est utile.* Atque eo mox respicit Chremes, dicens filio: *Scitum est, periculum ex aliis facere, tibi quod ex usu siet.* Plautus, Asin. I. 1. 69. *Sum in metu.*

26. *Ut ut erat.*] Sensus est, vel: *ut ut erat res.* Ita Phorm. III. 1. 4. et III. 2. 46. Plautus, Bacchid. V. 2. 73. *Age iam id*, ut ut est, *etsi est dedecorum, patiar:* vel *ut ut erat pater*, h. e. qualiscunque erat. Certe adverbium loco adiectivi positum. Ita And. I. 1. 35. Sic *vita erat.* Enn. III. 1. 18. Sic *homo est.* Phorm. III. 1. 15. Sic *ium*, h. e. talis. V. 4. 16. Sic, *Crito, est hic.*

27. *Pateretur.*] Iubendi vim habet. Ita Cicero, Sest. 24. *Quod si meis incommodis laetabantur, urbis tamen periculo* commoverentur. [*Libido*, voluntas. Heeyr. V. 1. 19.]

Hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex huius vivere?
Et quód illum insimulat dúrum, id non est. nám parentum iniúriast
Uniusmodi sunt férme: paullo qui ést homo tolerábilis.

V. 30. Bentl. ex cod. Bemb. *insimulant*. Non enim Clinia solus, sed etiam Clitipho v. 23. Ergo *insimulant*, homines sc., adolescentes.

— 29. *Hunc.*] Scilicet Cliniam. *Erat aequum.*] Ab aequo suscipit paternam defensionem. — 30. *Quod illum insimulat durum, id non est.*] Aliud obiectum refellit: et a statu definitivo censet patrem non esse appellandum durum, qui filios a vitiis sua severitate deterret. *Insimulat.*] *Insimulare* significat incusare, id est, mores malos reprehendere. Ut, *insimulo illum superbiae*, id est,

29. *Hunccine erat aequum ex illius more, an illum ex huius vivere?*] And. I. 1. 125. Plautus, Cas. II. 3. 47. Pater de filio unico: *Illum mihi aequius est, quam me illi, quae volo, concedere.*

30. *Quod illum insimulat durum, id non est.*] Est *durus* proprie, qui nec precibus, nec lacrumis flectitur. Sed et pater iniquior in filium *durus* dicitur. Ita infra III. 1. 30. Adelph. I. 1. 39. Huc respexit Ovidius, Amor. I. 15. 17. *Dum fallax servus*, durus pater, *improba lena Vivent, dum meretrix blanda, Menandros erit.*

31. *Uniusmodi.*] Lucilius apud Non. v. Passum: *Rugosi pasique senes eadem omnia quaerunt.* — *Paullo qui est homo tolerabilis.*] Haec varie explicantur. Uti autem pluscula adiectiva in *bilis* exeuntia, ita et *tolerabilis* active et passive sumitur, pro eo, qui *tolerat*, et qui *tolerari* potest. Unde illa, *paullo qui est homo tolerabilis*, possunt referri ad parentes, q. d. *Qui sunt homines paullo tolerabiles*, vel, *certe quidem illius parentis, qui est paullo tolerabilis*, h. e. qui non nimis est durus, sed ferri potest. Vide Comment. maiorem. Cicero, Catil. IV. 8. *Servus est nemo, qui modo* tolerabili *sit conditione servitutis.* De Oratore, I. 2. *Vix autem singulis aetatibus singuli* tolerabiles *oratores invenirentur.* [*Paulo qui est homo tolerabilis* i. e. qui est ex illo hominum genere, qui non durissimi sunt et intractabiles. Singularem enim posuit pro plurali. Vid. scholion cod. Bembini quod Faërnus protulit. *Paulo tolerabilis* pro paulo tolerabilior. Sic *paulo* cum positivo est apud Cic. ad Attic. VIII. 12.

Scortári crebro nólunt; nolunt crébro convivárier:
Praebént exigue súmtum. atque haec sunt támen ad
virtutem ómnia.
Verum úbi animus semél se cupiditáte devinxit mala,
Necésse est, Clítiphó, consília cónsequi consímilia.
hoc 35
Scitúmst, periclum ex áliis facere, tíbi quod ex
usú siet.

V. 34. Bentl. ex codd. *Verum ánimus ubi semel.*
V. 36. Bentl. *quid*, ex cod. Reg. Nam *quod* modo ad ipsum pericu-

incuso. — 32. *Scortari.*] Est frequenter scorta ductitare. **Scortari.*] Id est, ductitare. *Scortari* enim, ut Varro inquit, est *saepius meretriculam ducere*, quae meretrix a pelle *scortum* appellatur, quod ut pellicula subigatur. *Scortes* enim pelles sunt arietinae; et *scortea*, ut Festus inquit, et similiter Varro, appellantur omnia ex pellibus facta seu coriis. **Convivarier.*] *Convivor* deponens verbum aut significat celebrare convivium, aut ad convivium invitare, aut etiam frequentare convivia. Nonius etiam dicit inveniri *convivo* pro *convivor*, pro eo, quod est ad convivium invito. Pompo in Munda: *Si Calendis convivant, Idibus coenant foris.* — 35. *Consequi consimilia.*] Nam cuius animus in re mala semel corruptus est, indies fit peior. — *36. *Periculum ex aliis facere.*] Aliquando vi-

Ut non solum gloriosis consiliis utamur, sed etiam paulo salubribus. ubi vid. Interpretes.]

32. *Scortari, convivarier.*] Utrumque iunxit etiam Sallustius, Catil. 7. *Magisque in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis et conviviis libidinem habebat.* Est porro *convivarier* proprie praebere convivia.

33. *Sunt ad virtutem.*] Similis locutio est And. I. 5. 66. et III. 2. 2. Phorm. V. 6. 22.

34. *Semel se cupiditate devinxit mala.*] Emphasis est in voce *semel*, q. d. Ita se devinxit, ut semel et in perpetuum devinctus maneat. Ita infra II. 4. 12. Cicero, Fam. III. 13. *Praesertim in iis studiis, quibus uterque nostrum devinctus est.* [*Animus se cupiditate* etc. i. e. animus captus est et deditus pravae cupiditati. Cic. in Brut. c. 12. *Nec in impeditis ac regum dominatione devinctis nasci cupiditas dicendi solet.* ad Div. XV. 4. *In omnibus saeculis pauciores viri reperti sunt qui suas cupiditates quam qui hostium copias vincerent.*]

36. *Periculum ex aliis facere.*] Ita infra II. 1. 9. Adelph.

Cl. Ita crédo. *Ch.* Ego ibo hinc intro, ut videam nóbis quid coenaé siet.
Tu, ut témpus est diéi, vide sis, né quo hinc abeas lóngius.

lum respicere: *quid* ad alia etiam simillia et contraria. Assentitur Ruhnk.

V. 37. Bentl. cum plerisque codd. *coenae quid siet*, ut *coenae* sit dativus. Illud habet, cod. Bemb.

---

detur pro consilio capi. Cicero ad Trebatium: *Cornelio nihil audeo dicere, cuius periculo tu stultus es.* — 37. *Nobis quid coenae siet.*] Minus dixit, quam si dixisset, *quae coena.* Sic illud, *Quid hoc hominis est?* aliter exprimitur quam si diceremus, Quis hic homo est?

III. 4. 51. seqq. Plautus, Pers. V. 13. 70. *Te de aliis, quam alios de te suaviu 'st fieri doctos.* Tibullus, III. 7. 11. *Vos ego nunc moneo, felix, quicunque dolore Alterius discet posse carere suo.* [*Scitum est* i. e. pulcre et egregia est sententia. Phorm. V. 4. 2. *Quam scitum est, eiusmodi parare in animo cupiditates.*]

37. *Nobis quid coenae siet.*] Vel *quid coenae* dictum pro, *quae coena*, vel *quid siet coenae* valet, *quid siet in coenam*; quando *coenae* erit dat. casus. Ita Plautus, Truc. III. 1. 2. *Ut bubus glandem* prandio *depromerem.*

38. *Ut tempus est diei.*] H. e. ut hora diei postulat. Ita supra I. 1. 116. Dixit autem *tempus diei*, uti Sallustius, Iug. 52. *diei vesper.* Gellius, II. 21. *Anni aestas.* — *Abeas longius.*] Ita Eun. IV. 3. 20.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA PRIMA.

CLITIPHO.

Quam iníqui sunt patrés in omnes ádolescentes iúdices!
Qui aequum ésse censent, nós iam a pueris ílico nasci senes:
Neque illárum affinés ésse rerum, quás fert adolescéntia.
Ex suá libidiné moderantur, núnc quae est, non quae olím fuit.

1. *Quam iniqui sunt patres.*] *Solus Clitipho permansit, qui de patre conqueritur, ut mos est adolescentium, qui paterna praecepta moleste ferunt.* — *2. *Iam a pueris.*] Pro adverbio ponitur, i. e. a pueritia, vel ab ineunte aetate, vel statim ut pueri sumus, aut cum primum pueri evadimus. — 4. *Ex sua libidine.*] *Libido* est quaeque voluntas temere suscepta. Apud Sallustium in Catil. tamen in bonam partem capitur, *Magisque in decoris armis et militaribus equis, quam in scortis et conviviis libidinem habebant. Nunc quae est.*] Huic illud contrarium, *Sed nunc ea me exquirere, Iniqui patris est, nam, quod antehac fecit, nihil ad me attinet. Dum tem-*

1. *Iniqui in adolescentes.*] Ita Hec. III. 5. 25. et 35. Vide supra, Prol. 27.

3. *Illarum affines esse rerum.*] Affines *in agris vicini, in hominibus consanguinitate coniuncti*, teste Festo. Sed et *affinis* quis dicitur iis rebus eius, quibus quasi iunctus et implicitus est. Plautus, Trin. 2. 50. *Publicisne* affinis *fuit, an maritumis negotiis?* Pacuvius, Armorum Iudicio: *Qui esse* adfines *esse ad causam volunt, de virtute iis ego cernendi do potestatem omnibus.* Maxime tamen de suspicione, oulpa et scelere dicitur. Lucretius, III. 733. *Corpus enim magis his vitiis* affine *laborat.* Rarius autem genitivo iungitur.

4. *Ex sua libidine.*] Videtur h. l. *libido* simpliciter pro vo-

Mihi si ánquam filiús erit, nae, ille fácili me utetur patre:
Nam et cógnoscendi et ígnoscendi dábitur peccati locus.
Non út meus, qui míhi per alium osténdit suam senténtiam.
Perii! ís mi, ubi adbibít plus paullo, súa quae narrat fácinora!
Nunc aít: periclum ex áliis facito, tíbi quod ex usú siet.
Astútus! nae ille haud scít, quam mihi nunc súrdo narret fábulam.

V. 9. Faërn. et Bentl. ex cod. Bemb. *periclum* pro vulg. *periculum*. Dein Bentl. de coniectura *quid*.

---

pus ad eam rem tulit, sivi animum ut expleret suum. — 6. *Cognoscendi et ignoscendi.*] Ex affectu eorum loquitur, qui cum alicui obnoxii sint, alium habent animum, quam haberent, si liberi essent. * *Dabitur.*] Nam qui alias erraverit, ignoscere errantibus non renuit, et eorum errata excusare. — 7. *Per alium ostendit suam sententiam.*] Superius, *Sed reprimam me: nam in metu esse hunc, illi est utile.* — 8. *Ubi adbibit.*] Id est, bibit. Nihil plus significat, nisi aliquatenus augeat praepositio, uti dicit Donatus. Quam petulans sit filius in parentem, ostenditur, cuius praecepta contemnit. — 10. *Nae ille.*] *Nae* pro certe ponitur. * *Fabulam.*] Nam

---

luntate et arbitrio sumi. Ita supra Act. I. 2, 27. Hec. II. 2. 3. Porro autem Chremetis imaginem pinxit Horatius, Arte, 173. *Difficilis, querulus, laudator temporis acti Se puero, castigator censorque minorum.*

5. *Facili me utetur patre.*] H. e. habebit me patrem facilem et benevolum. Ita Hec. V. 3. 29. *Facilis* autem opponitur *duro*, diciturque, qui facile exoratur. Nep. Att. c. 1. *Patre usus est diligente.* Adelph. V. 9. 29. Hec. V. 1. 35.

7. *Ostendit suam sententiam.*] Ita Plautus, Stich. I. 1. 55. *Propemodum iam* ostendit suam sententiam.

8. *Adbibit plus paullo.*] Paullo largius bibit. Ita Plautus, Stich. II. 2. 58. *Quando* adbibero, *alludiabo.* Gellius, II. 22. *Quia plus paullo adbibi.* Eodem sensu Lucilius, XXX. 5. *Ubi quis invitavit dapsilius se.*

10. *Astutus!*] Salsa ironia; qualis illa Davi de hero Simone,

Magis mínus me amicae dicta stimulant: dá mihi, atque adfér mihi.
Cui quid respondeám mihi habeo: néque me quisquam est miserior.
Nam hic Clínia, est is quóque suárum rérum satagit: áttamen
Habet bene ac pudice eductam, ignáram artis meretríciae.
Meast potens, procax, magnifica, sumtuosa, nóbilis. 15

V. 12. Bentl. ex aliquot codd. *quod* pro *quid*.
V. 13. Bentl. *sat agitat*, *tamen* ex Charisio p. 193. Sic *agitare satis* est ap. Plaut. Bacch. IV. 3. 23.
V. 14. Bentl. *ignaram rei meretriciae* coni. „Vix, inquit, ferre possum *Artis* posteriorem hic acuere, quum prior longa sit.“
V. 15. Bentl. *petax* pro *potens* legit, quod Donatum ad Hecyr. I. 2. 84. secutum esse suspicatur.

---

fabulae loco habeo eius sermonem. — 11. *Da mihi, atque affer.*] Verba sunt amicae, quae magis Clitiphonem stimulant, quam patris praecepta. — 13. *Satagis.*] Genitivo iungitur *satagit*, id est, anxius est et curiosus suarum rerum. — 14. *Pudice eductam.*] Quod nos *educare* dicimus, antiqui *edupere* dixerunt. — *15. *Procax.*] Instans in petendo. *Virg.*: *procacibus austris*, i. e.

And. I. 2. 12. — *Quam mihi nunc surdo narret fabulam.*] H. e. quam irrita mihi det praecepta. Horatius, Epist. II. 1. 199. *Scriptores autem* narrare *putarit asello* Fabellam surdo. Propertius, IV. 9. 21. *Cachinnabant surdo.* Virgilius, Ecl. X. 8. *Non canimus surdis.* Livius, III. 60. *Haud surdis auribus dicta.* Cicer. ad Att. IV. 15.

11. *Da mihi, atque adfer mihi.*] Ita solebant amicae. Plautus, Trin. II. 1. 17. Dá mihi hoc, *mel meum, si me amas, si audes.*

13. *Suarum rerum satagis.*] H. e. satis rerum suarum agit, satis suis rebus occupatus est. Plautus, Bacchid. IV. 3. 23. *Nunc agitas sat tuas suarum rerum.* Sed et hinc sollicitum esse, et huc et illuc cursitare, certe in perpetuo motu esse, *satagere* dixerunt.

14. *Bene ac pudice seductam.*] Vide ad And. I. 5. 39. — *Ignaram artis meretriciae.*] Ita Helena apud Ovidium, Heroid. XVII. 141. *Sum rudis ad Veneris furtum.* Contra, Phaed. II. 2. 3. *Mulier non rudis.*

15. *Potens.*] H. e. amatori imperans. Horatius, Carm. I. 3

Tum, quód dem ei, *recte* est nám, nihil esse míhi, religio 'st dícere.
Hoc égo mali nón pridem inveni: néque etiamdùm scít pater.

improbis et importune flantibus. *Procare*, ut Pompeius inquit, poscere est. Unde *procaces meretrices*, ab assidue poscendo. Et *proci* uxorem poscentes in matrimonium. Itaque *procax*, id est petax dispoliatrix. **Magnifica.*] *Magnifice* instructa supellectili, *magnifice* induta, *magnifice* epulans, et lauta quaerens convivia. Quae omnia magnum auri pondus poscunt. **Sumtuosa.*] Multa impendens, et propterea multa petens. **Nobilis.*] Id est, insignis, in malam partem, i. e. multis nota, quia videlicet frequentes habeat amatores. — 16. *Religio.*] Metus vel sollicitudo. Terent. in Andria, *Dignus cum tua istac religione es odio.* Inde *dies religiosi* infames vel infausti dicti: quos ex contraria causa propter nominis diritatem relinquam.

---

1. *diva* potens *Cypri.* — *Procax.*] H. e. lasciva et petulans. Tacitus, Annal. I. 16. *Gregarius miles*, procax *lingua.* Vide Donatum ad Hec. I. 1. 84. — *Magnifica.*] Vide ad Eun. IV. 6. 3. — *Nobilis.*] Id vel ad famam refertur; vide Donat. ad Hec. V. 2. 31.; vel ad familiae splendorem.

16. *Quod dem ei, recte est.*] Id vult, se non habentem quod det, respondere poscenti Bacchidi, *recte*, q. d. iure poscis, et digna es eo munere. Vide Comment. maiorem. — *Religio.*] Vide ad And. IV. 3. 15.

17. *Hoc ego mali non pridem inveni.*] Ita Plautus, Merc. II. 3. 23. itidem de amore: *Ibi hoc malum inveni.*

ACTUS SECUNDUS.

SCENA SECUNDA.

CLINIA. CLITIPHO.

Clin. **Si míhi secundae rés de amore méo essent, iamdudúm, scio,**

1. *Si mihi.*] *Hic mira amantis sollicitudo exprimitur, cui ex-*

---

1 *Secundae res.*] H. e. faustae et felices. Ovidius, Heroid. XVIII. 8. *Si mihi Di faciles et sunt* in amore secundi.

Venissent: sed vereór, ne mulier me ábsente hic corrúpta sit.
Concúrrunt multae opíniones, quaé mihi animum exaúgeant:
Occásio, locus, aétas, mater, cuíus sub imperió 'st, mala:

V. 2. Bentl. de coniectura *Venisset*, ut infra v. 9. *adesset*.
V. 3. Acidalius, Guyetus, Palmerius coni. *exangeant*. Sed *angeo* pro *ango* Latini non dixerunt. Bentl. audacter corr. *Concurrunt multa, opinionem hanc quae mihi animo exaugeant*, coll. Andr. III. 1, 31. Adelph. IV. 4, 18. Eun. III. 1, 46. ubi item est *augere suspiciones*.

---

pectanti hora, dies, annus videtur. *Si mihi.*] Amor res est suspicionis plena. Torquetur igitur Clinia mora et dilatione amicae Antiphilae. — *2. *Venissent.*] Mulier et servus. *Sed vereor, ne mulier.*] Bene amantis exprimit affectum: qui semper omnia in deterius suspicatur. **Vereor.*] *Vereri* dicitur, qui rationabiliter terretur; formidare, qui sine ratione. — 3. *Mihi animum exaugeant.*] *Augeri* dicitur *animus*, quando multa concurrunt, quibus flectitur in eam partem, in quam inclinatur. — 4. *Locus, occasio, aetas.*] Hic loci ex arte rhetorica etiam ad maioris rei confirmationem valerent. *Locus, occasio, aetas, mater.*] Argumenta deducuntur aut a rebus, aut a personis. Haec enim, causa, tempus, locus, occasio, instrumentum, modus, et caetera rerum accidentia a personis deducuntur hoc modo. Nam similes parentibus aut maioribus suis filii plerumque creduntur: et nonnumquam ad honeste turpiterque vivendum. Similiter a natione quoque, patria, aetate, educatione et disciplina sumuntur. **Locus, occasio, aetas,*

---

2. *Ne mulier corrupta sit.*] Amicae uxoresque *corrumpi* dicuntur, quando ab amatoribus vel maritis abducuntur. Suetonius, Caes. 50. *Constans opinio est, plurimas et illustres feminas* corrupisse. Quod qui faciebant, *corruptores* dicti.

3. *Quae mihi animum exaugeant.*] Explicat Calphurnius. Plautus, Capt. IV. 2. 1. *Quanto in pectore hanc rem meo magis voluto, Tanto mihi* aegritudo auctior est in animo. Livius, II. 7. *Haec dicta vulgo creditaque quum indignitate* augerent *consulis* animum. Cicero mutavit locutionem, scribens ad Q. Fr. I. 4. *Multa convenerunt, quae mentem exturbarent meam.*

Cui nil iam praeter pretium dulce est. *Clit.* Clinia.
Clin. Hei miseró mihi.
Clit. Etiám caves, ne vídeat forte hinc te á patre aliquis éxiens?
Clin. Faciám. sed nescio quíd profecto mi ánimus praesagít mali.
Clit. Pergín' istúc prius diiúdicare, quám scis, quid verí siet?
Clin. Si nil mali esset, iam híc adessent. *Clit.* Iam áderunt. *Clin.* Quando istúc erit?

V. 6. Bentl. cum vett. editt. et codd. *hic* pro *hinc*.
V. 8. Bentl. corr. *quám scias quid rei siet*. Et *scias* est in vett. editt. et multis codd.
V. 9. Bentl. ex codd. suis et vett. editt. *adesset*, et *aderit*. Dein post *istuc* de coniectura *iam* interposuit.

---

mater, cuius sub imperio est, mala.] Subdit ea, quae augent animum, ad id credendum, videlicet, *locus*, quia scilicet est in eo loco, ubi aliae sunt petulantes, et ideo contagione facilis lapsus est. *Occasio*, ut corrumpatur, quia formosa, et multis forte iuvenibus pladens ac nota. *Aetas*, quia iuvenilis et flore iuventutis nitens, quae plerumque lubrica est. *Mater, cuius sub imperio est, mala.* Iuvenal. *Scilicet exspectes, ut tradat mater honestos, Aut alios mores, quam quos habet? utile porro Filiolam turpi vetulae producere turpem.* — 5. *Hei mihi.*] *Hei* dativo iungitur. Ut *Virg. Hei mihi, qualis erat. Heu* vero, accusativo: ut alibi Terentius, *Heu me miserum.* — 7. *Mihi animus praesagit mali.*] Sic fieri consuevit, ut quoties aliquid exspectamus, ea occurrant potius quae mentem nostram ad cogitandum aliquid mali trahant. — 9. *Quando istuc erit?*] Non potest credere ex nimia suspicione

---

5. *Cui nihil iam praeter pretium dulce est.*] Ita And. I. 1. 49. et IV. 5. 2. Phaedrus, III. Prol. 26. *Docto labori* dulce *praeponens* lucrum. ubi vide quae notavit Cl. Burmannus.

7. *Mihi animus praesagit.*] Ita Plautus, Aulul. II. 2. 1. Praesagiebat mihi animus, *frustra me ire, quum exibam domo.* Testa Festo, *praesagire est acute sentire. Unde sagae dictae anus, quae multa sciunt, et sagaces canes, qui ferarum cubilia praesentiunt.* Quae verba hausta sunt e Cicerone, Div. I. 31. ubi haec addantur: *Is igitur,*

Clit. Non cógitas, hinc lóngule esse? et nósti mores
múlierum:
Dum móliuntur, dúm comuntur, ánnus est. *Clin.* O Clitipho,
Timeó. *Clit.* Respira; eccúm Dromonem cúm Syro, una adsúnt tibi.

V. 11. Bentl. ex multis libris pro *dum comuntur* reposuit *dum conan-tur*, i. e. dum iturae sunt, non eunt.

V. 12. Bentl. distinguit: *c. S. una: adsunt tibi.*

---

venturam amicam. — 10. *Non cogitas hinc longius abesse?*] Clitipho removet suspicionem ex animo Cliniae, et locorum intervallo, et ex cultu mulierum, quae maiorem temporis partem in se ornando conterunt. *11. *Dum molliuntur.*] Molles carnes amantur. Quare consultum mulieribus erat, se ad tactum unguentis praeparare. **Annus est.*] Scilicet integer, et plus exspectanti ex affectu; vel numerus determinatus pro indeterminato ponitur. *Clitipho, timeo.*] Vide nulla re arceri posse suspicionem ex pectore amantis. — 12. *Eccum Dromonem cum Syro.*] Δεικτικῶς, et cum gestu nimiae laetitiae pronunciandum est.

---

qui ante sagit, *quam oblata res est, dicitur* praesagire, *i. e. futura ante sagire.*

10. *Hinc longule esse?*] Plautus, Menaechm. Prol. 64. *Ingressus fluvium rapidum ab urbe haud* longule. Rud. I. 4. 8. *Ilico hinc imus, haud* longule *ex hoc loco.*

11. *Moliuntur.*] Haec vox ad mulieres translata notat surgere, se movere, et egressum adparare. Eodem sensu dixit Cicero, Mil. 10. *Domum venit; calceos et vestimenta mutavit; paulisper, dum se uxor, ut fit,* comparat, *commoratus est.* — *Comuntur.*] Citat Donatus ad Hec. IV. 3. 5. Plautus, Stich. V. 4. 19. *Sed amica mea et tua dum* comit, *dumque se exornat, nos volo Tamen ludere inter nos.* — *Annus est.*] Hyperbolica expressio longi temporis. Ovidius, Pont. III. 4. 59. *Dum venit huc rumor, properataque carmina fiunt, Factaque sunt ad vos,* annus *abisse potest.*

12.] *Respira.*] H. e. animum recipe. Plautus, Stich. II. 2. 20. *Ep. Mane, sine* respirem, *quaeso. Pe. Immo acquiesce. Ep. Animo male est.*

ACTUS SECUNDUS.

SCENA TERTIA.

SYRUS. DROMO. CLITIPHO. CLINIA.

Sy. Ain' tu? *Dr.* Sic est. *Sy.* Vérum interea dúm sermones caédimus,
'Illae sunt relíctae. *Clit.* Mulier tíbi adest, audin' Clínia?
Clin. 'Ego vero audió nunc demum, et vídeo, et valeo, Clítipho.

V. 3. Bentl. eleganter de coniectura scripsit: *et vivo et valeo*, coll. Act. III. 1, 20. Plaut. Bacch. II. 3, 12. Stich. I. 1, 31. Trin. III. 3, 43. IV. 3, 68.

1. *Ain' tu?*] *Haec scena plena est timoris et suspicionis: sed persona servilis utrique succurrit.* * *Servi autem in fronte scenae ex abrupto colloquuntur, tanquam pergentes in inopto colloquio, quod ultro citroque in via conferebant. Ain' tu?*] Hoc sic lege, ut intelligas multa verba praecessisse. * Προτεροφὴ dicitur, quando poëta significat, sermonem alterius personae praecessisse. Quid autem dixerit Dromo, non est curandum: nam iste est abruptus sermo ex communi viae colloquio. * *Sermones caedimus.*] *Caedere*, ut vult Nonius, ultra ceteras significationes interdum significat commiscere, allegatque Lucilium dicentem: *Tineae omnia caedunt*, i. e. commiscent, ut ipse interpretatur. Nostro autem hic proposito maxime convenit. — 2. *Mulier.*] Non *Antiphila*, aut *amica:* sed sic dixit, quasi illi qui desperaverat redituram. — 3. *Ego vero audio.*] Verba sunt respirantis, et ad se redeuntis. * *Ego vero audio nunc demum.*] Cum prius languerem prae timore, et consternatus essem, mei sensus

1. *Sermones caedimus.*] Idem graeci dicunt, λόγους κόπτειν. Eodem sensu Virgilius, Aen. V. 160. *Multa inter sese vario sermone serebant.*

3. *Nunc demum.*] Ita infra, versu 12. Vide ad And. V. 3. 11.

Dr. Mínime mirum, adeo ímpeditae súnt: ancillárum gregem
Dúcunt secum. *Clin.* Périi! unde illi súnt ancillae?
Clit. Mép' rogas?
Sy. Nón oportuít relictas: pórtant quid rerum! *Clin.* Hei mihi!
Sy. Aúrum, vestem: et vésperascit, ét non noverúnt viam.
Fáctum a nobis stúlte est. abi dum tú, Dromo, illis óbviam,
Própera: quid stas? *Clin.* Vaé misero mi, quánta de spe décidi!

V. 4. Bentl. *Syro* reliquit. Dromoni haec tribuenda esse viderunt Glareanus et Guyetus, quos secutus est Westerh.
V. 9. Bentl. ex codd. *Propere.*

---

non recte sua exercebant officia. — 4. *Minime mirum.*] Servi non videntes adolescentes pergunt in sermone incepto. Mulieres a natura tardae in incessu sunt: sed hic additur causa tarditatis, scilicet, *ancillarum gregem ducunt secum*, ac si duceretur unus grex ovium. *Minime mirum.*] Scilicet si relictae sunt. — 5. *Perii!*] Clinias suspicio, quod amica corrupta sit, ab ancillarum grege oritur; has enim ab aliis amatoribus esse putat. — 6. *Portant quid rerum!*] Ob hoc non est securus Syrus, quod mulieres relictae sint. — 7. *Et vesperascit, et non noverunt viam.*] Causa cur non oportuit relictas; quis enim tutus, si quid portat, et in nocte, et in incerto itinere? — 8. *Abi dum.*] *Dum sapiuov.* — 9. *Vae misero mihi.*] Magis suspicatur Clinia quod a Syro aurum et vestem

---

4. *Impeditae sunt.*] Vide ad And. III. 5. 11. — *Ancillarum gregem.*] Ita Plautus, Cistell. IV. 2. 67. *Grex venalium*, subaudi, servorum. vide Donatum ad Adelph. III. 3. 8.

6. *Portant quid rerum!*] Emphatice dicit *Quid!* Ita infra III. 1. 49. Plautus, Epid. II. 2. 26. *Captivorum* quid *ducunt secum!*

7. *Aurum, vestem.*] Haec solent iungi. Ita infra III. 1. 43. Plautus, Curc. II. 3. 69. *Ut mulierem a lenone* cum auro et veste *abduceret.* Est autem hendiadys pro vestibus auro distinctis. [Cave credas. Intelliguntur potius ornamenta et vestes. St.]

9. *Quanta de spe decidi!*] Id varie effertur. Cicero, Fam. V. 5. *Ex magna spe deturbatos.* Livius, XXXVII. 26. *Antiochus postea-quam a spe societatis Prusiae* decidit, *Ephesum ab Sardibus est pro-*

Clit. Qui[d] istuc? quam res té sollicitat aúdem? *Clin.* Rogitas quíd siet?
Víden' tu ancillas, aúrum, vestem? quám ego cum una ancíllula
Híc reliqui: unde ea ésse censes? *Clit.* Váh! nunc demum intélligo.
Sy. Dí boni, quid túrbae est! aedes nóstrae vix capiént, scio.
Quíd comedent? quid ébibent? quid séne est nostro míserius?
Séd video, eccos, quós volebam. *Clin.* O lúpiter! ubinam ést fides?

V. 10. Bentl. corr. *Qui istuc*, ut Eun. IV. 6, 7.
V. 12. cum cod. Bemb. et aliis *ea* delet, signo interrogandi post *Viden' tu* posito.
V. 15. Bentl. corr. *Sed eccos video*, ut alibi dictum: *Sed eccum vides Parmenonem; Sed eccam Thaidem ipsam video*, etc.

---

audierit. — 12. *Unde ea esse censes?*] Unde essent ista, tanquam notum esset, non explicuit. — 13. *Quid turbae est?*] Persona servilis, utpote fidelis, heri impensis timet. *Quid turbae est?*] *Turba* primum perturbationem significat; inde *turbo, turbas, perturbo, deturbo*. Dehinc multitudinem, quae fere turbatione non vacat. *Capiant.*] Alias deligent significat. *Virgil. Aut capere, aut captas iam despectare videntur.* — 15. *Eccos quos volebam.*] *Eccum, eccam; eccos, eccas; ellum, ellam; ellos, ellas;* ab *ecce* composita sunt; et per adverbia resolvuntur, non per nomina. *Eccum* ecce hic: subintellige *virum* de quo agebamus. *Eccam*, ecce hic: subintellige

---

fectus. Suetonius, Oth. 5. *Sed postquam Pisone praelato* spe decidit, *ad vim conversus est.*

11. *Viden' tu.*] H. e. audisne? Loquitur enim per indignationem de absente Antiphila. Ita Plautus, Epid. II. 2. 37. itidem de absente: *Viden' veneficam?*

13. *Aedes nostrae vix capient.*] Simili hyperbole utitur Iustinus, II. 10. de exercitu Xerxis: *Graeciamque omnem* vix capere *eius exercitum potuisse.*

14. *Quid comedent? Quid ebibent?*] Ita Plautus, Trin. II. 1. 19. *Quod ebibit*, quod comest, *quod facit sumti.*

15. *Ubinam est fides?*] Similis sententia est Adelph. III. 2. 32. Ovidius, Heroid. II. 31. *Iura*, fides, ubi nunc, *commissaque dextera dextrae.* Virgilius, Aen. IV. 373. *Nusquam tuta fides.*

Dum ego própter te eram pátria careo démens, in intereá loci
Conlócupletasti te, Antiphila: et me in his deseruisti malis:
Proptér quam in summa infámia sum, et méo patri minus óbsequens:
Cuius núnc pudet me, et míseret: qui harum móres cantabát mihi,
Meminísse frustra; néque eum potuisse únquam ab hac me expéllere. 20

V. 17. Bentl. ex codd. suis: *Conlocupletasti, Antiphila, te, et m.* ne Antiphila in prima acuatur.
V. 18. Bentl. ex codd., quibus usus est, ante *obsequens* iteravit *sum.*
V. 20. B. *aspellere*, quia *expellere ab amica* non dicatur. Expellimur enim e loco, domo, urbe, finibus.

---

foeminam. Ita *ellum*, intellige, ecce illum virum, etc. *O Iupiter!*] Sic exclamat dum putat ab amica esse deceptum. — *16. *Propter te.*] Quia tua causa a patre sum exclusus verborum increpationibus. *Errans.*] Hinc *errones* dicuntur. — *18. *In summa.*] In querela amatoria consueverunt amatores ab amica decepti commemorare, quae adversa causa illius acciderint. — 19. *Pudet me, et miseret.*] Recte: quia post pudorem solet consequi misericordia. *Pudet* verecundiae est. *Piget* poenitentiae. Terent. in Adelphis, *Fratris me quidem pudet, pigetque.* Et bene *pudet*, de filio in patrem. In Andria, *Tum patris pudor. Cantabat.*] Hoc est, frequenter dicebat. Et significantius dixit *cantabat.* Et antiqui *canere* pro *eloqui* dixerunt. — 20. *Ab hac.*] Sic dixit, quia nondum apparuerat: etsi su-

---

17. *Me deseruisti.*] Proprie de amantibus vel maritis. Ita And. I. 5. 35. et 36. II. 3. 28. IV. 2. 11. Adelph. III. 4. 31. Heaut. II. 4. 11. Virgilius, Aen. IV. 323. *cui me moribundam* deseris, *hospes*? Hinc *malitiosa desertio* nomen habet.

19. *Qui harum mores cantabat mihi.*] Invidiose dixit *harum*, intelligens unam Antiphilam. Ita Eun. I. 1. 8. Dixit porro, *cantabat*, uti Plautus, Trin. II. 2. 10. *Haec dies noctesque tibi* canto, *ut caveas.* Locutio ab oraculis desumta, quae praedicebant, et canebant simul. Justinus, XI. 7. *Antiqua oracula* cecinisse. Vel a cantilenis saepius repetitis; unde qui eandem rem saepius dicerent, *eandem cantilenam canere* dicebantur. Phorm. III. 2. 10. [Posterius verum.]

20. *Expellere.*] Id *aspellere* dixit Plautus, Trin. III. 2. 46. Ita *abstrahere*, And. I. 5. 8.

Quod támen nunc faciam: tám, quum gratum mi ésse potuit, núlli.
Nemo est miserior me. *Sy.* Hic de nostris verbis erat videlicet,
Quae hic súmus locuti, Clínia, aliter túum amorem, atque est, áccipis:
Nam et vita est eadem, et ánimus te erga idem, ac fuit:
Quantum éx ipsa re cónjecturam cépimus.
Clin. Quid est, óbsecro? nam míhi nunc nil rerum ómnium 'st
Quod málim, quam me hoc fálso suspicárier.
Sy. Hoc primum, ut ne quid huius rerum ignorés, anus

V. 25. Bentl. ex Bemb. *fecimus*. Ita poëta infra III. 3, 18. Andr. III. 2, 32. Adelph. V. 3, 36. Nec usquam ille aliter. Plautus quoque plus quinquies *Coniecturam facere*, nusquam *capere*, quo tamen Cicero pro Mur. c. 4. aliique utuntur.

---

perius, *Me deseruisti*, dixerit. — *21. *Tum, cum gratum mihi esse potuit.*] Quia tunc fuissem patri obsecutus, et eius morem gessissem voluntati. — 22. *Hic de nostris verbis.*] Superius, *Portant quid rerum, et aurum, et vestem* dixit. *Videlicet.*] *Scilicet* et *videlicet* idem significare videntur quod *certe:* sed habent usum suum per amaritudinem cum derisu permixtam. *Virgil. Scilicet hic superis labor est. Quintil. Hoc videlicet exspectasti.* — 25. *Ex ipsa re.*] Ex signis quae dicturus est. — 28. *Anus quae dicta*

---

21. *Quod tamen nunc faciam.*] *Ἀνακόλουθον.* Inferendum erat: *Quod tamen nunc facile poterit.* Ita Cicero, Fam. VI. 1. *Narravit, se interdum sollicitum vehementius solere esse, quod facere non debes.* — *Quum gratum mihi esse potuit.*] H. e. quum gratiam patris meo obsequio demereri potui. Ita Ovidius, Heroid. XVI. 13. *Iam dudum* gratum *est, quod epistola nostra recepta est.* Vide porro Burm. ad Phaed. I. 22. 5.

23. *Aliter tuum amorem accipis.*] *Accipere* rem est interpretari, et credere talem esse. Ita And. II. 2. 30. Eun. I. 2. 2. V. 2. 87. Adelph. IV. 3. 15.

25. *Coniecturam cepimus.*] Ita dixit, uti Plautus, Pseud. II. 2. 2. *Ut ego oculis* rationem capio.

27. *Hoc primum.*] Subaudi, sciendum est. Ita Virgilius, Aen. II. 79. *Huius.*] Antiphilae.

Quae est dicta mater esse ei antehac, non fuit:
Ea óbiit mortem: hoc ípsa in itinere alterae
Dum nárrat, forte audívi. *Clin.* Quaenam est áltera?
Sy. Mane: hóc, quod coepi, primum enarrem, Clíphо:
Post ístuc veniam. *Clit.* Própera. *Sy.* Iam primum ómnium,
Ubi véntum ad aedes est, Dromo pultát fores:
Anus quaédam prodit: haéc ubi aperuit óstium,
Contínuo hic se conícit intro: égo cónsequor.

V. 30. Bentleio corruptus videtur. Nam primum Terentium *itere*, non *itinere*, dixisse: corruptum enim esse locum Phorm. III. 3, 63. Deinde aliquot codd. habere *ea ipsa*, Regium *hoc* inter versus exhibere. Igitur corr. *ea ipsa in itere hoc, alterae* etc.

V. 35. Bentl. coni. *aperit*, numeri gratia. Idem v. 36. libris item invitis *Continuo hic se intro coniicit.*

---

est mater.] Hoc contra illud est quod supra dictum a Clinia, *Mater, sub imperio cuius est, mala.* — 30. *Ea obiit mortem.*] Hoc dictum, ne ab illa corruptam amicam suspicetur. *Alterae dum narrat.*] Antiquum est: nos *alteri* dicimus. — 31. *Quaenam est altera?*] Interrogat: quia nondum intellexerat amicam adventare. — 33. *Propera.*] *Properat* qui festinanter aliquid agit vel dicit. *Virgil. Multa, forens quae mox coelo properanda sereno, Maturare datur.* — *Iam primum omnium.*] Sic incipit, ut multa pudicitiae signa narraturus. *Livius in primo ab Urbe cond. Iam primum omnium satis constat.* **Hic iam primum omnium* est in primis vel in principio; nam principium est primum omnium. Vel sic intelliges, *iam primum omnium*, i. e. ecce primum omnium, quod sequitur. — 35. *Anus quaedam prodit.*] In Eunucho de vilissima persona, *Prodi foras, male conci-*

---

30. *Ea obiit mortem.*] Ita And. I. 3. 16. Phorm. V. 8. 3. Plautus, Aul. Prol. 15. *Is obiit mortem.* — *Alterae.*] Ita dixit, non *alteri*, ne suspicio esset de viro, ut ut initium de Bacchidis adventu praestrueret.

34. *Dromo pulsat fores, anus quaedam prodit.*] Imitatus Ovidius, Metam. V. 447. *Parvasque* fores pulsavit; *ut inde* Prodit anus. Solebant autem *anus* in famulitio esse matronarum.

36. *Se coniecit intro.*] Nimirum ut Antiphilam incopinantem opprimeret. Est vero *coniicere se intro* magno cum impetu introrumpere. Lucilius, Lib. XXVIII. Conlice te intro, *ac bono animo es.* Nepos, Themist. 8. Se *in sacrárium, quod summa colebatur religione,* coniecit.

Annus fóribus obdit péssulum: ad lanam redit.
Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi, Clínia,
Quo stúdio vitam suám te absente exegerit,
Ubi de improviso est interventum múlieri.
Nam ea rés dedit tum existumandi cópiam
Cotídianae vítae consuetúdinem,
Quae, cuíusque ingenium ut sit, declarat máxume:
Texéntem telam stúdiose ipsam offéndimus:

V. 38. Bentl. *hic* pro *hinc*, e Eusb. et aliis.
V. 41. Bentl. ex uno cod. *Nam ea tum res dedit existumandi*, &c.

---

liato. — 37. *Ad lanam redit.*] Haec signa sunt pudice vitam agentis. Sic in Andria, *Primum hanc pudice vixisse, parce, ac duriter agebat, lana et tela victum quaesitans.* — 39. *Vitam exegerit.*] Aliter dicitur *exigere vitam*, *exigere fabulam*, et *exigere opus*; significat enim traducere, expellere, et finire. * Exemplum primi est hic; secundi ut in Andria, *An exigendae sint vobis prius*; tertium est operis, i. e. finire opus inceptum. — 41. *Existumandi copiam.*] Iudicandi. *Aestimare* enim est considerare, *existimare* vero, iudicare. nam prius consideramus ea quae iudicanda sunt. — 43. *Quae, cuiusque ingenium.*] In Andria, *Nam qui tum ingenuis conflictatur eiusmodi eto.* — *44. *Telam.*] *Tela* dicitur omnis pannus tam laneus, quam lineus. *Offendimus.*] Reperimus. *Offendere* fere idem est quod

---

37. *Foribus obdit pessulum.*] Ita Eun. III. 5. 55. — *Ad lanam redit.*] Vide And. I. 1. 48. Ovidius, Heroid. III. 73. *Est mihi, quae lanas mollit, opus manus.* Adde interpretes ad Phaed. IV. 4. 5.

38. *Hinc sciri potuit, aut nusquam alibi.*] Sensus est: Ex hac re sciri potuit, aut ex nulla re alia. Utitur enim tribus adverbiis pro totidem relativis. Compone cum hac narratione historiam apud Liv. I. 37. de Lucretia.

39. *Vitam exegerit.*] Prope ad finem perducere, *exigere* est, Adelph. V. 4. 16. [Cort. ad Sallust. Iug. c. 14. Ruhnkenius accipit pro simplici *agere vitam*. Quod nemo probat. Nunc est: *hoc usque peregerit.*]

40. *Interventum est mulieri.*] Proprie *intervenitur* occupato et necopinanti. Adelph. III. 3. 52. Quales et *deprehendi* et *opprimi* dicuntur.

41. *Existumandi copiam.*] Sic Hec. I. 2. 88. dixit: *mores existumque.*

Mediócriter vestítam veste lúgubri, 45
Eius ánuis causa, opínor, quae erat mórtua:
Sine aúro, tum ornatam, íta uti quae ornantur sibi:
Nullá mala re ésse éxpolitam múliebri:
Capíllus passus, prólixus, circúm caput

V. 48. *esse* om. vett. edit. et aliquot mss. Quod ferri non posse Bentl. arbitratur propterea, quod ordo hic sit: *Offendimus ipsam texentem, vestitam, ornatam, expolitam.* Corrigit igitur: *Nullá mala re intérpolatam múliebri.* Et sic *interpolare* de cerussa, stibio, purpurisso, Plautus Most. I. 3, 105. et 116.

V. 49. Bentl. *Capillus sparsus*, ex codd., et deinde *promissus* pro *prolixus* de mera coniectura. Posterius certe non probandum.

---

reperire. — 46. *Eius anuis causa.*] M. Varronem, et P. Nigidium, viros Romani generis doctissimos, constat non aliter locutos esse et scripsisse, quam *senatus* et *domus*, qui est primus casus ab eo, quod est senatus et domus. — 47. *Ornantur sibi.*] Non ut placeant amatoribus. Honestae enim mulieres reiiciunt vestium sordes, honestaque sibi vestiri cupiunt. — 48. *Nulla mala re expolitam.*] Hoc est, non fucatam. *Mala* enim a similitudine mali, hoc est, pomi, nomen assumpsit, nam id est, quod praeeminet inter nasum, ocilos et buccam, quod rotunditas est, et in speciem mali. *Muliebri*] *Res muliebris* est fucus, quo mulieres molles utuntur ad extergendam cutem, ne rugescat, seu solvatur in rugas, quod senescentibus contingit. — 49. *Capillus*] *Capillum* dicit more suo crinem incultum. *Capillus passus.*] Id est sparsus. *Virgil. Crinibus Iliades passis.* Sunt quaedam verba, quae a diverso veniunt

---

45. *Veste lugubri.*] H. e. pulla, et longo usu detrita. Qualis *vestitus sordis* dicitur, Phorm. I. 2. 67. *Lugubria* dixit Propertius IV. 12. 97. Ovidius, Heroid. XV. 75. Veste *tegor* vili; *nullum est in crinibus aurum.*

46. *Eius anuis causa.*] Citat hunc versum Gellius, plura eiusdem declinationis adferens exempla.

47. *Ornantur sibi.*] Explicat Calphurnius. Ita Ovidius, Heroid. XV. 77. Cui colar *infelix*? *aut cui placuisse laborem?* Tacitus, Germ. 38. *Neque enim ut ament, amentur, in altitudinem quandam et terrorem adituri bella comti, ut hostium oculis, ornantur.*

48. *Nulla mala re esse expolitam muliebri.*] Compone cum hoc loco Phorm. I. 2. 55. *Mala res muliebris* intelligitur cerussa, stibium, purpurissum, alia. Recenset longo ordine Ovidius, Rem. Amor. 351. Porro exemplum earum, quae non sibi, sed amatori ornantur, est Philematium, apud Plautum, Mostell. I. 3. 10.

49. *Capillus passus.*] H. e. religatus, et collo sine lege spar-

Reiectus neglegenter: pax! *Cli.* Syre mi, obsecro,
Ne me in laetitiam frustra coniiciás. *Sy.* Anus
Subtémen nebat. praeterea una ancillula
Erat, éa texebat una, pannis obsita,
Neglécta, immunda illuvie. *Clit.* Si haec sunt, Clinia,
Vera, íta uti credo, quis te est fortunátior?
Scin' tu hanc, quam dicit sordidatam et sordidam?

V. 56. Bentl. *tu* omisit.

praesenti: sed in praeterito confunduntur; sicuti a patior, ita a pando *passus* descendit. * Ideo legendum est in Passione Christi: *Qui expassis manibus*, non *expansis*. * 50. *Pax!*] Adverbium Graecum, ut ait Priscianus. * 52. *Subtegmen.*] i. e. filum, quod in tela texenda stamen intercurrit. 53. *Pannis obsita.*] Sic in Eunucho, *Pannis annisque obsitum.* * Ita *pannis obsita* dicitur, ut ager obsitus spinis. 54. *Immunda illuvie.*] *Proluvies et illuvies* significantiam habent parem, et immunditia est. *Virgilius*, *Foedissima ventris Illuvies.* 56. *Sordidatam et sordidam.*]

dus; quod vel praecipuum luctus indicium erat. Horatius, Serm. I. 8. 23. *Vidi egomet nigra succinctam vadere palla Canidiam pedibus nudis*, passoque capillo. Neque aliter Iliades apud Virgilium, Aen. I. 480. et III. 65. [*Capillus prolixus.* Verissime Bentleius legit *capillus promissus.* Nam capilli proprie dicuntur *promissi.* Ovid. Trist. IV. 2. 34. *Squallida promissis qui tegit ora comis.* Virg. Ecl. VIII. 34. *Hirsutumque supercilium promissaque barba.* Liv. V. 41. *barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti.* ubi vid. Drakenborchius.]

50. *Pax!*] Interiectio comica silentium indicens vel sermonem claudens, origine Graeca. Unde Hesychius, ΠΑΞ, ἐπὶ τῷ τέλος ἔχειν. Plautus, Pseud. V. 1. 33. *Itaque, dum enitor*, pax! *iam pene inquinavit pallium.* Eleganter Terentii verba imitatur Ausonius, Technopaegnion ita claudens: *Totum opus hoc sparsum, crinis velut Antiphilae*, pax!

51. *Ne me in laetitiam frustra coniicias.*] Vide ad Hec. V. 4. 2.

52. *Subtemen nebat.*] Lucilius, lib. VIII. *Inter vere modo stat rebus subtegmine pannus.* Plautus, Merc. III. 1. 20. *Possin' tu, si usus venerit*, subtemen *tenue* nere? Vide Comment. maiorem. De discrimine autem inter *subtemen* et *subtegmen*, consule Cl. Drakenborch. ad Sil. VII. 80.

53. *Pannis obsita.*] Vide ad Eun. II. 3. 5. Apuleius, Metam. III. *Anus alia* pannis *horridis* obsita.

56. *Sordidatam et sordidam.*] Cicero, in Pisonem c. 41.

Magnum hóc quoque signum est, dóminam esse extra nóxiam,
Quum eiús tam negligúntur internúntii;
Nam dísciplina est eísdem, munerárier
Ancíllas primum, ad dóminas qui adfectánt viam. 60

V. 58. Bentl. *Cum tam neglegitur eius internuntia.* Videlicet aliquot libri: *Cum tam negleguntur eius internuntii.* Nihil mutarim. Generaliter loquitur, unam istam in mente habens ancillulam.

V. 59. Bentl. coni. *Nam disciplina est sectae, munerarier.*

Sordidus a natura dicitur. *Sordidatus* vero fit urgente necessitate. * Vel habitu *sorditatam* et veste, corpore *sordidam* et illuvie. *Sordidatam*, refertur ad illud, *pannis obsita*. *Sordidam*, ad illud, *neglecta, immunda illuvie*. — 57. *Extra noxam.*] Hoc est culpam. *Noxa* etiam significat damnum. *Sueton. in Caesare, Spurinamque irridens, et ut falsum arguens, quod sine ulla sua noxa Idus Martiae essent.* — * 58. *Internuntii.*] *Internuntii*, qui nuntia ferunt ad amatores, et referunt ad amatas, quos aliqui gynaegogos dicunt a ducendis mulieribus. Utrum bene, nec ne, ipsi viderint. — 59. *Nam disciplina est.*] Praeceptum in arte amandi, ut amatores prius ancillas corrumpant. — 60. *Affectant.*] *Affectare* est pronum animum ad faciendum habere. * Ut dicit Festus. Laurentius dicit, *affectare* esse affectu et conatu alterius virtutem aemulari, quam assequi nequeas, refragante natura. Servius autem hic interpretatur *affectant*, viam praeparant; quemadmodum et illud Virgilianum, *viamque* affectat *Olympo*, interpretatur, ille

---

Nec minus laetabor, quum te semper sordidum, *quam si paullisper* sordidatum *viderem.* Sensus autem verborum Clitiphonis est: *Haec, quam dicit sordidatam et sordidam, magnum quoque signum est, Dominam esse extra noxiam.* Est vero *sordidus* natura et moribus talis, *sordidatus*, qui habet vestes sordidas ex occasione quadam. Plautus, Asin. II. 4. 90. *quanquam ego sum* sordidatus, *Frugi tamen sum.*

57. *Noxiam.*] Vide ad Eun. V. 2. 13.

59. *Disciplina.*] H. e. mos et institutum. Plautus, Asin. I. 3. 49. de pistoribus et oenopolis: *Si aes habent, dant mercem; eadem nos* disciplina *utimur.* — *Munerarier ancillas primum.*] Eandem disciplinam praecipit magister Amorum, Arte Am. I. 355. de ancilla Dominae: *Hanc tu pollicitis, hanc tu corrumpe rogando; Quod petis, e facili, si volet illa, feres.* Horatius, Serm. I. 9. 56. *Difficiles aditus primos habet. Haud mihi deero. Muneribus servos corrumpam.* Exemplum eiusmodi amatoris habet Plautus, Asin. I. 3. 30. seqq. et ancillae poscentis munus ab amatore, Menaechm. III. 3. 17.

60. *Adfectant viam.*] H. e. magno conatu quaerunt. Phorm.

Clin. Perge, obsecro te, et cave, ne falsam gratiam
Studeás inire. quid ait, ubi me nóminas?
Sy. Ubi dícimus redisse te, et rogáre uti
Veníret ad te: múlier telam déserit
Contínuo, et lacrumis opplet os tótum sibi:
Ut fácile scias, desíderio id fierí tuo.
Clin. Prae gaudio, ita me Dí ament, ubi sim, néscio:
Ita timui. *Clit.* At ego nil ésse scibam, Clínia.
Agedúm vicissim, Sýre, dic quae illa 'st altera?
Sy. Addúcimus tuam Bácchidem. *Clit.* Hem! quid?
Bácchidem?

V. 64. B. *desinit* ex cod. Bemb.
V. 66. Bentl. *scias* reposuit, quod sit monosyllabon. Codd. et editt. *scires*, reluctante metro.

praeparat sibi divinos honores, seu disponit. — 61. *Falsam gratiam.*] Scilicet mentiendo. * Nam ipso rescito gratia inita frustraberis. — 65. *Opplet os.*] Nam ex nimio gaudio interdum lacrymae provenire solent. * Apuleius: *Tunc ego sensi naturaliter quosdam affectus in contrarium provenire. nam et lacrimae saepicule de gaudio prodeunt; ita et in illo nimio pavore risum nequivi continere.* — 69. *Agedum.*] *Age* singularem numerum desiderat: *Agite* pluralem: *Agedum* vero utrumque. *Quae est illa altera?*] Interrogat non immemor verborum Syri, *O Clitipho: post istuc veniam.* — 70. *Hem! quid?*] *Hem* interiectio est novas res et optime audientis. —

V. 7. 71. Plautus, Menaechm. IV. 3. 12. *Ut me defrudes, ad eam rem* adfectas *viam.* Cic. pro Rosc. Am. c. 49. *Quod iter affectet.*

64. *Telam deserit.*] Eodem sensu dixit Virgilius, Aen. IX. 476. *Excussi manibus radii, revolutaque pensa.* Integrum locum expressit Ovidius, Fast. II. 755. *Desinit in lacrimas, intentaque fila remittit, In gremio vultum deposuitque suum.* Vide porro Comment. maiorem. [*Telam desinit* i. e. ad aliquod tempus intermittit. Cic. ad Div. VII. 1. *Libenter mehercle artem desinerem.* Ovid. Art. Am. II. 724. *Sed neque tu dominam velis maioribus usus desine.* ubi vid. Heinsius.]

65. *Lacrumis opplet os tótum sibi.*] Virgilius, Aen. IV. 30. *Sic effata, sinum lacrumis implevit obortis.*

[66. *Desiderio tuo.* Frequentius dicitur cum genitivo *desiderio tui.* Ovid. Art. Am. III. 682. *Posse suo tangi credet amore deas.*]

68. *Nihil esse.*] Formula elevandi rem. Ita Eun. IV. 2. 10. Phaed. III. 7. 17. *Unde hoc, amice?* nihil est. Ad quem locum vide Burm.

'Eho, molesta, quo illam ducis? Sy. Quo illam? Ego?
ad nos scilicet.
Clit. 'Ad patremne? *Sy.* Ad eum ipsum. *Clit.* O
hominis impudentem audaciam!
Sy. Heus! Non fit sine periclo facinus magnum
nec memorabile.
Clit. Hoc vide: in mea vita tu tibi laudem is quae-
situm, scelus?
'Ubi si paulum modo quid te fugerit, ego perierim.
Quid illo facias? *Sy.* At enim. *Clit.* Quid enim?
Sy. Si sinas, dicam. *Clin.* Sine.
Clit. Sino. *Sy.* Ita res est haec nunc, quasi cum.
Clit. Quas, malum, ambages mihi

V. 73. Alii *Heus* praecedenti versui apponunt. Bentl. *heus tu*, illi addidit ex codd. suis et vett. editt. Praeterea legit *magnum et commemorabile*. Vulgo metro pessumdato *magnum et memorabile*. Revocavimus codicis Bembini lectionem *magnum nec memorabile*. Sic Adelph. V. 4, 7. Distinguit servus, quae e vulgari ratione iungenda erant.

71. *Eho*.] Interiectio admonentis, attentionem, et ut sistatur gradus, poscentis. *Quo illam ducis*?] Hoc cum timore pronunciandum. Timet ne pater illius amicam cognoscat. — 72. *O impudentem audaciam*.] Bene *audaciam*, quae proprie est temeritas. — 73. *Heus tu, non fit sine periculo facinus*.] Sententia generalis, quae et servis convenit. — 74. *Hoc vide!*] Sic dicere solemus his, qui res maximas aggrediuntur. — 75. *Ubi si paululum*.] Verba proprie alicuius committentis alteri cum periculo vel res suas vel salutem. — 76. *At enim*.] Aliquid supplendum. Syrus dicere volebat, aut in ea re non esse periculum, aut se effecturum quod intendit. Sed illius sermonem Clitipho interrupit. — 77. *Ita res est haec nunc, quasi cum*.] Haec oratio imperfecta est:

72. *Impudentem audaciam*.] Expressum e Plauto, Menaechm. II. 1. 13. *O hominis impudentem audaciam*. Phaedrus, III. 5. 9. *Sed spes fefellit impudentem audaciam*.

73. *Non fit sine periclo facinus magnum et memorabile*.] Ita P. Syrus, vel Laberius: *Numquam periculum sine periculo vincitur*. Virgil. Aen. IV. 94. *Magnum et memorabile nomen*.

74. *Hoc vide!*] Formula admirantium et indignantium. Vide Adelph. II. 2. 20.

77. *Quas, malum, ambages mihi narrare occipis?*]

Narrare occepit? *Clin.* Syre, quod hic dicit, mitte: ad rem redi.

Sy. Enimvero certe nequeo: mirum modo iniurius, Clitipho, es; neque ferri potis es. *Clin.* Audiendum hercle est: tace.

Sy. Vis amare: vis potiri: vis, quod des illi, effici:

V. 79. Bentl. *iniurius*, i. e. iniurius es.

V. 80. Bentl. *es* post Clitipho delet.

---

utpote a Clitiphone, qui impatiens audiendi est, interrupta. Recusat enim Clitipho pericula, et vult amica sine his potiri: quod Syrus fieri posse negat, quia necesse est, si amare vult, ut admittat pericula. Ergo subintelligendum est, quod hic velit compos esse voti sui sine periculo: quemadmodum si aliquis sine belli periculo velit consequi victoriam, aut aliquid tale: ut sit proverbium usitatum in ignavos, qui sine labore consequi vellent quod optant. *Ita res haec.*] Aut comparationem quandam voluit inducere, et non patitur Clitipho, qui negotium audire et rem solum vult; aut, quia simile quaerebat, et extra rem est, ideo ille ambages dicit; aut quia hoc secus ac contemnens dicit. *Haec.*] An Bacchis, an Antiphila, incertum. Est enim hic oratio imperfecta a Clitiphone interrupta. Nunc *quas* quid velit dicere, nescitur, interruptione impediente. Et ideo liberum est unicuique subintelligere, quod placet. *Malum.*] Adverbium est interpositae indignationis. — 80. *Neque ferri potis est.*] Pro, non potest. — 81. *Vis potiri.*] *Potior* a potis descendit: ideo illi in significatione est simillimum. Dicitur enim, cum *compos animi*, aut *rationis*, quod haec habeo. *Vis, quod des illi, effici.*] Pro

---

Ita cum indignatione interrogat, quia Syrus cum odiosa quadam mora et tanquam aliud agens locutus fuerat, nec quidquam certi expedierat. Dixit autem *ambages*, uti And. I. 2. 31. De particula *malum* vide ad Eun. IV. 7. 10.

79. *Ad rem redi.*] Formulae speciem habet, qua uti licet, quoties quis alias res agere videtur. Ita Adelph. II. 1. 31. quod mox versu 36. dicit, *istuc, quaeso, redi, quo coepisti.*

81. *Effici.*] Quod ingenio et industria perficitur, *effici* dicitur. And. II. 1. 34. Infra III. 3. 23. Cicero, Att. XIII. 1. *De pecunia vero, video ad te omnem diligentiam adhiberi, vel potius iam adhibitam; quod si efficis, a te hortos habebo.* [*Potiri* h. e. amoribus frui. Ovid. Art. Am. I. 711. *Ut potiare roga, tantum cupit illa rogari.*]

Túum esse in potiundó periclum nón vis: haud stulté
sapis:
Síquidem id sapere 'st, vélle te id, quod nón potest
contíngere.
Aút haec cum illis súnt habenda, aut illa cum his
mitténda sunt.
Hárum duarum cónditionum núnc utram malís, vide:
'Etsi consiliúm, quod cepi, réctum esse et tutúm scio.
Nam tua apúd patrem amíca tecum síne metu ut sit,
cópia 'st.
Túm, quod illi argentum és pollicitus, eádem hac in-
veniám via:

V. 84. ante Faernum et Bentl. erat *amittenda.*

V. 85. Bentl. *Etsi consilium hoc quod cepi.* Nimirum codd. eius: *Etsi hoc consilium.*

V. 87. Bentl. *Nam apud patrem tua amica tecum etc.*

---

inveniri positum. — 82. *Haud stulte sapis.*] Εἰρωνικῶς: id enim velle sine periculo, quod fieri non potest, est insipientis. — 84. *Aut haec.*] Scilicet pericula. *Cum illis.*] Invidiose *illis*, cum in una sit. Sic in Eunucho, *Non perpeti meretricum contumelias.* — 86. *Harum duarum conditionum.*] Hoc sic infert Syrus, ut tandem velit consilium suum anteferri. *Harum duarum conditionum.*] Aut velle pericula cum amica, aut amittere eam una cum periculis. *Condictio* est actio in aliquem, vel denunciatio; *condicere* enim, prisca lingua, est denunciare. *Conditio* vero sine *c*, ut hic est legendum, est cum uno certam legem in se continens. Alibi Terent: *Accepit conditionem, dehinc quaestum occipit.* Dicitur etiam *bonae conditionis:* ita ut referas ad fortunas, non ad mores, id est, dives est. Est etiam *conditio* inter plura eligenda, sortis oblata

---

82. *Haud stulte sapis.*] Ne diceret, *Facis intelligendo, ut nihil intelligas*; neque, *insanientis sapientiae consultus es*, salse Clitiphonem ridens, *Haud stulte sapis*, inquit, q. d. *Tu sane sapis, et quantus quantus es, nil nisi sapientia es.* Et possit videri formulae speciem habuisse, *haud stulte sapere.* [Cfr. Bentl. ad Hor. Serm. II. 3, 158.]

85. *Harum duarum conditionum nunc utram malis, vide.*] Ita Plautus, Cas. II. 4. 13. *Optio haec tua est: utram harum vis conditionum, accipe.*

87. *Copia 'st.*] H. e. facultas. Plautus, Capt. III. 3. 14. *Neque iam Salus servare, si volt, nec potest; nec copia est.*

Quód ut efficerem, orándo surdas iam aúres reddiderás mihi.
Quíd aliud tibi vis? *Clit.* Siquidem hoc fit. *Sy.* Síquidem! experiundó scies.
Clit. 'Age, age, cedo istuc tuúm consilium: quíd id est? *Sy.* Adsimulábimus,
Túam amicam huius ésse. *Clit.* Pulchre. cédo quid hic faciét sua?
'An ea quoque dicétur huius, si úna haec dedecori ést parum?
Sy. 'Immo ad tuam mátrem déducetur. *Clit.* Quíd eo? *Sy.* Longum 'st, Clítipho,

V. 90. Bentl. *Quid alid tibi vis. Siquidem hoc fiet. Siquidem experiundo scies.* Ita *alid* vetuste pro *aliud* dictum, ut saepe apud Lucretium.

V. 94. *Imo ad tuam* anapaestus est. Itaque Bentl. *abducetur*, quod est in Bembino, et Faërno placuit, recte aspernatus est.

---

electio. *Conditionum*, id est optionum, electionum. — 89. *Quod ut efficerem.*] Superius, *Vis, quod des illi, effici.* Id *efficimus*, quod cum magno conatu et molimine facimus: vixque per nos finem accipit. — 90. *Siquidem.*] Syrus repetit verbum Clitiphonis, quod per eum dubitare videat. — 91. *Adsimulabimus tuam amicam.*] Callide Clitiphonis amica Cliniae esse simulatur, ut Antiphila ad Sostratam deducatur, quae postea agnoscetur filia Chremetis: qua cognita, et altero consilio invento a Syro, extorquebitur argentum a Chremete, quod Clitipho Bacchidi promiserat. — 93. *Dedecori est parum?*] Turpe est habere unam amicam, nedum duas. — 94. *Quid eo?*] Cum interrogatione: quasi dicat, Quid tum, si ad matrem deducetur? — 95. *Fabulae!*] Recte *fabulae:* quia ne-

---

89. *Surdas iam aures reddideras mihi.*] Ita solent de sermone molesto et saepius iterato. Curtius, IX. 2. Surdas *iam dudum* aures *pulso.* Valet vero idem, quod *obtundere.*

90. *Siquidem!*] Repetitio cum indignatione. Ita And. II. 2. 13. infra IV. 3. 41.

94. *Longum 'st.*] Formulae speciem habet, q. d. longiorem moram postulat, atque adeo odiosum esset. Ita And. V. 6. 13. Ovidius, Fast. VI. 325. *Nec licet, et* longum est, *epulas narrare deorum.* Sueton. Galb. 3. *Imagines et elogia universi generis exsequi* longum est.

Sí tibi aurem. Quámobrem id fáciam, vére causa est.
Clit. Fábulae!
Nil tatis firmi vídeo, quamobrem accípere hunc mi ex-
pediát metum.
Sy. Máne. habeo aliud, si istud metuis: [quod] ámbo
confiteámini
Sine perículo esse. *Clit.* Huiusmodi, obsecro, áliquid
repperi. *Sy.* Máxume.
Ibo obviam hinc: dicam út revórtatur domum. *Clit.*
Hem!
Quíd dixti? *Sy.* Ademptum tibi iam fano omnem me-
tum,
In aurem utramvis ótiose ut dórmias.

V. 97. Bentl. corr. *si iste est metus.* Fortasse *quod* delendum.
V. 99. Bentl. pro *hinc* corrigit *huic*, sc. Bacchidi, et *revortatur* scribit.

---

que verae sunt, neque verisimiles. — 98. *Huiusmodi, obsecro, aliquid.*] Quam stulte amans inducitur credere, Syrum, qui iocatur, iam habere aliquid, quo potiatur amica sine periculo. — *101. *In aurem utramvis.*] Loco proverbii, in eos, qui securi et otiosi vitam ducunt. Talis sententia et apud Menandrum, quae Latine sic exprimitur: *In aurem utramque quum quidem dotata est, cubet.* Per aurem dextram dex-

---

[95. *Vera causa* i. e. iusta. Eun. V. 4. 3. *Quantam et quam veram laudem capiet Parmeno.*]

[96. *Firmum* est certum, verum. Sallust. Iug. c. 64. *Quae omnia illis eo firmiora videbantur.* ubi vid. Cortius.]

96. *Accipere metum.*] Tam malae, quam bonae res *accipi* dicuntur. Ita infra V. 1. 59. Eun. IV. 6. 24. IV. 7. 1. Adelph. II. 1. 53. Phorm. V. 2. 4. Cicero, Fam. XV. 21. *In ea voluptate hunc* accepi *dolorem.*

101. *In aurem utramvis otiose ut dormias.*] Vetus adagium, quo summa securitas indicatur, expressum e Graeco Menandri, quod laudat Gellius, II. 33. Ioculariter Plautus, Pseud. I. 1. 121. P. S. *De istac re* in oculum utrumvis conquiescito. C. A. *Oculum utrum, anne* in aurem? P. S. *At hoc pervolgatum est minus.* Paulo aliter Plinius, Epist. IV. 29. *Nihil est, quod* in dextrum aurem *fiducia mei* dormias. [Plura Burm. ad Petron. c. 61.]

Clit. Quid ágo nunc? *Clin.* Tunc? quód boni est.
Clit. Syre, díc modo.
Verum. *Sy.* 'Age modo, hodie séro, ac nequidquám voles.
Clin. Datúr: fruare dúm licet, nam néscias,
Eius sít potestas pósthac, an nunquám tibi. 105
Clit. Syre, inquam. *Sy.* Perge pórro, tamen istúc ago.

V. 102. Bentl. *quod boni* — omisso *est:* ut sermo interrumpi putandus sit. Cohaerent enim: *quod boni datur* vel *di dant.*
V. 104. Bentl. ex codd. *Di dant*, pro *Datur.*
V. 105. Bentleius collocat post v. 106. ut Clitiae sermo interpelletur. Elegans coniectura, et, nisi fallor, verissima.

---

trum latus designat, per sinistram vero latus sinistrum. — 102. *Quid ago nunc?*] Dubius et circa pericula, et circa amicam, quaerit consilium. **Quod boni est.*] Nam *boni* est velle abscedere lascivas mulieres. Et hoc totum dicit ridendo eum. — 103. *Age modo.*] Sic pronuntiandum est, ut Syrus discedat, et dicat amicae Clitiphonis, ut domum revertatur. **Ac nequidquam.*] Id est, frustra voles, quoniam statim revocabis voluntatem, et impedies, quo minus dicam verum, ut prius fecisti. Vel si *ne* et *quidquam* sint duo verba, tunc sic construe, *Ac ne*, i. e. non voles, non permittes, *quidquam* scilicet dici a me; nam impedies, ut prius. — *106. *Syre, inquam.*] Interea Syrus ad mulieres se conferebat, quem abeuntem Clitipho primo paululum revocat; deinde ipso calescente magis ac magis amore, et Syro pergente, vehementissime revocat. *Syre, inquam.*] Trepide Syrum revocavit iam decedentem. *Tamen istuc ago.*] Quod

---

102. *Quid ago nunc?*] Formula dubitantis et solliciti. Ita Adelph. V. 7. 18. Phorm. II. 4. 7. [*Quod boni* iungendum cum *age modo.* Nam Clitipho Syri orationem interrumpit. Minus bene h. l. tentat Schwarzius ad Plin. panegyr. c. 34.]

104. *Fruare dum licet.*] Idem monet Horatius, Epist. I. 11. 22. *Tu, quamcunque Deus tibi fortunaverit horam, Grata sume manu; neu dulcia differ in annum.* Idem Carm. III. 8. 27. *Dona praesentis cape laetus horae.* Cicero, Fam. VII. 8. *Quin tu urges istam occasionem, et facultatem, qua melior nunquam reperietur?*

[106. *Tamen istuc ago.* Sensus est: etsi abeo, tamen ad tua verba attendo. Nam particula *tamen* saepe eleganter ponitur, quasi aliud membrum cum *etsi*, cui respondere solet, praecessisset. Vid. Gronov. ad Liv. XXIII. 19. 12.]

Clit. Verum hércle istuc est. Sýre, Syre, inquam, heus, heús, Syre.
Sy. Concáluit. quid vis? *Clit.* Rédi, redi. *Sy.* Adsum, díc quid est?
Iam hoc quóque negabis tibi placere? *Clit.* Immó, Syre,
Et mé, et meum amorem, et fámam permittó tibi. 110
Tu es iúdex: ne quid áccusandus sís, vide.
Sy. Ridículum est, te istuc me ádmonere, Clítipho:
Quasi ístic mea res mínor agatur, quám tua.

V. 111. Bentl. corr. *Tu es inlex*, i. e. tu me in hoc periculum illicis; cave ne accusandus *sis*, neve quid praeter expectatum eveniat. Enimvero Syrum non posse *iudicem* recte appellari. Ego vero vulgatum recte habere arbitror. Clitipho, ut est incertus animi, causam suam Syro totam committit. Quid quod istud: *vide ne accusandus sis*, codicum lectioni egregie patrocinatur?

V. 113. ante Bentl. legebatur: *minor mea res agatur.* Contulit ille Senec. de Clem. I. 20. *Ut non minorem agi rem periclitantis, quam iudicis, sciat.* Plaut. Rud. I. 4, 19. *Nec minor pars meast, quam tua.*

---

coepi, scilicet ut dicam amicae, ut domum redeat. — 107. *Verum hercle istuc est.*] Verba creduli et trepidi amantis, et concedere nolentis Syro, ut quod constituerit peragat. — 180. *Concaluit.*] Bene de amore, *concaluit.* In Eunucho, *Accede ad ignem hunc, iam calesces plus satis.* **Concaluit.*] Id est, amoris igne ardescit, quapropter me sic revocavit. **Adsum.*] Hoc dicit, postquam paululum rediit, ac prope Clitiphonem fuit. — 111. *Ne quid accusandus.*] *Ne quid*, deest *ob*, vel *propter.* Et est admonitio aliquid alicui trepide committentis. — 113. *Quasi istic minor mea res agatur.*] Securius committimus his ad quos non minus pertinet quod agendum, quam ad nos. **Quasi.*] Quasi dicat, videris ita admonendo me putare, quod minus mihi ex ea re impendeat periculum, quam tibi. Vel, quod minus ad me spectet, quam ad te, id caute fieri. Nam cum Horatius inquit, *Nam tua res agitur, paries*

---

108. *Concaluit.*] Hoc vel secum, vel ad spectatores conversus dicit Syrus de Clitiphone; q. d. is, qui modo indignabatur, adduci sibi suam Bacchidem, nunc ardere incipit eius amore. Ita Eun. I. 2. 5.

113. *Quasi istic mea res minor agatur, quam tua.*] Infra IV. 8. 10. Hec. V. 2. 8. Plautus, Rud. IV. 4. 104. *Tua res agitur.* [*Quasi istic* i. e. quasi in minore periculo versor quam tu. Lo-

Hic si quid nobis fórte adversi evénerit,
Tibi erúnt parata vérba: huic homini vérbera.
Quaprópter haec res ne útiquam negleotu ést mihi.
Sed istúnc exora, ut suam ésse adsimulet. *Clin.* **Scílicet**
Faotúrum me esse: in eúm res redíit iám locum,
Ut sít necesse. *Clit.* **Amo te mérito, Clínia.**

V. 118. ante Bentl. erat *iam res rediit.* Illud unus de codd. Bentl. habet.

---

eum proximus ardet, intelligitur sic, tibi imminet periculum proxime ardente te vicino pariete. Vel, negotium de incendio parietis vicini ad te pertinet. Nam *res* in eo dicendi genere capitur pro negotio. Praeterea haec particula *quaesi* hic capitur ironice, ut saepe, praecipue cum iungitur cum *vero*, etiam sine *vero*. Exemplorum plena sunt omnia. — 115. *Huic homini verbera.*] Amabant veteres de proximo similia dicere. *Cicero, Minus earum putavit, sive de armario, quam de sacrario fuisset ablatum. Homini huic.*] Δεικτικῶς haec dixit, se ipsum ostendens. **Homini huic.*] Id est, mihi. Nam *hic* dicitur de persona loquentis; *iste* de persona audientis; *ille* de persona remota ab utroque. — *116. *Haec res.*] Immo est maxime mihi curae; nam res mea agitur, et in ea periculum mihi com-

---

cutio fluxit e iudiciis, ubi, quam diu *res agitur* vel lis pendet, periculum est ne quis causa cadat. Hor. Epist. I. 18. 84. *Nam tua res agitur paries cum proximus ardet.* Senec. de Clement. I. 20. *Et appareat, non minus agi rem periclitantis quam iudicis.*]

115. *Tibi erunt parata verba: huic homini verbera.*] Similis sententia est Phorm. I. 4. 42. Cicero, Off. I. 25. *Ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne appellentur quidem.* Dicens autem *huic homini*, se ipsum indigitat. Ita And. II. 1. 10. Adelph. V. 7. 8.

117. *Scilicet facturum me esse.*] Sensus est, q. d. *Scire licet, me facturum esse.* Infra IV. 8, 16. Plaut. Pseud. IV. 7. 88. *Scilicet solitum esse.* Lucretius, II. 468. *Scilicet esse globosa.* Eandem rationem habet *videlicet.* Plautus, Stich. IV. 1. 51. Videlicet *fuisse illum nequam adolescentem.* [Plura Gronov. Observatt. III. 9. et Schulting. ad Seneo. Suas. V. p. 40.]

118. *In eum iam res rediit locum.*] H. e. statum. Quo sensu *locus* usurpatur Adelph. III. 2. 46. Phorm. I. 8. 23. III. 1. 19. V. 7. 86. Eodem autem sensu dixit Phorm. I. 2. 5. *Adeo res redit.* Plautus, Bacchid. II. 2. 24. *In eum nunc haec revenit res locum.*

119. *Amo te merito.*] Formula gratias agentis. Vide Eun. I. 2. 106.

Clin. Verum illa ne quid títubet. *Sy.* Perdoctá 'st probe.
Clin. At hóc demiror, quí tam facile pótueris
Persuádere illi, quaé solet quos spérnere!
Sy. In témpore ad eam véni, quod rerum ómnium est
Primúm. nam quémdam mísere offendi míliten
Eius nóctem orantem: haec árte tractabát virum,
Ut fílius animum cúpidum inopia incénderet:

V. 124. Bentl. ex codd. suis: *nam miserum quendam off. ibi m.* i. e. parcum, tenacem.

---

mune tecum impendet. — 120. *Ne illa quid titubet.*] Subaudi, *timeo*. *Titubare*-proprie est pedibus non valentibus insistere, quales sunt ebrii. Ad animum quoque transfertur, quoties ab animo verba dissentiunt. Veretur igitur Clitipho, ne quid temere effundat, quo se indicet. * *Perdocta 'st probe.*] Aut *per* poëtice abundat, aut *probe*. — 122. *Quae solet quos spernere!*] Quos, id est, amatores. *Virg. Quos ego sum toties iam dedignata maritos.* — 124. *Miserum quendam offendi.*] Recte *miserum* dixit, ut ostenderet non admissum, arte scilicet meretricis. — 126. *Inopia.*] Scilicet sui. *Ovidius, Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata.*—

---

120. *Titubet.*] Proprie de pedibus vacillantibus dicitur. Phaedrus, IV. 14. 10. *Sero domum est reversus*, titubanti *pede*. Sed h. l. de lingua usurpatur. Ita Plautus, Pseud. IV. 1. 32. *Ad vide ne* titubes. Hinc de quovis errore adhibetur. Cicero, Fam. XII. 10. *Sin quid* titubatum, *ut fit in bello, exercitu tuo niteremur.* — *Perdocta.*] H. e. fallaciis instructa. Ita Hec. II. 1. 6. Plautus, Epid. III. 2. 37. *Quae senex duo* docta *ludificetur.*

122. *Quos.*] Emphasin habet haec vox, notans quales, quam insignes. Ita Eun. I. 1. 21. et III. 5. 42.

123. *In tempore.*] H. e. tempestive. Eodem sensu dixit And. IV. 4. 44. Cicero, Catil. I. 6. *Nihil agis, nihil assequeris, nihil moliris, quod mihi latere valeat* in tempore. [Plura Drakenb. ad Liv. VIII. 7, 5. Graev. ad Cic. de Offic. I. 40. Heins. ad Ovid. Epist. IV. 109. Ruhnk. ad Rutil. Lup. p. 4. G. St.]

125. *Eius noctem orantem.*] H. e. concubitum. Plautus, Asin. III. 3. 146. Noctem *huius et coenam ut sibi dares.* Cicero, Att. I. 16. Noctes *certarum mulierum.* Ovidius, Amor. I. 10. 47. *Parcite, formosae, pretium pro nocte pacisci.* Rem. Am. II. 303. — *Arte tractabat virum.*] Ovidius, Heroid. XVII. 141. *Sum rudis ad Veneris furtum, nullaque fidelem, Di mihi sunt testes*, lusimus arte virum.

126. *Incenderet.*] Virgilius, Aen. IV. 360. *Desine meque*

Eadémque ut esset ápud te hoc quam gratissimum.
Sed héus tu! vide sis, né quid imprudéns ruas:
Patrém novisti, ad hás res quam sit pérspicax:
Ego te autem novi, quam ésse soleas impotens:
Invérsa verba, evérsas cervicés tuas,

*128. *Heus!*] Hic *heus* admonentis. — *130. *Impotens.*] *Impotens* est suorum appetituum minime moderator. Nam is *impotens* dicitur, qui suis affectibus ac animi passionibus non potest modum adhibere, ac eas cohibere, sed ab illis victus trahitur quocumque ferant et rapiant eum. — 131. *Inversa verba.*] Omnia ponit, quae ab amante vecorde fieri solent. *Inversa verba.*] Id est verba praepostere et in contrarium pronunciata. Est enim *invertere* quasi in contrarium vertere, et praepostere verba pronunciare: ut pro lavo vola. *Eversas cervices.*] *Cervix* seu *cervices* posterior pars colli, ubi origo est omnibus nervis; unde homo *durae cervicis* dicitur quasi indomabilis, et quasi duri capitis, et durae mentis. *Eversas cervices.*] Contrarium est, *erectae cervices.* Et significat illum flecti et domari ab amica. *Cervices* numero multitudinis dixit Quinctilianus: *Cervicem videtur Hortensius primus dixisse. Nam veteres pluraliter appellant.* *Eversas.*] Cervix enim est posterior pars colli. Ponitur pro superbia seu contumacia quadam ac rigore mentis, ut, vir *durae cervicis*, i. e. indomabilis, et mentis rigorem prae se ferens, tanquam nemini caput inclinare velit. *Evertere* interdum significat destruere, ut, evertere urbem, i. e. destruere, et eam demoliri ac dissipare, ac etiam subvertere. Interdum *evertere* significat prosternere, et facere, ut, quod stabat, nunc prostratum iaceat. Et ab hac significatione manavit praecedens; nam evertitur urbs, cum moenia, quae prius stabant, diruuntur. Item mulier quaerens drachmam evertit totam domum, i. e. inquirendo illam omnia quae in domo sunt, ia-

tuis incendere, *teque querelis.* [*Cupidum.* Haec vox proprie dicitur de amantibus libidine incensis. Tibull. I. 10. 58. *Et pateat cupidis semper aperta domus.* ubi plura Broukhus. Phorm. I. 3. 6. *nec me cupidum eo impulisset.* — *Inopia* est negatio petitae noctis et opponitur *copiae*, quam sui facit meretrix. Eo sensu *inopia* vix alibi reperitur.]

[127. *Eadem* i. e. simul, subintelligitur *opera.* Plaut. Bacch. I. 1. 15. *Eadem biberis, eadem dedero tibi, ubi biberis, suvium.* ubi vid. Gronovius. Aliis locis in *eadem* subintelligitur *via* et pro obiter dicitur. Vox *obiter* argentea demum aetate usurpari coepit. Vid. Faernus ad h. l.]

128. *Ruas.*] Non dixit, *titubes*, neque *labaris*, sed *ruas*, ut impetum temerarium adolescentis amore capti indicet. [Cic. de Off. III. 13. *emtorem pati ruere.* Vid. Ernest. Clav. Cic. v. *ruere.*]

131. *Inversa verba.*] Ita Lucretius, I. 643. Inversis *quae*

Gemitûs, screatus, tússis, risus ábstine.
Clit. **Laudábis.** ***Sy.*** **Vide sis!** ***Clit.*** **Tútemet mirábere.**
Sy. **Sed quám cito sunt cónsecutae múlieres!**
Clit. **Ubi súnt? cur retines?** ***Sy.*** **Iám nunc haec non**
ést tua. 135
Clit. **Scio; ápud patrem: at nunc ínterim.** ***Sy.*** **Ni-**
hiló magis.
Clit. **Sine.** ***Sy.*** **Nón sinam, inquam.** ***Clit.*** **Quaéso,**
paulispér. ***Sy.*** **Veto.**
Clit. **Saltém salutare.** ***Sy.*** **Abeas: si sapiás.** ***Clit.*** **Eo.**

V. 138. Faërn. et Bentl. e Bemb. et Vatic. *sapias.* Vulgo *sapis.*

---

cit huc et illuc, et a suo ordine dimovet. Item in Iure saepe dicitur. — * 132. *Screatus.*] A screo, as, are, quod significat screatus pectoris et praecordiorum eiicere ex ore. — * *Tussis.*] Id est, *tusses*, hoc est, contusiones. — 133. *Vide sis!*] Vultuose pronunciandum est. — 135. *Cur retines?*] Impatientia amantis ostenditur. Nam visa amica, Clitipho verba Syri oblivioni tradiderat. — 136. *Apud patrem.*] Observabo id quod me admonuisti. *At nunc interim.*] Ἀποσιώπησις amantis: ut sit, sine interim paulisper cum amica ludere. *Nihilo magis.*] Vult Syrus eum perpetuo modestum, ne si incepe-

---

sub verbis *latitantia cernunt.* Explicat Ovidius, Amor. III. 11. 23. *Quid iuvenum tacitos inter convivia nutus, Verbaque compositis dissimulata notis.* [*Inversa verba* sunt quae in alium sensum verti possunt. Lucret. I. 643. *Inversis quae sub verbis latitantia cernunt.* ubi vid. Lambinus.] — *Eversae cervices.*] Ovidius, Heroid. XVI. 231. *Multaque ne videam*, versa cervice, *recumbo.* Eodem sensu dixit Lucretius, I. 36. *Atque ita suspiciens tereti* cervice reposta *Pascit amore avidos, inhians in te, Dea visus.* Apuleius, Metam. VI. *Sed et scalpendi dorsi simulatione nonnunquam* obligata cervice *pedes decoros puellae basiabam.* [*Eversae cervices* pertinent ad amatorias ineptias et tribuuntur hominibus effeminatis, qui cervices modo huc modo illuc flectunt. Gesner. ad Claudian. in Rufin. II. 345.]

132. *Gemitus, screatus, tussis, risus.*] Hi accusativi pl. sunt, qui etiam reguntur a verbo *novi.* Confer cum hoc loco praecepta amicae data apud Plautum Asin. IV. 1. Locum hunc respexit Ovidius, Heroid. XVI. 227. *Saepe dedi* gemitus; *et te, lasciva, notavi, In gemitu* risum *non tenuisse meo.* [*Abstinere* aliquando etiam cum accusativo construitur. Liv. II. 16. *Ne ab obsidibus quidem iram belli hostis abstinuit.* ubi vid. Interpretes.]

Quid istic? *Sy.* Manebit. *Clit.* O hóminem felicem!
***Sy.* Ambula.**

rit, non possit se abstinere, etiam patre vidente. — 139. *Quid istic?*] *Istic*, pro iste.

ACTUS SECUNDUS.

SCENA QUARTA.

BACCHIS. ANTIPHILA. CLINIA. SYRUS.

Ba. **Aédepol, te, mea Antíphila, laudo, et fórtunatam iúdico,**
Id quum studuisti, ísti formae ut móres consimilés forent:
Mínimeque, ita me Dí ament, miror, sí te sibi quisque éxpetit.

1. *Aedepol te mea Antiphila.*] *Non potuit melius conditionem meretriciam exprimere, quam per eam quae meretrix esset: quae tamen nomini meretricio favet, cum alibi reprehendantur meretrices nihil aliud ex amore adolescentium quaerere, quam pecuniae extorsionem, hic quoque iocunda amantium congressio signantissime exprimitur. Aedepol.*] Per Castorem, et Pollucem, ornativa sunt iurandi, apta feminis. — 2. *Formae ut mores consimiles forent.*] *Mores* enim pudici gratiores esse solent in pulchro corpore. *Virgil. Gratior et pulchro veniens e corpore virtus.* — 3. *Sibi quisque expetit.*]

---

2. *Id quum studuisti.*] Ita Plautus, Mil. V. 44. *Magis metuant, minus* hastas studeant. — *Isti formae ut mores consimiles forent.*] Unde Plautus, Mostell. I. 3. 133. *Postea, nequidquam exornata est bene, si morata est male: Pulchrum ornatum turpes mores peius coeno collinunt.* Ovidius, Amor. III. 11. 42. *Non facit ad mores tam bona forma malos.* Phaedrus, III. 8. 15. *Tu formam ne corrumpas nequitiae malis: Tu faciem ut istam moribus vincas bonis.* ubi vide Interpretes, maxime Burm.

Nám mihi, quale ingénium haberes, fúit indício orátio.
'Et quum egomet nunc mécum in animo vítam tuam considero,
'Omniumque adeó vostrarum, vólgus quae abs se ségregant:
'Et vos esse istiusmodi, et nos nón esse, haud mirábile 'st.
Nam éxpedit bonás esse vobis: nós, quibuscum est res, nón sinunt.

V. 8. Bentl. *bonis.*

Recte *expetis:* cum eam a pudicitia commendet. *Expetimus* enim tantum ea, quae honesta sunt, et plane bona. Unde de rebus *expetendis* a philosophis scriptum: quae scilicet peti debent. — *Oratio.*] Quod dixeris, cum uno velle aetatem traducere. Antiqui etiam pauca verba *orationem* dixerunt. — *6. *Volgus quae abs se segregant.*] Hoc est, neque promiscue quosque recipiunt. — 8. *Nam expedit bonas esse vobis.*] Quia cum solo vivitis. Nec potest esse verus amor, nisi inter duos, qui sibi invicem fidem servant: iuxta illud, *Nec regna, nec tasdae socium pati valent.* *Ubi notanda est haec structura: *mihi expedit esse bonum*, et, *mihi expedit esse bono.*—

---

4. *Quale ingenium haberes, fuit indicio oratio.*] Id respiciens Cicero, vel quivis alius dixit orat. in Sallust. I. *Ut omnis oratio moribus consonet.*

[5. *In animo considero.* Pro eo dixit Adelph. III. 4. 55. *cum animo cogitare.* Sallust. Iug. c. 13. *Facinus suum cum animo reputans.* ubi vid. Cortius.]

6. *Volgus quae abs se segregant.*] Intelligit vulgus amatorum. Ita And. III. 4. 4. *Volgus servorum.* Hec. IV. 2. 24. *Volgus mulierum.* Ovidius, Fast. IV. 865. *Numina* vulgares *Veneris celebrate puellae.* De voce *segregant* vide ad And. I. 5. 56. [*Omnium vestrarum* dicitur pro *omnium vestrum*, possessivum pro primitivo, quod notandum ut rarissimum.]

7. *Vos esse istiusmodi.*] Attius, Antigona: *quanto mage* te istiusmodi esse *intelligo*, *Tanto*, *Antigona*, *mage me par est*, *tibi consulere et parcere.*

8. *Quibuscum est res.*] Ita Plautus, Menaechm. III. 2. 17. *quasi* res cum ea esset mihi, *Coepi assentari.* Eodem sensu dicunt, *rem habere cum muliere.* [*Expedit bonas esse vobis.* Sic Phorm. V. 2. 1. *ut maloe expediat esse.* At Bentleius hic legit *bonis* et Phorm. l. l.

Quippe forma impulsi nostra, nos amatores colunt:
Haec ubi immutata est, illi suum animum alio conferunt.
Nisi si prospectum interea aliquid est, desertae vivimus.

V. 11. *Nisi si* solus Bemb. Ceteri *si* omittunt et post *aliquid* addunt *nobis*, quod delevit Faërnus. Bentl. corr. *Nisi prospectum interea a nobis est, desertae vivimus.*

---

9. *Quippe forma impulsi.*] Et hic amor est gratia voluptatis tantum. Et bene *impulsi:* nam haec omnia, nox, vinum, amor, adolescentia, ab *impulsionis* parte dicuntur, non a ratiocinationis. *Amatores colunt.*] Bene *amatores. Amator* fingere potest: *amans* vere amat. *Colunt.*] *Colere* est inferioris personae ad superiorem: nonnunquam superioris ad inferiorem. *Virgil. Posthabita coluisse Samo.* — 11. *Nisi si prospectum.*] *Prospicimus* futura: *diiudicamus* praesentia. * *Desertae vivimus.*] Ab his, qui ob

---

malis, quae certe constructio elegantior est et optimis scriptoribus magis usitata. Vid. Heins. ad Ovid. Epist. XIV. 64. Nihil tamen mutandum. Nam quoties *licet*, *lubet*, *placet*, *expedit* et similia verba accusativis et infinitivis iunguntur, toties supprimitur dativus nominis, cuius accusativus plerumque expressus est, isque, ut integra sit oratio et structura verborum constet, supplendus. Ita ex. gr. h. l. integra oratio est: *vobis expedit vos esse bonas.* De hac constructione accuratissime disputavit Duker. ad Liv. XLII. 36. 6. *Bonas* vocat, quae nullam pro concubitu mercedem exigunt. Tibull. II. 4. 45. *At bona, quae nec avara fuit.* ubi vid. Broukhus. Supra II. 2. 4. *mater mala* pro avara.]

9. *Forma impulsi nostra nos amatores colunt.*] Lucilius, apud Gell. IX. 14. *Qui te diligit, aetati facieque tuae se Fautorem ostendat, fore amicum polliceatur.* Iuvenalis, VI. 142. *Si verum excutias, facies, non uxor amatur.* [*Colunt* i. e. observant, omni officiorum genere prosequuntur. Minus est *colere* quam *amare.* Virg. Aen. IV. 422. *Solam nam perfidus ille Te colere.* Ovid. Art. Am. I. 722. *Qui fuerat cultor, factus amator eras.* Vid. Burmann. ad Petron. c. 127. p. 607.]

10. *Haec ubi immutata est.*] Videtur locus expressus e Plauto, Most. I. 3. 43. *Nihilo ego, quam nunc tu, amata sum, atque uni modo gessi morem; Qui pol me, ubi aetate hoc caput colorem commutavit, Reliquit, deseruitque me.* — *Animum alio conferunt.*] Ita dixit, uti Hec. I. 2. 94. *huc transtulit amorem.*

Vóbis cum uno sémel ubi aetatem ágere decretúm 'st viro,
Cuíus mos maxumé 'st consimilis vóstrum; hi se ad vos ápplicant.
Hóc beneficio utríque ab utrisque véro devincimini;
'Ut numquam ulla amóri vestro incídere possit cálamitas.
An. **Néscio alias: mé quidem semper scío fecisse sédulo,**

V. 12. Bentl. post *viro* gravius, post *vostrum* lenius interpungit.

---

amorem frequentes erant. — *13. *Consimilis vostrum.*] Moribus vestrum, pro, moribus vestris. Sic enim antiquis loqui placuit, *mores vestrum*, pro, *mores vestri*, ut recentioribus placet. — *14. *Hoc beneficio utrique ab utrisque vero devincimini.*] Quasi diceret, si ambo obligatis vos mutuo beneficio intemeratae fidei servandae. Et hoc dictum est illi simile: *Uterque utrique sunt cordi.* Ubi Laurentius affirmat, ab oratoribus potius esse dicendum, *Uterque alteri est cordi.* — 15. *Incidere possit calamitas.*] In Eunucho, *Nostri fundi calamitas.* Proprie *calamitatem* rustici grandinem dicunt, quod comminuat calamum, hoc est, culmum ac segetem. — 16. *Nescio alias.*] Verba mulieris commendantis se a fide in virum.

---

12. *Cum uno semel aetatem agere.*] Ita Plautus, Cistell. I. 1. 80. *Matronae magis conducibile est istuc, mea Silenium*, Unum *amare, et cum eo* aetatem exigere, *quoi nupta est* semel. Horatius, Carm. III. 14. 5. Unico *gaudens mulier* marito. Ovidius, Arte Am. I. 328. *O quantum est*, uni *posse placere* viro. De emphasi particulae *semel* vide supra, I. 2. 34.

13. *Mos consimilis.*] Id *par ingenium* vocat Hec. I. 2. 94. — *Hi se ad vos applicant.*] Enallage numeri est, qualis Eun. Prol. 3. De usu vocis *adplicant* vide ad And. V. 4. 21.

14. *Utrique ab utrisque.*] H. e. alter ab altero, vicissim, mutuo amore. Ita Phorm. V. 3. 17. *Vero* q. d. revera.

15. *Incidere.*] Haec vox usurpatur de malis et damnis, quae subito contingunt. Ita Adelph. IV. 4. 5. Propertius, I. 15. 28. *Si quid forte tibi durius* inciderit.

16. *Nescio alias.*] H. e. quid aliae agant, nescio. Ita infra V. 4. 15. *Deos nescio.* i. e. quid Dii sint facturi, ignoro. — *Fecisse sedulo.*] Ita And. III. 4. 18. IV. 1. 56. Eun. II. 3. 70. Supra, I. 1. 174. Adelph. I. 1. 25. ubi vide Donatum.

'Ut ex illius cómmodo meum cómpararem cómmodum.
Cl. Ah!
Ergó, mea Antiphila, tú nunc sola réducem me in patriám facis:
Nam dum ábs te absum, omnes mihi labores fuére, quos cepí, leves;
Praetérquam, tui caréndum quod erat. *Sy.* Crédo.
Cl. Syre, vix súffero.
Hoccíne me miserum nón licere meó modo ingeniúm frui!
Sy. Immo, út patrem tuum vídi esse habitum, díu etiam durás dabit.

V. 22. Bentl. corr. *vidi*, *partes diu etiam duras dabit.* Nam *ha-*

— *17. *Comparārem.*] Constituerem, ut alibi: *Quam inique comparatum est. Ah!*] Clamosa interiectio hoc in loco ad gaudium spectat. Nec potuit vox accommodatior dari, amatori prae nimio amore fere insanienti ad primum cum amica congressum. — *18. *Reducem.*] Id est, incolumen, post varia pericula, quae subii eundo in Asiam, et redeundo. Nam ut Servius inquit, *reduces* dicuntur proprie, qui pericula evadunt. Facis itaque me *reducem*, i. e. defunctum periculis revertentem in patriam. — 20. *Credo.*] Syrus non se loco moverat, respondet verbis Clitiphonis, quicum loquebatur, ut eum aliquo ambulatum abire cogeret. *Vix suffero.*] *Vix* difficultatem significat. Et aliquando pro *non* ponitur. *Ovid. Vix Priamus tanti, totaque Troia fuit. Lucilius, Carcer vix carcere dignus. Suffero.*] Sustineo, alias suppono. — 22. *Immo, ut patrem tuum vidi*

17. *Ut ex illius commodo meum comparārem commodum.*] Vide ad And. IV. 1. 3.

18. *Reducem me in patriam facis.*] Locus expressus e Plauti Captivis, V. 1. 1. seqq. Dicuntur autem *reduces* proprie, qui pericula evaserunt et salvi domum redierunt. Vide Servium ad Virg. Aen. I. 401. Ita Hec. V. 9. 12. Plautus, Trin. IV. 1. 4. *Quum suis me ex locis* in patriam *urbisque moenia* reducem faciunt.

19. *Labores, quos cepi.*] Vide And. V. 2. 29.

20. *Vix suffero.*] Subaudi, desiderium absentis Antiphilae. Ceterum *tui carendum* Laevius ap. Gell. N. A. XIX. 7. *Tui carendum est.*

21. *Ingenium.*] Intelligit ipsam Antiphilam. Ita Pamphilus de Glycerio, And. I. 5. 40.

22. *Habitum.*] H. e. se habentem. Ita Eun. IV. 2. 6. —

Ba. Quisnam hic adolescens est, qui intuitur nos?
An. Ah! retine me, obsecro.
Ba. Amabo, quid tibi est? *An.* Disperii! perii misera! *Ba.* Quid stupes,
Antiphila? *An.* Videon' Cliniam, an non? *Ba.* Quem vides? *Cl.* Salve, anime mi. 25
An. O mi exspectate Clinia, salve. *Cl.* 'Ut vales?

bitum esse valentem, diu victurum, corpulentum, quod in Menedemum non conveniat. Quid vero, si *habitum* paullo aliter intelligamus?

V. 26. Bentl. ex codd. suis *Clinia* addidit, vulgo temere omissum.

---

esse habitum.] Cum non possit per se Syrus Clitiphonem abigere, ad minas patris confugit, quem fingit iratum. *Vidi esse habitum.*] Vario modo homines *habiti* atque affecti esse possunt: quibus secundum Academicos aliud atque aliud videtur. *Etiam duras dabit.*] Subintelligendum est vel *lites* vel *partes*. In Eunucho, *Duras partes fratris praedicas*. Et *partes duras* μεταφορικῶς ab actoribus scenicis. *Vel, *Duras dabit*, hoc est, durum se praebebit. Vel absolute *duras*, ut dicimus *bonas* ei dedit, vel dabit poenas. Cic. *Quamprimum adveniens dedit.* — *23. *Intuitur nos.*] Ab eo, quod est intueor, intuetur, et intuor intuitur. *Ah! retine me.*] Antiphilae prae nimia laetitia, viso Clinia, animo male esse coepit. Nam ut animus una cum corpore nonnunquam deficit nimio moerore, sic et interdum nimio gaudio. — 25. *Videon' Cliniam, an non?*] Tanta laetitia erat Antiphilae, ut etsi amatorem agnosceret, de eo tamen dubitaret. — 26. *Anime mi.*] Mollis oratio, et foeminea,

---

Duras dabit.] Subaudi, *vices* vel *partes*. Ita Eun. II. 3. 62. Phorm. I. 2. 23. Possit et *plagas* intelligi, ut metaphora sit a pugilibus desumta.

23. *Intuitur.*] Ad eandem formam dixit Plautus, Mostell. III. 2. 150. *Nullam equidem illic cornicem* intuor. Lucretius, IV. 38. *in somnis cum saepe figuras* Contuimur *miras*. — *Retine me.*] Ad primum conspectum Cliniae videtur animo linqui, et vix consistere pedibus. Ita Curculio, cui genua succidebant inedia, apud Plautum, Curc. II. 3. 31. *Retine, retine me, obsecro.* Ovidius, Heroid. II. 130. *Linquor, et ancillis excipienda cado.*

24. *Quid tibi est?*] Formula rogandi eum, cuius vultum et statum subito mutari videmus, seu metu, seu alio affectu. Ita Plaut. Curc. II. 3. 30. Cas. III. 5. 10. quid tibi est, *quod timidus es?* — *Stupes.*] Vide ad And. II. 1. 4.

An. Salvum ádvenisse gaúdeo. *Cl.* Tenéone te,
Antíphila, maxume ánimo exoptátum meo?
Sy. Ite íntro: nam vos iámdudum expectát senex.

V. 28. libri *exoptata*, quod correxit Faërnus.

---

multis implicata blandimentis. *Mi* vim blandimenti habet; nam significat *meus*. *Clinia, salve.*] Illa ad maiorem gratiam amantem proprio nomine appellavit. *Salve*, modo admirantis interiectio est. — 27. *Teneone te?*] Prae nimio amicae desiderio cum dubitatione loquitur. Sunt qui legant, *teneone te;* ut referatur ad fidem, ita ut dubitet, an a se alienata sit, an in fide persistat.

---

27. *Salvum advenisse gaudeo.*] Formula adventum gratulandi. Ita Eun. V. 6. 6. Adelph. I. 1. 55. et passim alibi. — *Teneone te?*] Ita solebant amici peregre redeuntes, seseque amplexantes. Plautus, Rud. I. 4. 4. *Tu facis me quidem, ut vivere nunc velim, Quando mihi te licet tangere. Ut vix mihi Credo ego hoc*, te tenere! *obsecro amplectere.* [Cfr. Intpp. ad Suet. Caes. c. 59. ad Petron. c. 139. ad Tibull. II. 5, 91.]

ACTUS TERTIUS.

SCENA PRIMA.

CHREMES. MENEDEMUS.

Ch. Lucíscit hoc iam: césso pultare óstium

1. *Lucescit.*] *Veri amici officium pulcherrime a Terentio in hac scena exprimitur: in qua amicus amico simul, et gaudii insperati, maximo cum affectu, nuntium, et consilium affert. Cesso.*] Aliquis cessare dicitur, id est, tardare ad aliquid celeriter peragendum. *Virgi-*

---

1. *Luciscit hoc iam.*] Expressum e Plauto, Amph. I. 3. 45. *Eamus, Amphitruo;* luciscit hoc iam. Coelum vero quaquaversum in-

Vicíni? primum ex me út sciat sibi fílium
Redísse; etsi adolescéntem hoc nollè intélligo.
Verúm quum videam misérum hunc tam excruciárier
Eius ábitu; celem tam ínsperatum gaúdium,
Cum illí pericli níhil ex indició siet?
Haud fáciam: nam quod pótero, adiutabó senem;
Ita út filium meum amíco, atque aequalí suo
Video ínservire, et sócium esse in negótiis:
Nos quóque senes est aéquom senibus óbsequi.
Me. Aut égo profecto ingénio egregie ad míserias

V. 8. B. *item ut* pro *ita ut*, ex cod. Bemb. et Victor.

V. 11. Bentl. *miseriam*. Pluralem habet Bemb.

---

lius, *Cessas in vota precesque*. *Cessat* desidiosus: requiescit defessus. — 4. *Miserum hunc.*] Cum affectu, nam proprium veri est amici laetari rebus prosperis amici, et dolere adversis. — *6. *Cum illi.*] Deest, praesertim. *Ex indicio.*] *Indicium* proprie est oris et linguae. — *7. *Nam quod potero.*] *Quod* pro quantum. *Senem.*] Plus habet affectus, quam si diceret, *Menedemum*. — 10. *Nos quoque senes est aequom senibus obsequi.*] Iuxta illud proverbium usitatissimum, *Pares cum paribus facillime congregantur*. Naturaliter enim adolescentes adolescentibus, senes vero senibus potius inserviunt et obsequuntur. — 11. *Aut ego profecto.*] Id est, ex his duobus necesse est alterum tantum esse verum, sed senex ex nimio filii desiderio dubitat de eo, quod omnibus approbatissimum est. *Ingenio.*] Hoc est, natura. *Ingenium* naturalis est sapientia.

---

tuentes dicebant *hoc*. Pacuvius apud Cic. Nat. Deor. II. 36. Hoc, *quod memoro*, *nostri coelum*, *Graii perhibent aethera*. Ennius, ex emendatione Iani Gulielmii: *Qui*, *quod in me est*, *exsecrabor* hoc, *quod lucet*, *quidquid est*. Idem poëta alibi plenius *Hoc sublime candens* vocat. Vide Comment. maiorem.

7. *Quod potero.*] Vide ad Eun. II. 1. 8.

8. *Aequali suo.*] Vide ad And. II. 6. 22.

10. *Senes est aequum senibus obsequi.*] Ita Plautus, Bacchid. Prol. 30. *Aequom 'st*, *si pater obsequitur patri*.

11. *Egregie.*] H. e. praeter ceteros: Vide And. I. 1. 31. — *Ad miseriam natus sum.*] Eodem sensu dicitur quis *natus in rem*, cui peculiari modo est accommodatus. Horatius, Carm. I. 27. 1.

Natús sum: aut illud fálsum est, quod vulgo audio.
Dici, diem adimere aégritudinem hóminibus.
Nam mihi quidem cotidie augescit magis
De filio aegritúdo: et quanto diútius
Abést, magis cupio tánto, et magis desídero.
Ch. Sed ipsúm foras egréssum video: ibo, álloquar.
Menedéme, salve: núntium apportó tibi,
Cuius máxume te fieri participém cupis.
Me. Num quídnam de gnató meo audisti, Chreme?

V. 13. ne *diem* accentu careat, Bentl. totum locum sic scribendum suspicatur: *Aut ego profecto ingenio egregio ad miseriam | Sum, aut illud falsumst, vulgo quod dici audio, Diem tandem adimere aegritudinem omnibus.*

Sallust. in Catilin. *Ingenium nemo sine corpore exercebat. Ingenio* quoque veteres dixerunt pro sua sponte vel natura. *Virg.* Georgic. libro 2. *Nunc locus arvorum ingeniis: quae robora cuique.* — *Egregie ad miseriam.*] *Egregium* dicitur, quod ex grege eligitur. Sed hic *egregie*, valde, nimis; non est ergo ad laudem positum. — 13. *Diem adimere aegritudinem hominibus.*] *Servius Sulpicius* ad Ciceronem, *Nullus dolor est, quem non longinquitas temporis minuat atque molliat.* — 18. *Nuntium apporto tibi.*] *Nuntius* et res ipsa et *nuntius* dicitur. — 19. *Cuius maxume.*] Bene *maxume*, quis enim nuntius illi gratior esse poterat, quam filii? — 20. *Num quidnam de gnato meo.*] Quia omnis illius sollicitudo circa filium erat, idcirco statim de eo suspicatus est, nondum facta

---

Natis in usum *laetitiae scyphis.* Aliter et cum dativo Adelph. IV. 2. 6. Est autem *ingenio natus* quasi a natura factus. Ita Ennius: *eo ego* ingenio Natus *sum*, *amicitiam atque inimicitiam in fronte promtam gero.*

13. *Diem adimere aegritudinem hominibus.*] Eandem sententiam varie extulerant Graeci et Romani. Cicero, Tusc. III. 16. *Est enim tarda illa quidem medicina, sed tamen magna, quam adfert longinquitas et dies.*

14. *Mihi cotidie augescit aegritudo.*] Cicero, Att. III. 15. *Dies autem non modo non levat luctum hunc, sed etiam* auget: *nam ceteri dolores mitigantur vetustate; hic non potest non et sensu praesentis miseriae, et recordatione praeteritae vitae* quotidie augeri. Ut autem dixit, *mihi augescit*, ita Virgilius, Ecl. X. 73. *Gallo, cuius amor tantum* mihi crescit *in horas.*

18. *Nuntium adporto tibi.*] Vide ad And. I. 1. 46.

Ch. Valet átque vivit. *Me.* Ubinam est, quaeso?
Ch. Apud mé domi.
Me. Meus gnátus? *Ch.* Sic est. *Me.* Vénit! *Ch.* Certe. *Me.* Clínia
Meus vénit? *Ch.* Dixi. *Me.* Eámus: duc me ad eum, óbsecro.
Ch. Non vúlt te scire sé rediisse etiam, ét tuum
Conspéctum fugitat, própter peccatum: [tum] héc timet,
Ne túa duritia antíqua illa etiam adaúcta sit.
Me. Non tu eí dixisti, ut éssem? *Ch.* Non. *Me.* Quamobrém, Chreme?

V. 21. Bentl. *Apud me hic domi.* Codd. eius *Hic apud me domi.*
V. 25. Bentl. cum Faërn. *tum* delevit, metro postulante.

---

mentione. — 21. *Valet atque vivit.*] Prothysteron in sensu est. Si enim *valet*, necessario *vivit*: non si vivit, valet. Ergo *vivit et valet* dicendum erat. Et bene utrumque iunxit: nam multi vivunt, sed non bene valent. — 22. *Meus gnatus!*] Magis cum admiratione quam cum interrogatione legendum. *Clinia meus venit!*] Addidit et nomen: quod fieri consuevit in his quos diu optavimus, et nondum venisse credimus. — 23. *Dixi.*] Denunciatio est confirmandae sententiae, nec mutandae, translata de foro et causidicis. *Cicero: Praeco Dixisse pronunciat. Dixi.*] Hoc verbum, in fine additum, superiora confirmat. Et est proprium his qui peroraverint causam. **Quinctilianus: Dixere quoque, quanquam id Antonius Rufus ex diverso ponit exemplum, de pluribus patronis praeco pronuncies. Dixi.*] Sic dixit, quasi iam obtunderetur a Menedemo. — 24. *Et tuum conspectum fugitat.*] Plus est quam *fugit*. Et *fugitat* dixit, ut ostenderet filium vehementer timere. — 27. *Non*

---

21. *Valet atque vivit.*] Ita Plautus, Bacchid. II. 2. 14. *Vivit recte et valet.* Utrumque autem iungitur, quia teste Martiale, VI. 70. 15. *Non est vivere, sed valere vita.* Est autem in sequentibus Menedemi verbis quaedam κολακεία species, sed quae affectum laeti patris egregie exprimit. Locus expressus e Planto, Capt. IV. 2. 92. seqq. ubi simile est argumentum filii reducis ex Asia et bello.

24. *Tuum conspectum fugitat.*] Plautus, Capt. III. 9. 13. *Edepol minime miror, si te* fugitat, *aut* oculos *tuos.*

27. *Ut essem.*] H. e. qualis, et quomodo in eum affectus. Vide ad And. V. 4. 16.

Ch. Quia pessime istec in te atque in illum cónsulis,
Si té tam leni et victo animo esse osténderis.
Me. Non pósum: satis iam, sátis pater durús fui.
Ch. Ah!
Veheméns in utramque partem, Menedeme, es nimis,
Aut lárgitate nímia, aut parsimónia.
In eándem fraudem ex hác re atque ex illa íncidés.
Primum; ólim potius, quám paterere fílium
Commétare ad muliérculam, quae paúlulo

V. 29. Bentl. ex codd. *et victo esse animo*, ne *animo* in thesi delitescat.

V. 31. Bentl. da suo: *utramque in partem*, ut meliores numeri fierent.

V. 35. Bentl. pro vulg. *Commeare* corr. *Commetare*, ut versus integer

---

tu ei dixti, ut essem?] *Ut* aliquando certam qualitatem significat, et nonnunquam incertam. Alibi, *Ut erat gesta.* — 28. *Quia pessume istoc.*] Consilium et parentibus omnibus et filiis salubre: patres enim nimia largitate et clementia liberos corrumpunt. Illi vero, nimia licentia deteriores facti, patribus moerori, sibi vero detrimento sunt. — 30. *Non possum.*] Hoc est animi victi et clementis. Interdum ad nimiam indignationem spectat, ut illud Satyrici, *Non possum ferre, Quirites, Graecam urbem.* **Satis iam, satis.*] Haec reduplicatio magnam habet vehementiam. *Ah! vehemens.*] Bene dixit *vehemens*, de eo qui non servaret modum. *Ve* enim particula, sicuti quaedam aliae, tum intensionem, tum minutionem significat. Ergo *vehemens* a *mentis vi* atque impetu dicitur. — 33. *In eandem fraudem.*] *Fraus* pro dolo et poena ab antiquis accipiebatur. — 35. *Mulierculam.*] Minus est quam si diceret

---

28. *In illum consulis.*] Bene vel male *consulere alicui* est non tantum capere, sed et exsequi consilium, quod alteri vel prosit, vel obsit; sed *consulere in aliquem* fere in deteriorem partem sumitur. Sallustius, Iug. 13. *Singulos ex Senatu ambiundo nitebantur, ne* gravius in eum consuleretur.

29. *Victo animo.*] H. e. prae nimia indulgentia de iure tuo concedente. Ita Hec. I. 2. 93. II. 2. 2.

33. *In eandem fraudem incides.*] H. e. in idem damnum. Vide ad And. V. 9. 8.

[35. *Commeare ad mulierculam* i. e. saepe ire domo et redire ad illam. Hec. I. 2. 100. *Huc raro in urbem commeat.* Lactant. III. 15.

Tum erát contenta, cúique erant grata ómnia,
Protérruisti hinc. éa coacta ingrátiis
Postílla coepit víctum volgo quaérere.
Nunc cám sine magno intértrimento nón potest
Habéri, quidvis dáre cupis. nam, ut tú scias, 40

sit. Legitur *commetare* ap. Plaut. Capt. I. 2, 82. Memorat etiam *Nonius Marcellus* s. v. Accentus sic refectus est Adelph. I. 1, 8. *pótare*. I. 2, 44. *péteare*, III. 4, 44. *eláuare*. Hecyr. III. 3, 42. *sérvare*. Phorm. II. 1, 5. *accúsare*. III. 2, 27. *exórare*. al.

---

aut *mulierem*, aut *meretricem*, utpote quae erat contenta parvo. †Et *mulierc u l a* dicitur cum contemtu, quasi paupercula. 37. *Coacta ingratiis.*] Hoc est, invita. Et bene *coacta* et *ingratiis*. Nam aliquis *ingratiis* dicitur aliquid facere, qui invitus et coactus praeter voluntatem facit. — 38. *Postilla coepit victum volgo quaerere.*] Sic in Andria, *Lana ac tela victum quaeritans*. Et recte *victum* et non *cibum* protulit. *Cibus* est enim, qui delicatis praebetur: *victus* in parvis aridisque alimoniis est constitutus. *Virgil. Victum infelicem, baccas lapidosaque corna. Postilla.*] Antiquum est: nos autem dicimus *postea*. *Quaerere.*] Melius dixisset *quaeritare*. *Quaerit* enim, qui ad plenum et perpetuum reponit: *quaeritat*, qui vix quotidie inquirendo victum invenit. — 39. *Sine magno intertrimento.*] Id est, damno. *Detrimentum*, secundum Varronem, a detritu dicitur: quod ea quae trita sunt, minoris pretii sint. *Intertrimentum* ab eo quod duo quae inter se trita et diminuta. A quo etiam *intertrigo* dicta. — 40. *Quidvis dare cupis.*] Et

---

Quo animo philosophus ad meretricem famosissimam commearet. Bentleius ad h. l. et ad Horat. Serm. II. 5. 79. ex metri rationibus reponit frequentativum *commetare*. Vulgatum tuetur Burmann. ad Sueton. Claud. c. 18.]

37. *Proterruisti hinc.*] H. e. minis et terrore propulisti. Ita Plautus, Trin. III. 2. 77. *Mea opera* hinc proterritum *te*, *meaque avaritia autument*. Virgilius, Aen. XII. 291. *Adverso* proterret *equo*. ubi v. Burm.

39. *Intertrimento.*] Quidquid ex metallis conflatis vel poliendo affabre factis perit, *intertrimentum* proprie dicitur. Livius, XXXII. 2. de argento: *Id quia probum non esse quaestores renunciaverant, experientibusque pars quarta decocta erat, pecunia Romae matua sumta*, intertrimentum *suppleverunt*. Hinc pro quovis detrimento et damno ponitur. Cicero, Verr. Lib. I. cap. 60. *Cum in eo sine ulle in-*

Quam ea nunc instructa pulchre ad perniciém siet:
Primúm, iam ancillas sécum adduxit plús decem,
Onerátas veste atque auro. Satrapa si siet
Amátor, nunquam súfferre eius sumtús queat,
Nedúm tu possis. *Me.* 'Estne ea intus? *Ch.* Sit rogas?
Sensi. namque unam eji coénam atque eius cómitibus
Dedi; quod si iterum mihi sit danda, actúm siet.

V. 43. vulgo *Satrapes*, quod corr. Bentl. ex uno cod. antiquissimo.

---

hoc est nimiae largitatis. — *41. *Nunc.*] Pro *multo*, alias pro *minimo* est, et sic dixit quod supra *vehemens in utramque partem*. Ergo accipi potest pro qualitate sententiae. — 42. *Primum, iam ancillas.*] Et hoc est signum, illam probe instructam ad expilandum amatores. **Plus decem.*] Dixit, quemadmodum dicimus, *magis decem*, in quibus *magis* et *plus* sunt adverbia. Solemus tamen saepius apponere *quam*, ut, *adduxit secum plus quam decem.* Verum auctorum usus semper est sequendus. — 43. *Satrapes.*] *Satrapes* a Graecis provinciae praefectus dicitur. — 45. *Nedum tu possis.*] *Nedum* hoc loco negative ponitur: ut, *Non crederem tibi obolum, nedum pro te effunderem sanguinem.* Iam Chremes Bacchidem credit Cliniae esse amicam. Et observa Terentianam consuetudinem, qui inducit nihil sapere eos qui falluntur. *Est argumentum a maiori ad minus; nam si non possit maior, idem nec minor. — 46. *Sensi.*] Hoc cum dolore dicere solemus in his, in quibus detrimentum ingens passi sumus. — 47. *Actum siet.*] *Actum est*

---

tertrimento *convenere iam, quemadmodum traderetur.* — *Non posset haberi.*] Vide ad And. I. 1. 58.

41. *Instructa ad perniciem.*] Ita Hec. II. 1. 6. *doctae ad malitiam.* Plautus, Bacchid. III. 1. 6. *Omnis* ad perniciem instructa *domus opime atque opipare.* Livius, I. 54. *Et dictis factisque* ad fallendum instructis.

43. *Satrapes si siet.*] Σατράπης vox Persica est, notans praesidem provinciae. Hi vero opulentissimi erant, et quasi reguli in oriente. Ita Cicero Fam. XI. 10. *Non, si Varronis thesauros haberem, subsistere sumtui possem.*

46. *Unam ei coenam, atque eius comitibus dedi.*] Cicero, Fam. IX. 20. *Etiam Hirtio* coenam dedi *sine pavone.*

47. *Actum siet.*] Plautus, Poen. I. 1. 83. *Actum hodie de me est.*

Nam ut ália omittam, pytisando módo mihi
Quid víni absumsit! sic hoc, dicens: 'Asperum,
Pater, hóc est; aliud lénius sodés vide. 50
Relévi dolia ómnia, omnes sérias;

V. 48. Bentl. e Bemb. *pytisando.*

---

dicitur de ea re, de qua iam lata sit sententia; et est verbum desperantis. — 48. *Pytisando modo.*] Bene *pytissando.* Nam *pytissare* proprie est parce vinum gustare, quasi tentandi gratia. Tale est verbum quo Plautus utitur, *cyathisso*, tale est et *graecisso. Pytissando*, id est, expressis labris exspuendo, dum saporem vini probat. — 49. *Sic hoc dicens, asperum.*] Id est austerum. Secundum *Plinium* tria vini sunt genera, *austerum*, *dulce*, et *tenue.* — 51. *Relevi dolia.*] Ut inquit *Plinius*, *In Italia resina vino condendo maxime probatur Bruttia: circa Alpes ligneis vasis condunt, circulisque cingunt. Picantur autem protinus a cane ortu: dehinc perfunduntur marina aqua aut salsa, ac levi cinere sarmenti asperguntur. Dum igitur vina aperiuntur, dolia relinuntur.* **Relevi.*] Id est, perforavi, quae perforatio fieri non poterat, nisi prius auferretur aut lutum, aut limus, aut argilla, aut pix, aut resina, aut gypsus, quibus linebantur dolia, aut picabantur seu incrustabantur. *Linere* est picare, id est, pice aliquid linere seu ungere, seu mavis incrustare, et alicui

---

48. *Pytissando.*] A Graeco πυτίζω, quod est, πτύω, fit Tarentinorum dialecto πυτίσσω. Est autem *pytissare* vinum gustandi causa ore sumtum, postquam degustatum est, exspuere. Inde *pytisma* dicitur vinum ore reiectum. Vitruvius, VII. 4. *Ita conviviis eorum et quod poculis et* pytismatis *effunditur, simul atque cadit, siccessit.* [Burmann. ad Petron. c. 28.]

49. *Sic hoc.*] Formula mediocriter laudantis, q. d. *Vinum hoc* sic *est.* Cicero, Fam. XV. 21. *Deinde, quod illa sive facete sunt, sive* sic, *fiunt narrante te venustissima.* — *Asperum.*] H. e. acerbum, nec satis maturum. Cato R. R. 107. *Vinum* asperum *quod erit, lene et suave, si voles facere, sic facito.*

50. *Pater.*] Appellatio honorifica ob aetatem provectam. Horatius, Epist. I. 54. *frater*, pater, *adde: Ut cuique est aetas, ita quemque facetus adopta.* — *Vide.*] H. e. cura praeberi. Cicero, Tusc. Quaest. III. 19. *Demus scutellam dulciculae potionis; aliquid* videamus *et cibi.* Vide ad And. II. 6. 25.

51. *Relevi dolia omnia, omnes serias.*] Uti *linere* est obturare, ita *relinere* vasa obturata limo, pice, cera aperire. Erant autem *dolia* vasa maiora, *seriae* minora. Uti vero in *doliis* vinum et

Omnés sollicitos hábuit: atque haec úna nox.
Quid té futurum cénses, quem assidue éxedent?
Sic mé Di amabunt, út me tuarum míseritum 'st,

V. 52. ante Bentl. erat *habui*, quod omnes libri tenent.

---

rei suppositum aliquid superducere, ut parietem linimus calce aut gypso, id est, incrustamus; dolium linimus pice etc. Et quemadmodum *retegere* significat tegmen auferre, sic *relinere* significat bitumen amovere, quo aliquid prius linitum erat. Et ita *relevi dolia omnia* significat, abstersi lutum vel terram tenacem ab omnibus doliis, ut in ea coena vinum varium apponeretur. Praeter autem praedictam significationem *linere* significat etiam deturpare. Inde *litura*, id est, deturpatio facta atramento ducendo lineam per falsa scripta, ut fieri solet. *Omnes serias.*] *Seria*, dolium: et proprie vas fictile de limo oblongum. *Persius*, *Et o si Sub rastro crepet argenti mihi seria dextro Hercule!* *Inde *seriola*. *Persius: Seriolae veteris metuens deradere limum.* — 52. *Sollicitos habui.*] Variis officiis et ministeriis distractos: nihil significantius dicere potuit. Quid enim aliud est *sollicitare*, quam suo loco movere? *Solum* autem quin significet locum, quis dubitat? quum *exules* quoque dicantur ex solo patriae suae pulsi. *Sollicitos* igitur *habuit* omnes domesticos, qui hinc et inde ad ministrandum destinabantur. — 53. *Quem exedent?*] Plus dixit, quam si, *cuius res*, dixisset. — 54. *Sic me Di amabunt.*] Pro *ament*. *Ut me tuarum miseritum est.*] Bene *miseritum*. Nam secundum nonnullos *miserari* est flere et lamentari:

---

oleum, ita in *seriis*, quae erant vasa fictilia et oblonga, praeter vina etiam sal et salsamenta servabantur. Plautus, Capt. IV. 4. 9. *Cocum percontabatur, possentne* seriae *fervescere?* Vide Comment. maiorem.

52. *Omnes sollicitos habui.*] H. e. commotos variisque ministeriis districtos reddidi. Plautus, Menaechm. IV. 2. 20. *Sicut me hodie nimis* sollicitum *cliens Quidam* habuit. Est vero *sollicitare*, *solo ciere*, teste Festo. Unde ipsum *mare sollicitum* dicitur Virgilio, Georg. IV. 262. quum stridet refluentibus undis.

53. *Quid te futurum censes?*] Ita solebant fere in re desperata. Ita Phorm. I. 2. 87. Plautus, Truc. II. 4. 63. Quid me futurum est, *quando miles venerit?* — *Exedent.*] Cuius fortunas omnes absument. Varro, Ephebo: *Crede mihi, plures dominos cervi* comedere, *quam canes.* Lucilius, IV. *Qui edit se, hic* comedit *me.* Vide Ioh. Fred. Gronovii Observ. IV. 24.

[54. *Sic me Di amabunt.* Formula iurantium et optantium. Infra IV. 5. 1. Hec. II. 1. 9. Ceterum *amabunt* ponitur pro *ament.*

Menedéme, fortunárum. *Me.* Faciat quód lubet:
Sumát, consumat, pérdat, decretúm 'st patí:
Dum illám modo habeam mécum. *Ch.* Si cestám 'st tibi
Sic fácere, illud permágni referre árbitror,
Ut né scientem séntiat te id sibi dare.
Me. Quid fáciam? *Ch.* Quidvis pótius, quam quod cógitas:
Per álium quemvis út des: falli té sinas
Technís per servulum. étsi subsensi íd quoque,
Illós ibi esse, [et] id ágere inter se clánculum.
Syrus cum íllo vestro cónsusurrat: cónferunt

V. 63. Bentl. *et* cum plurimis codd. delevit, quod etiam susserat Faërnus.

V. 64. Bentl. *consusurrant*, ut habent plurimi codd. Bene.

---

misereri vero, miserationes alienis casibus exhibere. — 56. *Sumat, consumat, perdat.*] Quis hoc patre indulgentior? sed hoc contingere solet dum unicus est gnatus. *Sumat.*] Accipiat. Alias *sumere* est eligere. *Sallustius in Iugurth. Sumat aliquem ex populo monitorem officii sui. Perdat.*] Quod maius est, et quod finem consumendi habet, tertio loco posuit. — 61. *Per alium quemvis ut des.*] Quod salubrius praeceptum parentibus dari potest? Nulla enim re adolescentes magis corrumpuntur, quam nimia parentum indulgentia. — 62. *Technis.*] Id est fallaciis. *Subesensi.*] Bene *subesensi.* Nam *sub* est temperamentum plenae pronuntiationis, ut,

---

Nam futura indicat. habent vim optativi vel imperativi. Vid. Perizon. ad Sanct. Min. I. 13. 2. p. 95.]

[56. *Perdat* i. e. inutiles sumptus faciat. Adelph. I. 2. 54. *profundat, perdat, pereat, nihil ad me adtinet.* Cic. ad Div. V. 5. *Quae si non profundere ac perdere videbor.* Broukhus. ad Propert. II. 6. 8. *Quam possem nuptae perdere amore faces.* Ceterum similis est locus Rutilii Lupi I. p. 19.]

59. *Ut ne scientem sentiat te id sibi dare.*] Sensus est, *ut ne sentiat, te scientem id sibi dare.* [V. Bentl. ad h. l.]

63. *Illos ibi esse.*] H. e. id agere et moliri. Infra V. 2. 30. et V. 5. 19. Plautus, Mil. I. 1. 28. *At indiligenter* hic eram. Eadem ratione *esse in aliqua re* quis dicitur, qui intentus est rei. Vide Exc. IV. 7. 46.

64. *Conferunt consilia.*] Qui de re quapiam inter se agunt,

Consilia ad adolescéntes: et tibi pérdere
Taléntum hoc pacto sátius est, quam illó minam.
Non núnc pecunia ágitur: sed illud, quómodo
Minimó periclo id démus adolescéntulo.
Nam sí semel tuum ánimum ille intelléxerit,
Prius próditurum té tuam vitam, ét prius
Pecúniam omnem, quam ábs te amittas fílium; hui,
Quantám fenestram ad néquitiam pateféceris!

V. 65. *ad* e Bemb. a Bentl. restitutum.
V. 72. Bentl. *Quantam eji f.* ne desit pronomen, quo tamen haud scio an facile careamus.

---

subtristis, *subridet*: non ad plenum tristis, aut ridet. Et quum quinque sint sensus: duo sunt, visus et auditus, quos nos magis sensibiles habemus, quam pecora. *Cicero*, *Non solum videam*, *sed etiam audiam*. Duabus ergo rebus scimus, aut ratione, aut sensu: quibus maxime praestamus caeteris animalibus. Ergo senex dicit se sensu sensisse servulos fraudem parare.— 71. *Quam abs te amittas filium.*] *Amittas* pro *dimittas* dixit. Nam quod nos dicimus *dimittere*, antiqui etiam dicebant *amittere*. ut *Virgil. Quisquis es*, *amissos hinc iam obliviscere Graios*. *Sallustius*, *Pactione amissa*, *publico consilio*. — 72. *Ad nequitiam.*] Bene de adolescente *nequitiam* dixit: *ne-*

---

conferre consilia, et simpliciter, *conferre* dicuntur. Plautus, Rud. II. 3. 8. *Omnes sapientes decet* conferre *et fabulari*. Cicero Philipp. II. 15. *Cum illo aut sermones aut* consilia contulit *saepius*? Suetonius, Caes. 80. Consilia *in unum omnes* contulerunt. [*Syrus cum illo vestro consusurrat*. Hic versus in antiquis libris rectius sic legitur: *Syrus cum illo vestro consusurrant*, *conferunt consilia ad adolescentes*. *Syrus cum illo vestro* ponitur pro *Syrus et ille vester*, atque adeo recte iungitur plurali *consusurrant*, cuius syntaxis exempla saepe reperiuntur. Sallust. Catil. c. 43. *Lentulus cum veteris constituerant*. Nep. Phoc. c. 2. *Demosthenes cum ceteris erant expulsi*. Virgil. Aen. I. 292. *Remo cum fratre Quirinus iura dabunt*. *Conferunt ad adolescentes* dicitur pro una ferunt, referunt ad adolescentes. Vid. Bentleius ad h. l.]

66. *Talentum.*] Vide ad And. V. 4. 47.

70. *Proditurum te tuam vitam.*] H. e. periculo expositurum. Infra IV. 3. 29. Adelph. IV. 5. 58. Hec. IV. 4. 5. Ovidius, Fast. IV. 715. *E duce lanigeri pecoris*, *qui* prodidit *Hellen*, *Sol abit*.

71. *Abs te amittas.*] Comici fere *amittere*, et *amittere a se*, pro *dimittere* usurpant. Ita Phorm. III. 2. 22. Andr. V. 3. 27. Plautus passim.

72. *Quantam fenestram ad nequitiam patefece-*

Tibi aútem porro ut nón sit suave vívere.
Nam déteriores ómnes sumus licéntia.
[Quodcunque inciderit in mentem, volet: neque id
Putabit, pravum an rectum siet, quod petet.]
Tu rém perire, et ípsum, non poteris pati.
Dare dénegaris; íbit ad illud ílico,
Quo máxume apud te sé valere séntiet:
Abitúrum se abs te esse ílico minitábitur.
Me. Vidére verum, atque íta uti res est, dícere.

V. 75. et 76. Bentleio subditítii videntur.
V. 80. ante Bentl. erat *minabitur*, quod libri tenent.

---

quitia enim est luxus vitae prodigus atque effusus. *Ovidius*, *Nequitia est, quae te non sinit esse senem.* — 74. *Nam deteriores omnes sumus licentia.*] Sententia proprie seni conveniens. Et *deteriores* signantissime protulit; *deteriores* enim homines licentia a bono ad malum vertuntur. Est enim *peius* a malo, quod in usu est, et creberrime frequentatur: *Deterius* vero, a bono: ut minoris sit meriti quam quod placet. *Virgilius* tertio Georg. *Deterior donec paulatim ac decolor aetas.* — 76. *Putabit.*] *Putamus* enim instantia: *reputamus* praeterita. *Putare* proprie purgare est. Et *arbores* et *vites* dicimur *putare*: hinc *putare* est cogitare: quia cogitando superflua mente recidimus. Est tamen *putare* eius, qui simplicitate pectoris aberravit. *Cicero*, *Lapsus est: non putavit.* **Rectum est.*] Nam, ut inquit *Cicero* ad Herenn. *Rectum est*, *quod cum virtute et officio fit.* — 80. *Minabitur.*] *Minatur* etiam filius parenti, dum se carum animad-

---

ris!] Foramen in pariete seu muro *fenestram* dixerunt. Virgilius, Aen. II. 482. *Ingentem lato dedit ore* fenestram. Sensus igitur est: *Quantam ei ad nequitiam praebueris occasionem!* Ita Suetonius, Tib. 28. *Si hanc* fenestram aperueritis, *nihil aliud agi sinetis.* Aliter Cicero, Fam. XIII. 18. *In omnibus novis coniunctionibus interest*, *qualis primus aditus sit*, *et qua commendatione* amicitiae fores aperiantur. Dixit autem *nequitiam* pro ipsa lasciva lubidine. Ovidius, Heroid. XVII. 29. *Quae tua* nequitia *est*, *non his contenta fuisset.*

77. *Rem perire.*] Intelligit rem familiarem. Supra I. 1. 8. Adelph. V. 1. 9. Phorm. I. 2. 19. et passim alibi. Plautus, Aul. II. 4. 21. *Suam* rem perisse, *seque eradicarier.*

78. *Ibit ad illud.*] H. e. eo confugiet, id arripiet. Infra IV. 5. 45.

Ch. Somnum hércle ego hac nocte óculis non vidi meis,
Dum id quaéro, tibi qui filium restítuerem.
Me. Cedo déxtram: porro te ídem ore ut faciás, Chreme.
Ch. Parátus sum. *Me.* Scin', quíd nunc facere té volo?
Ch. Dic. *Me.* Quód sensisti illós me incipere fállere,
Id út maturent fácere: cupio illí dare,
Quod vólt: cupio ipsum ídm videre. *Ch.* Operám dabo.

V. 84. Bentl. corr. *porro te óro idem*, ex codd. suis, ordine utique meliore.

---

vertit, et discessum simulat. — 83. *Qui.*] Quomodo: et est sermo comicus. *Restituerem.*] *Redditur* cupientibus, ut domino servus. *Restituitur* cupiens, ut patriae civis. Et *redditur* et *restituitur* cupiens cupientibus: ut patri filius. *84. *Cedo dextram.*] *Cedo* est verbum defectivum duas tantum personas habens secundas in singulari et in plurali, quod significat, *da* vel *date*. Probat Nonius, nitens dicto Enniano, cuius haec verba sunt: *Cedite manus vestras, measque accipite, et iunctis manibus confirmetur foedus.* Quod exemplum clarius possit adduci illo? *cedo* igitur *dextram*; nos enim aut oraturi aut confirmaturi

---

82. *Somnum hac nocte oculis non vidi meis.*] Proxime accedit ad phrasin sacram. Vide Genes. XXXI. 40. Ita Ovidius, Heroid. XVIII. 27. *His ego, si* vidi *mulcentem pectora* somnum *Noctibus.* Macrob. Saturn. VII. 3. *Vigilantissimus est Consul, qui in consulatu suo* somnum non vidit. Cic. ad Div. VII. 30.

83. *Filium restituerem.*] Ita And. III. 3. 33. Eun. IV. 6. 8. Hec. V. 3. 20. Plautus, Capt. III. 4. 56. *Illum* restituam *huic: hic autem in Alidem me meo patri.*

84. *Cedo dextram.*] Formula foedus et amicitiam pangentium. Plautus, Curc. II. 3. 28. *Cedo tuam mihi dexteram.* Vide Serv. ad Virg. Aen. VII. 266.

87. *Maturent.*] Quod celeriter, sed ordine fit, *maturatur*; quod tumultuose, *festinatur.* Supra I. 1. 73. [Caesar B. G. I. 7. *Caesari cum id nuntiatum esset, maturat proficisci.* Liv. XXIX. 12. *Quod nisi omni ei perficere maturasset.* Gronov. ad Liv. XXXIX. 45. 5.]

Syrus ést prehendendus, átque adhortandús mihi.
A mé nescio quis éxit: concede hínc domum,
Ne nós inter nos congruere sentiant.
Paullúm negoti mi óbstat: Simus ét Chito,
Vicíni nostri, hic ámbigunt de fínibus:
Me cépere arbitrum: íbo, ac dicam, ut díxerim,
Operám daturum me, hódie non posse his dare.
Continuo hic adero. *Me.* Ita quáeso. Di vestrám fidem!
Ita cómparatam esse hóminum naturam ómnium,

V. 89—91. Bentl. ad finem huius scenae adposuit. Pro *congruere* scripsit *consentire*, ne metrum pessumdetur.
V. 92. B. ex codd. suis et vett. editt. legit: *Paullum hoc negoti.*
V. 96. Bentl. corr. *Continuo hic adsum;* ne proceleusmaticus irrepat.

---

quicquam alicui, eius dextram poscere solemus. — 89. *Apprehendendus.*] In And. *Tuus pater me modo apprehendit.* **Prehendendus.*] Deest *ad.* Sed ideo praetermisit, quia dicturus erat *adhortandus.* — 94. *Me cepere arbitrum.*] *Arbiter* dabatur his, qui de finibus regendis ambigerent. Dicitur enim *arbiter* iudex: quod totius rei habeat arbitrium et facultatem. **Boëthius: Regendorum finium arbitri esse dicuntur, qui finalia litigia discernunt. Ut si fuerit orta contentio de finibus, eorum dirimatur arbitrio. Cepere.*] Id est, elegerunt. ut *Cicero: Aut capiendus auxilio locus.* — *96. *Ita*

---

89. *Prehendendus.*] H. e. in ipso quasi cursu intercipiendus et appellandus. Ita And. II. 2. 16. Phorm. IV. 3. 15.

91. *Nos inter nos congruere.*] Ita Plautus, Curc. II. 2. 14. *Sane illi* inter se congruunt *concorditer.*

93. *Vicini ambigunt de finibus: me cepere arbitrum.*] Cicero, de Legib. I. 21. *Ex hac autem non rerum, sed verborum discordia, controversia nata est de finibus.* Et post pauca: *Tres arbitri fines regemus.* Lites enim hae raro deferebantur ad iudicem, saepius ad arbitrum, seu vicinum, qui consensu utriusque partis *capiebatur*, h. e. eligebatur. Vide Comment. maiorem; et Iustin. I. 10. et II. 2.

[95. *Operam daturum.* Iudices vel arbitri, qui audiunt de controversia disputantes, proprie dicuntur *operam dare.* Cic. ad Div. VII. 24. *dixit iudicem sibi operam dare constituisse.*]

97. *Ita comparatam esse hominum naturam omnium.*] Imitatus est Lactantius, de falsa sapientia, cap. 4. *Nemo potest de se*

Aliéna ut melius vídeant, et diiúdicent,
Quam súa? an eo fit, quía re in nostra, aut gaúdio
Sumus praépediti nímio, aut aegritúdine? 100
Hic míhi nunc quanto phís sapit, quam agomés mihi!
***Ch.* Dissólvi me, otiósus operam ut tíbi darem.**

V. 99. ante Bentl. erat: *in re nostra.*

V. 101. olim erat *quanto nunc*, quod Faërn. et Bentl. ex codd. mutarunt.

---

quaeso.] Dictum abeunte Chremeta. — 98. *Aliena melius ut vídeant, et iudicent, quam sua.*] Huic illud *Cic.* libro primo Officiorum contrarium est: *Est enim difficilis cura rerum alienarum: quamquam Terentianus ille Chremes humani nihil a se alienum putat. Sed tamen, quia magis ea percipimus, atque sentimus, quae nobis ipsis aut prospera, aut adversa eveniunt, quam illa, quae ceteris: quae quasi longo intervallo interiecto videmus: aliter de illis, ac de nobis, iudicamus.* — *102. *Dissolvi.*] Excusavi, quasi qui foret promissione ligatus sua.

---

recte iudicare. Quod nobilis poëta testatur: Ita enim comparatam esse hominum naturam omnium, ut aliena melius videant, et diiudicent, quam sua.

98. *Aliena ut melius videant.*] H. e. intelligant. And. IV. 3. 23. Phaed. IV. 9. 4. *Hac re* videre *nostra mala non possumus.* In eandem sententiam dixit Cicero, Fam. IX. 26. *O mi Furni, quam tu causam tuam non nosti, qui alienas tam facile discas!* Et Tusc. III. 30. *Est enim proprium stultitiae, aliorum vitia cernere, oblivisci suorum.*

99. *Gaudio sumus praepediti.*] Etiam amore et benevolentia praepedimur, ne verum videamus. Cicero, Coel. 19. *Inerat, nisi me propter benevolentiam forte fallebat, ratio et bonis artibus instituta, et cura et vigiliis elaborata.* Plinius, IV. Epist. 27. *Aliquot annis, puto, nihil generis eiusdem absolutius scripsum, nisi forte me fallit aut amor eius, aut quod me ipsum laudibus evexit.*

100. *Aegritudo.*] Vide ad And. V. 5. 5.

102. *Dissolvi me.*] Ita infra IV. 3. 34. Phorm. I. 2. 37. Plautus, Merc. I. 2. 54. *Obsecro*, dissolve *iam* me: *nimis diu animi pendeo.*

ACTUS TERTIUS.

SCENA SECUNDA.

CHREMES. SYRUS.

Sy. Hac illac circumcúrsa: invéniendúm 'st tamen
Argéntum: intendenda in senem est fallácia.
Ch. Num mé fefellit. hósce id struere? vídelicet

V. 1. Bentl. corr. *es* pro *est*, ut servus argentum alloquatur. Non enim, inquit, circumcursando, sed cogitando quaerendum erat argentum. Quid vero, si illa ipsa circumcursatio solliciti studii et cogitationis est argumentum?

1. *Hac illac circumcursa.*] *Iucundus error, in quo herus a servo decipitur, quem credit alteri fallaciam intendere, dum sibi tenditur: et sic eum aggreditur de fallacia in alterum.* **Hac illac.*] Hoc dicit servus admonens se ipsum. — 2. *Intendenda.*] Verbum a venatoribus translatum, qui retia *intendunt* ad feras capiendas. Quia ergo parat senem fallere, *intendenda* dixit. Vel a sagittis atque arcu. *In senem.*] Cum stomacho servili *senem* dixit. In Andria, *Quantum intellexi modo senis sententiam.* — 3. *Num me fefellit.*] Idem superius: *Etsi subsensi id quoque, illos ibi esse.* Et hic est error, credi senem Menedemum, dum Syrus de Chremete ipso in-

1. *Inveniendum est argentum.*] Ita Plautus, Asin. II. 1. 4. Inveniundo argento *ut fingeres fallaciam.*

2. *Intendenda.*] Explicat Calphurnius. Phorm. II. 2. 16. Pacuvius: *Sed cum* contendi *nequitum, tum clam* tendenda est plaga. Sed et machinae bellicae *intendi* dicuntur in arces et oppida oppugnanda. Plautus, Bacchid. IV. 4. 58. *De ducentis nummis primum* intendebam *balistam in senem.* Unde et *expugnari* quis dicitur, a quo vix tandem quid obtinetur.

3. *Num me fefellit?*] Haec Chremes secum: qui idem Menedemo dixit supra, III. 1. 62. seqq. Plautus, Bacchid. II. 3. 64. *Non me fefellit. sensi.* Cicero, Philipp. II. 36. *Num me igitur fefellit?* Virgilius, Aen. IV. 96. *Nec me adeo fallit.* — *Struere.*] H. e. moliri, machinari. Virgilius, Aen. IV. 235. *Quid struit?*

Ille Clinia' servus tardiusculust:
Idcirco huic nostro trádita 'st provincia.
Sy. Quis hic lóquitur? perii! númnam haec audivit?
Ch. Syre, *Sy.* Hem!
Ch. Quid tu istic? *Sy.* Recte equidém, sed te miror, Chreme,
Tam máne, heri qui tántum biberis. *Ch.* Níl nimis.
Sy. Nil nárras? visa véro 'st, quod dici solet,
Aquilá senectus. *Ch.* Eía! *Sy.* Mulier cómmoda, et

V. 7. Bentl. corr. *Syr. Recte. Equidem te demiror, Chr.* Ita *Recte* i. q. *Nihil*, ut Eun. II. 3, 50. Hec. III. 2, 20. Codd. eius habent hanc lectionem: *Recte quidem te demiror, Chreme.*
V. 8. Bentl. tacite: *qui heri.*

---

telligit. — 5. *Provincia.*] Onus dicitur cuiuslibet rei gerendae. Nam acquisitae bello longe ab Italia regiones *provinciae* dictae sunt, a *porro*, vel a *procul vincendo*: ad quas Praetores, quia cum officio mittebantur, officia quoque *provinciae* nominantur. — 7. *Recte.*] Ioco vult Syrus deflectere orationem in aliud, et subterfugere heri reprehensionem. — * 8. *Tam mane.*] Ἔλλειψις; deest *vigilare*, aut tale quid. — 10. *Aquilae senectus.*] *Plinius* lib. 10. Natur. Historiae de aquilis haec refert: *Oppetunt non senio, nec aegritudine, sed fame, in tantum superiore accrescente rostro, ut adunci tas aperiri non queat.* Igitur *aquila* tantum in senectute bibit, vel de praeda sanguinem sugit: ex quo proverbium in senes, qui plus bibunt, quam comedunt. * *Plinius* de ebrio inquit: *Hinc pallor et genae pendulae, oculorum ulcera, tremulae manus.* Divus *Hieronymus* de aquila inquit: *Aquila cum senuerit, gravantur ipsius pennae et oculi, quaeritque fontem et erigit pennas, et colligit in se calorem, et sic oculi eius sanantur, et in fontem se tergit, et ita ad iuventutem redit.* *Eia!*] *Eia* interdum hortantis est; nunc correctionem significat. *Mulier commoda.*] A commendatione meretricis incepit, ut

---

4. *Tardiusculus.*] Qui parum celeriter quid arripiunt ingenio, *tardi* et *tardiusculi* vocantur. Cicero, L. Agrar. III. 2. *Sed quem vestrum tam* tardo ingenio *fore putavit?*

5. *Provincia.*] Vide ad Phorm. I. 2. 22.

7. *Recte equidem.*] Vim particularum cepit Calphurnius. Ita Adelph. IV. 5. 19. Hec. III. 2. 20. Ubi vide Donatum. Nec aliter 2 Reg. IV. 23.

10. *Aquilae senectus.*] Gr. ἀετοῦ γῆρας. Erasmus in Chiliadibus explicat *vividam et viridem.* Aiunt autem aquilam senio confe-

Facéta, haec meretrix. *Ch.* Sáno, idem visa ést mihi.
Sy. Et quidem hércie forma lúculenta. *Ch.* Sic satis.
Sy. Ita nón ut olim, sód uti nunc, sané bona:
Miniméque miror, Clínia hanc si déperit.
Sed habét patrem quemdam ávidum, miserum, atque áridum,

melius persuadeat Cliniam deperire hanc, cum sit amica Clitiphonis. — 11. *Faceta.*] Bene de meretrice *faceta* dixit. Nam *facetus* est, qui facit verbis quod vult. Potest etiam referri ad formam corporis, ut significatio vocabuli indicat. — 13. *Ita non ut olim.*] Praeterita semper praesentibus praeferuntur, et magis commendantur. — *14. *Deperit.*] Id est, ardenter amat. Nam amator eius amore, quam amat, *perire* dicitur. Nam *perditus est*, qui insano est captus amore. Inde dicimus *deperio illam.* — 15. *Aridum.*] Translatio a

---

etiam, quum iam carnibus praedae ob rostrum nimis aduncum vesci nequeat, sanguinem exsugere, eoque victitare. Quando id voluerit Syrus, Chremetem cibi quidem, non etiam vini parcum fuisse. — *Mulier commoda.*] Qui novit accommodare se alteri, *commodus* dicitur. Cicero, pro Murena, c. 31. *Quenquamne existimas Catone, proavo tuo,* commodiorem, *comiorem, moderatiorem fuisse, ad omnem rationem humanitis?* Horat. Carm. IV. 8. 1. commodus — *meis sodalibus.* ubi v. Lambin.

11. *Faceta.*] Id maxime ad verba et dicta refertur. Cicero, Off. I. 29. *Multaque multorum facete dicta.* Iuvenalis, IX. 10. *conviva loco mordente* facetus.

12. *Forma luculenta.*] H. e. festiva et hilaris. Quo sensu *diem luculentum* dixit Plautus, Epid. III. 2. 5. — *Sic satis.*] Formula mediocriter laudandi. Infra IV. 5, 22. *Imo sic satis.*

13. *Uti nunc.*] H. e. quales nunc vulgo sunt formae mulierum. Cicero, Att. XIV. 16. *Nunquam ille mihi satis laudari videbitur, quum ita laudabitur:* quomodo nunc est. [Palpatur seni, temporis acti laudatori, quasi illo iuvene formosiores essent homines, quam nunc. *Bentl.*]

14. *Deperit.*] H. e. perdite amat. Locutio Plauto valde familiaris.

15. *Avidum, miserum atque aridum.*] Expressio summae avaritiae. Plautus, Pers. II. 3. 14. *triparcos homines, vetulos,* avidos, aridos. Est vero *avidus* undique corradens pecuniam; Eun. I. 2. 51. *Miser*, qui quum habeat, uti non audet. Horatius, Arte, 170. *Quaerit, et inventis* miser *abstinet, et timet uti. Aridus* est tenax, nec ulli quidquam largiens. Plautus, Aul. II. 4. 18. *Pumex non est aeque* aridus, *atque hic est senex.*

Vicinum hunc: nostin'? át quasi is non divítiis
Abúndèt, gnatus eíus profugit ínopia.
Scin' ésse factum, ut díco? *Ch.* Quid ego ni sciam?
Hominém pistrino dignum. *Sy.* Quem? *Ch.* Istunc sérvolum
Dico ádolescentis. *Sy.* Sýre, tibi timuí male.
Ch. Qui pássus est id fieri. *Sy.* Quid facerét? *Ch.* Rogas?
Aliquíd reperiret; fingeret fallácias,
Unde ésset adolescénti, amicae quód daret:
Atque húnc difficilem invítum servarét senem.
Sy. Garrís. *Ch.* Haec facta ab íllo oportebánt, Syre.

V. 18. Bentl. ex codd. *Scis* pro *Scin.* Dein pro vulg. *nesciam* correxit cum Palmerio: *ni sciam*, i. e. *quidni ego sciam*, coll. Adelph. IV. 5, 28. Plaut. Mil. IV. 3, 27. Pseudol. II. 2, 57.
V. 25. Bentl. *oportebat.*

---

terra, quae nihil profert. — 17. *Profugit.*] Superius, *In Asiam ad regem militatum abiit.* Hinc *profugus* dictus proprie, qui procul a sedibus suis vagatur. — 19. *Hominém pistrino dignum.*] Ambigue, an de Dromone, an de Syro, a quo bene annotarentur senum vitia. Et secum haec dixit. — 20. *Syre, tibi.*] Et hoc secum. *Id est, ne quid mali accideret tibi, nam iam mihi nescio quid praesagit animus mali. — *24. *Difficilem.*] Morosum. *Servaret senem.*] Bene *servaret* dixit de eo, qui penitus se perderet, et

---

[18. *Quid ego nesciam.* Verissime emendat Palmerius *quid ego ni sciam* pro quidni ego sciam. Adelph. IV. 5. 28. *Quid illam ni abducat.*]

20. *Timui male.*] H. e. valde. Ita infra IV. 1. 15. Hec. III. 2. 2. Plautus, Curc. V. 3. 6. *Pessume metui.*

22. *Fingeret fallacias.*] Ita Plautus, Asin. II. 1. 2. *Argento comparando* fingere fallaciam.

24. *Difficilem.*] H. e. morosum, nec facilem exoratu. Lucilius, VII. *Tristes*, difficiles *sumu'*, *fastidimu' bonorum.* Cicero, Nat. Deor. III. 29. *Parentem habere avarum, illepidum, in liberos* difficilem, *qui te nec amet, nec studeat tui.* Idem, de Senect. 18. *At sunt morosi et anxii, et iracundi, et* difficiles senes; *si quaerimus, etiam avari.*

25. *Garris.*] Vide ad Phorm. III. 2. 11. — *Oportebant.*] Vide ad And. III. 2. 1.

Sy. Eho! laúdas? quaeso, herós qui fallunt? *Ch.* In loco
Ego véro laudo. *Sy.* Récte sane. *Ch.* Quippe quia
Magnárum saepe id rémedium aegritúdinum 'st.
Huic iám mansisset únicus gnatús domi.
Sy. Iocón' an serio íllaec dicat, néscio:
Nisi míhi quidem addit ánimum, quo lubeát magis.
Ch. Et núnc, quid exspectát, Syre? an dum hinc déuno
Abeát, cum tolerare haíus sumtus nón queat?
Nonne ád senem aliquam fábricam fingis? *Sy.* Stólidus est.
Ch. At te ádiutare opórtet adolescéntuli.

V. 26. Bentl. tacite: *Eho, quaeso laudas, qui nepos f.*
V. 30. Bentl. *ille haec* pro *illaec* ex duobus codd.
V. 33. pro *Abeat* Bentl. corr. *Abigas* ut Adelph. III. 4, 38, ac pro *huius* reposuit *illius*, sc. filii. Sententia ita haec est: An Dromo expectat, dum herus filium denuo hinc abigat?

---

continuis excruciaret laboribus. — 26. *Eho! quaeso.*] *Eho* modo interiectio est interrogantis: alias ad se vocantis. **In loco.*] Opportune. — 28. *Quia magnarum saepe id remedium aegritudinum 'st.*] Ipsum fallere in tempore quidam de officiis scribentes rectum putaverunt. * Nam medici aegrotos saepe fallunt. — *31. *Quo lubeat magis.*] Id est, magis placeat heros a servis decipi, quod ut viderit, saeviat in me, et me in pistrinum dedat. — 34. *Aliquam fabricam.*] Translatio ab his, qui expugnaturi oppida, machinamenta belli ad id praeparant. *Stolidus est.*] Supexius, *Ille Cliniae servus tardiusculus est.* Et proprie *stolidus* est,

---

26. *In loco.*] Opportuno tempore. Adelph. II. 2. 8. Horatius, Carm. IV. 12. 28. *Dulce est desipere* in loco. Adde Manutium ad Cic. Fam. XI. 16.

33. *Tolerare sumtus.*] Ita Sallustius, Catil. 24. *Ingentes* sumtus *stupro corporis* toleraverat. Sed *solérare famem* dixit Caesar, B. G. I. 28. *tolerare inopiam*, Sallustius. Catil. 37. *tolerare vitam.* Iustinus, XLIII. 3.

34. *Ad senem aliquam fabricam fingis.*] H. e. dolum aut fraudem molitur adversus senem. Cicero, Nat. Deor. III. 29. e veteri poëta: *Nequeo quo pacto fallam, neque quid inde auferam, Nec quem dolum* ad eum, *aut* machinam commoliar, *Scio quidquam.* [Propert. II. 19. 9. *Lernaeas pugnet ad hydras.* Vid. Burmann. ad Phaedr. IV. 3. 5.]

Catusá. *Sy.* Facile equidem fácere possum, si iubes:
Etenim quo pacto id fieri soleat, cálleo.
Ch. Tanto hércle melior. *Sy.* Nón est mentiri meum.
Ch. Fac érgo. *Sy.* At heus tu! fácito dum eadem haec mémineris,
Si quíd huius simile fórte aliquando evénerit,
Ut sunt humana, túus ut faciat filius.
Ch. Non úsus veniet, spéro. *Sy.* Spero hercle égo quoque.
Neque eó nunc dico, quó quidquam illum sénserim:
Sed sí quid, ne quid. quaé sit eius aetás, vides.
Et nae égo te, si usus véniat, magnificé, Chreme,
Tractáre possim. *Ch.* De ístoc, quum usus vénerit,
Vidébimus, quid ópus sit: nunc istúc age.

V. 47. Bentl. ex aliquot codicibus: *quod opus sit.*

---

qui proxime accedit ad naturam sensumque pecudum. — 37. *Calleo.*] Id est, callide scio. — *38. *Non est mentiri meum.*] In promissione dicit, non in fallendo. — 39. *At heus tu!*] Iam providet fallaciae, quam mente conceperat, quo facilius mereatur veniam, si quid struxerit in herum. — 44. *Sed si quid, ne quid.*] Ἀποσιώπησις, quasi dicat, *Si quid evenerit. Quae sit eius aetas, vides.*] Quae amori est obnoxia. — 45. *Et nae.*] Pro *valde.* * *Usu veniat.*] *Usu venire* significat *evenire*, ut saepe licet videre in Epistolis Ciceronis. *Magnifice.*] Bene *magnifice* dixit, memor verborum Chremetis, qui supra dixit, *Heros falli a servis, aliquando esse remedium magnarum aegritudinum.* — 46. *Tractare.*] Supe-

---

38. *Tanto, hercle, melior.*] Formula laudandi alterum; cui contrarium est, *Tanto nequior.* Adelph. IV. 1. 12. Vide Interpretes ad Phaed. III. 5. 8. — *Non est mentiri meum.*] Ita Lucilius ap. Lactant. VI. 18. *Homini amico et familiari* non est mentiri meum. Infra, IV. 5. 34. *non est mea simulatio.*

41. *Ut sunt humana.*] H. e. prout est conditio humanarum rerum. Plautus, Cistell. I. 3. 4. Ut sunt humana, *nihil est perpetuum datum.*

42. *Non usus veniet.*] H. e. non accidet. Ita mox, versu 45, et Adelph. V. 6. 7. Plautus, Cistell. I. 2. 28. *Si quid usus venerit.*

44. *Si quid, ne quid.*] H. e. si quid forte evenerit, ne quid mihi succenseas, aut culpam in me conferas. — *Quae sit eius aetas, vides.*] Ita And. I. 5. 51.

Sy. Numquám commodius únquam herum audívi loqui,
Nec quúm malefacere créderem mi impúnius
Licére. quisnam a nóbis egreditúr foras? 50

V. 49. libri *male facerem.* Bentl. de Mureti coniectura *male facere* scripsit.

---

rius, *Quo pacto id fieri soleat, calleo.* — 50. *Quisnam a nobis egreditur foras?*] *Παρασκευὴ* alterius scenae.

[48. *Unquam* per pleonasmum abundat.] [Vers. 48. Tres ultimi versus per se scenam constituunt. Nam dum Syrus solus eos pronuntiat, Chremes interim filium cum Bacchide deprehendit, et irrus in scenam redit, filio quoque evocato. *Bentl.*]

[49. *Nec cum malefacerem* etc. Sensus hic est: nec unquam cum malefacere constituissem, tempus fuit, quo mihi impunius id licere crederem.]

ACTUS TERTIUS.

SCENA TERTIA.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

Ch. Quíd istuc, quaeso? quí istic mos est, Clítipho?
itane fieri oportet?
Cl. Quíd ego feci? *Ch.* Vídin' ego te módo manum
in sinum huíc meretrici

1. *Quid istuc, quaeso?*] *In hac scena Syrus hero persuadet, quod multum facit ad extorquendum argentum. Quid istuc?*] *Viderat Chremes filium ludentem cum Bacchide, quam Clinias esse credebat. Et bene expressit obiurgationem paternam saepe repetendo.* — 2. *Huic meretrici.*] Plus intulit, quam si dixisset, *mulieri.* —

---

2. *Manum in sinum huic meretrici invenere.*] Aliter Ovidius, Heroid. XX. 141. *Contrectatoque sinus, et forsitan occulta insigit.* Quandoque autem *sinus* integram vestem in muliere notat. Pro-

'Inserere? *Sy.* Acta haec rés est. perii! *Cl.* Méne?
Ch. Hisce oculis; né nega.
Facis ádeo indigne iniúriam illi, quí non abstineás manum.
Nam istaéc quidem contumélia 'st:
Hóminem amicum récipere ad te, atque éius amicam súbagitare.
Vél heri in vino, quám immodestus fuísti! *Sy.* Factum. *Ch.* Quám molestus!

3. *Acta haec res.*] Verbum desperantis. Timebat enim Syrus, nè ob hoc fallacia eius detegeretur. *Mene?*] More filiorum, quod commiserat, patri audacter negat. **Hisce oculis.*] *Δεικτικῶς* et cum emphasi. — 4. *Facis adeo indigne iniuriam illi.*] Bene pater post obiurgationem ad admonitionem transit. — 7. *Vel heri.*] Ingerit aliud malefactum inter admonitionem, ut solent patres. **Factum.*] Fatetur servus, eum fuisse immodestum in vino. Nisi etiam capiatur *factum*, sicut *actum est*, ut sit desperantis dictum. —

---

pertius, I. 2. 1. *Quid iuvat ornato procedere, vita, capillo, Et tenues Coa vestis movere sinus?* [*Sinus* est gremium. Duker. ad Flor. II. 6. p. 271. Apposite Petron. c. 24. *vocatumque ad se in osculum adplicuit, mox manum etiam demisit in sinum.* Imitatus est h. l. Ovid. Amor. II. 15. 11. *dominae cupiam tetigisse papillas Et laevam tunicis inseruisse manum.*]

3. *Acta haec res est.*] Formula despondendi animum. Plautus, Rud. III. 3. 31. Acta haec res est. *Certum est moriri.* Vide ad Eun. I. 1. 9. — *Mene?*] Quasi negantis est per admirationem. Ita And. V. 2. 8. — *Hisce oculis.*] Ita Adelph. II. 3. 31. Hec. III. 3. 3. Plautus, Mil. II. 4. 15. *Ph. Tun' me vidisti? Sc. Atque* his *quidem* oculis.

4. *Non abstineas manum.*] Lucilius, Lib. XXVIII. *Tu, qui iram indulges nimis*, manus abstinere *a muliere melius est.* Plautus passim. Idem infra versu 29. dixit, *comprimito manus.*

[5. *Istaec quidem contumelia est.* Particula *quidem* in hac formula magnam vim habet. Plaut. Captiv. III. 5. 92. *vis haec quidem est.* Suet. Caes. c. 82. *ista quidem vis est.* Vid. Schwarz. ad Plin. Panegyr. c. 25.]

6. *Amicam subagitare.*] H. e. nequiter et per lasciviam attrectare. Plautus, Merc. I. 2. 90. *Scelestus* subagitare *coepit.*

7. *Vel heri.*] Emphasis est in particula *vel.* Ita Cicero, de literis, Fam. II. 13. Vel *quas proxime acceperam, quam prudentes!* — *In vino.*] Gr. *παρ' οἶνον.* Plautus, Truc. IV. 4. 1. *Blitea et lutea est meretrix, nisi quae sapit* in vino *ad rem suam.* Cicero, Catil. II.

'Ut equidem, ita me Dí ament! metui, quíd futurum dénique esset.
Nóvi ego amantium ánimum: advertunt gráviter, quae non cénseas.
Cl. At míhi fides apud húnc est, nihil me istíus faturúm, pater.
Ch. 'Esto: at certe cóncedás hinc áliquo ab ore eorum áliquantisper.

V. 9. Bentl. corr. *Nóvi ego amantis: ánimum advertunt* etc. quia *advertere* per se eo sensu apud Plautum et Terentium non legatur.

V. 10. Bentl. cum uno ex Regiis: *At fides mi apud hunc est* etc. ut trochaicus sit aeque ac ceteri.

V. 11. Bentl. *'Esto: at certe ut hinc concedas áliquo ab ore* etc. ne *concedas* duplici ictu feriatur. *Certe ut concedas*, omisso *hinc*, tres codd. mss.

---

8. *Ut equidem metui.*] *Ut* pro *quantum*, vel pro *qualiter*. *Virgilius. Ut vidi, ut perii.* — 9. *Advertunt graviter.*] Quia in amore omnia suspecta sunt. — *10. *Mihi fides.*] Arcta familiaritas, cum alter de altero in re Venerea nihil suspicatur. — 11. *Esto.*] Verbum concedentis. *Concedas aliquo.*] Et hoc quaerit Syrus, ut abigatur Clitipho ab amica, ne Chremes eius esse animadvertat. —

---

5. *Quod si* in vino *et alea comissationes solum et scorta quaererent.* Catull. XII. 2. *in ioco atque vino.* Cic. ad Div. XII. 2. *Quae in lustris et in vino commentatio potuit esse.* Ita *post vina* dixit Horatius, Carm. I. 18. 5. — *Quam immodestus fuisti!*] Plautus, Curc. I. 3. 45. *Auro contra cedo* modestum *amatorem.* Cicero, Off. I. 29. *Ipsumque genus iocandi non profusum, nec* immodestum, *sed ingenuum.*

8. *Ut metui.*] H. e. quam metui. Ita Eun. II. 2. 43. Inf. IV. 1. 15.

9. *Advertunt.*] Propter suspiciones, quae in amore insunt; Eun. I. 1. 15. Ita Virgilius, IV. 296. *quis fallere possit amantem?* Statius, Theb. II. 335. *nil transit amantes.*

10. *Mihi fides apud hunc est.*] Ita Phorm. V. 3, 27. Plautus, Amph. II. 1. 5. *Facis, ut tuis nulla apud te sit fides.*

11. *Concedas hinc aliquo ab ore eorum.*] H. e. e conspectu. Cicero, Catil. I. 7. *Si te parentes timerent, aut odissent tui, neque eos ulla ratione placare posses; opinor,* ab eorum oculis aliquo concederes. [*Os* saepe de praesentia et conspectu dicitur. Cic. Verr. II. 33. *quae in ore atque in oculis provinciae gesta sunt.* Senec. de Benef. VII. 19. *in ore parentum filios iugulat.* Adelph. II. 4. 5. *vereor coram in os te laudare.* Vid. Graev. ad Cic. de Offic. III. 1.]

Múlta fert libído: ea prohibet fácere tua praeséntia.
Ego dé me facio cóniecturam: némo 'st meorum amícorum hodie,
Apúd quem expromere ómnia mea occúlta, Clitipho, aúdeam:
Apud álium prohibet dignitas: apud álium ipsius factí pudet;
Ne inéptus, ne protérvus videar: quód illum facere crédito.
Sed nóstrum 'st intelligere, utcúmque, atque úbicumque opus sit, óbsequi.
Sy. Quíd istic narrat? *Cl.* Périi! *Sy.* Clitipho, haéc ego praecipió tibi,
Hóminis frugi et témperantis fúnctus officium. *Cl.* Tace sodes.

V. 13. Bentl. corr. *Dé me ego facio coniecturam*: nusquam enim iambicum tetrametrum hypercatalecticum extare, qui quidem sanus sit. Cfr. Herm. Elem. Doctr. Metr. p. 173.

V. 17. Bentl. corr. *atque útcunque úbicunque opus est obsequi*: accentus gratia.

V. 19. Bentl. *functu's*, i. e. *functus es*.

---

13. *Ego de me facio coniecturam.*] Patres conantur monere filios aut proprio exemplo, aut aliorum. — 16. *Ne ineptus, ne protervus.*] *Ineptus* quoad dignitatem. * Cicero in II. de Oratore: *Narn qui aut, tempus quid postulet, non videt, aut plura loquitur, aut se ostentat, aut eorum, quibuscum est, vel dignitatis, vel commodi rationem non habet, aut denique in aliquo genere aut inconcinnus, aut multus est, is ineptus esse dicitur. Protervus* dicitur importunus, qui alteri est impedimento, vel si per impotentiam mentis obvium cubito feriat, aut contumelia sibi cedere cogat. — 18. *Quid istic?*] Syrus secum loquitur, timens suas fallaciae. — 19. *Frugi.*] Utilis et neces-

---

12. *Multa fert libido.*] H. e. adportat, permittet. Sallustius, Catil. 21. *Alia omnia, quae bellum atque* lubido *victorum* fert.

13. *Ego de me facio coniecturam.*] Ita Plautus, Cas. II. 3. 8. *Hanc* ego de me coniecturam *domi* facio, *magis quam ex auditis.*

14. *Expromere occulta.*] Ita Plautus, Bacchid. IV. 4. 9. *Ubicunque usus siet, pectore* expromat *suo.* Contra Sallustius, Catil. 10. *Aliud clausum in pectore, aliud in lingua* promtum *habere.*

19. *Frugi et temperantis.*] Utrumque et Cicero coniunxit,

Sy. Récte sane. *Ch.* Syre, pudet me. *Sy.* Crédo; neque id iniúria. Quin
Míhi molestum 'st. *Cl.* Pérgin' hercle? *Sy.* Vérum, dico quód videtur.
Cl. Nón accedam ad íllos? *Ch.* Eho! quaeso, ína accedundí via 'st?
Sy. 'Actum 'st, hic prius se índicarit, quám ego argentum effécero.
Chremé, vin' tu homini stúlto mi auscultáre? *Ch.* Quid faciám? *Sy.* Iube hunc
Abíre hinc aliquo. *Cl.* Quó ego hinc abeam? *Sy.* Quó? quo lubet: da illís locum.
Abi deámbulatum. *Cl.* Deámbulatum! quó? *Sy.* Vah! quasi deést locus.

V. 21. Bentl. *Syr. Hercle verum dico, quod videtur.*

---

sarius: a *frugibus*, quae quod his fruantur dictae sunt. Inde *fructus* et *frumentum*. *Frui* autem est vesci: a *frumine*, quae est summa pars gulae. *Sodes.*] Est adverbium blandientis. **Tace sodes.*] Ab illo consilio longe alienus Clitipho illum sermonem interrupit, nec audire voluit. — 21. *Quin mihi molestum 'st.*] *Quin* pro *etiam*. *Mihi* habet emphasin. *Mihi*, qui non sum pater. *Pergin'.*] Irascitur Clitipho, servum adversus se loqui. — 22. *Eho!*] Hoc loco admonentis est. *Una via.*] Scilicet honesta: nec impudice agas. — 23. *Actum 'est.*] Semper desperantibus hoc verbum datur. *Hic prius.*] Haec secum loquitur. — 26. *Deambulatum! quo?*] Bene impotentia amantis exprimitur; nec pater, nec Syrus, nec delibe-

---

Tusc. III. 8. *Qui sit* frugi *igitur, vel si mavis, moderatus, et* temperans, *eum necesse est esse constantem.*

23. *Argentum effecero.*] Supra II. 3. 81. — *Se indicarit.* i. e. se prodiderit. Eunuch. V. 6, 13. Cicer. pro Arch. c. 11. *Ego me ipse indicabo.*

24. *Auscultare.*] Obedire et obsequi. Caecilius, Emboeo: *Audire, ignoti quod imperant, soleo, non* auscultare. Pacuvius, Chryse: *Magis audiendum, quam* auscultandum *censeo.* Plautus, Cas. II. 2. 31. *Tace sis, stulta, et mihi* ausculta.

25. *Da illis locum.*] Ita Phorm. III. 2. 37.

26. *Abi deambulatum.*] Formula, qua utebantur, quoties quem amotum vellent. Supra II. 3. 139. Plautus, Pseud. I. 3. 29. *Ambula tu.*

Abi sáne istac, istórsum, quo vis. *Ch.* Récte dícis. cénseo.
Cl. Di te eradícent, Syre, qui me hinc éxtrudis.
Sy. At tú tibi istas
Pósthac comprimitó manus.

Cénsen' vero? quíd illum porro crédis facturúm, Chreme,
Nísi eum, quantum tibi opis Di dant, sérvas, castigás, mones?
Ch. Ego istuc curabo. *Sy.* Átqui nunc, here, híc tibi adservándus est.
Ch. Fíet. *Sy.* Si sapiás. nam mihi iam mínus, minusque obtémperat.
Ch. Quíd tu? ecquid de illó, quod dudum técum egi, egisti, Syre? aut

V. 28. numero trochaico decurrit, adiecta clausula. Pro *hinc*, quod est in Bemb. et aliis, vett. editt. et codd. Bentl. *istinc*. Itaque Bentl. hosce iambicos effinxit: *Di te éradicent, qui istinc me extrudas, Syre. Sy. At tú tibi istas posthac comprimitó manus.*

---

ratio ante facta removere poterant Clitiphonem ab amica. — *28. *Eradicent.*] Funditus ac radicitus te evellant, et de medio tollant. Dum haec cum indignatione proferret, percussit Syrum. — 29. *At istas comprimito manus.*] Subticet percussionem: ne surgat in tragicum cothurnum. — *30. *Quid illum porro.*] Vel indignatus servus haec dicit, vel servili more astute tractat senem. — 31. *Quid tu?*] Bene amoto filio de fallacia erga Menedemum exquirit. *De illo.*] Sic dicere solent, qui de re aliqua peragenda inter se loquuntur. —

---

28. *Di te eradicent.*] Vide ad And. IV. 4. 22.

29. *Comprimito manus.*] Vide supra v. 2. Ita Livius, VII. 13. *Cur veteranus dux, fortissimus bello*, compressis, *quod aiunt*, manibus, *sedeas*? Aliter supra, versu 4. et Adelph. IV. 2. 26.

31. *Servas.*] H. e. observas et custodis. Phaedrus, III. 10. 23. *Aetatem adultam* servans *diligentius.* ubi vide Burm. et ad Petron. 85. et Quinctil. Instit. I. 2.

32. *Adservandus.*] Diligenter servandus. Catullus, XVIII. 15. *Et puella tenellulo delicatior haedo*, Adservanda *nigerrimis diligentius uvis.*

Répperisti, tibí quod placeat? án nondum étiam? *Sy.* Dé fallacia

Dícis? est: invéni nuper quándam. *Ch.* Frugi es. cédo, quid est?

Sy. Dícam: verum, ut áliud ex alio incidit. *Ch.* quidnám, Syre?

Sy. Péssuma haec est méretrix. *Ch.* Ita vidétur. *Sy.* Immo sí scias.

Vãh! vide, quod incéptet facinus. fuit quaedam anus Corínthia

Híc: huic drachumárum argenti haec mille dederat mútuum.

Ch. Quíd tum? *Sy.* Ea mortuá 'st: reliquit filiam adolescéntulam.

V. 36. toto pede excurrit. Bentl. corr. *Alio est tibi, quod placeat, an nondum étiam? De fallácia.*

V. 40. Bentl. *drachumarum* restituit pro v. *drachmarum.*

---

37. *Ut aliud ex alio incidit.*] Multa esse fingit, ut verisimilius si quod finxerit. — 38. *Pessuma haec est meretrix.*] Contrarium illud quod superius dixit, *Mulier commoda, et faceta, haec est meretrix.* Sed hoc loco *pessumam* appellat: utpote quae teneat virginem, quam Syrus *illi relictam arrhaboni* fingit; et haec est valens caussa ad extorquendum argentum. — 39. *Inceptet.*] *Incipere* et *inceptare* magnorum est facinorum et audaciae. In Eunucho, *Quid inceptas, Thraso?* — * 40. *Drachmarum.*] *Drachma* pondus est, constans, ut vult *Priscianus*, ex tribus scrupulis, seu decem et octo siliquis. Sumitur etiam pro genere quodam monetae, propterea quod numismata antiquitus ponderabantur. * *Mille.*] Hic *mille* singularis est numeri et substantivum, de quo multa *Gellius.* Iungitur autem semper genitivo, propterea quia substantivum est. Sed *mille* adiectivum et numeri pluralis substantivo iungitur in similitudine generis, numeri et casus. — 41. *Arrhaboni.*] Pignori, hoc loco intelligas. *Arrhabon* dicitur merces, corollariam: et est quod prius da-

---

37. *Ut aliud ex alio incidit.*] Ita Quinctilianus, Instit. IX. 2. *Aliud ex alio succurris mihi.* Cic. ad Att. XVI. 14. *Sed, ut aliud ex alio, mihi non est dubium, quin* etc.

40. *Dederat mutuum.*] Ita Plautus, Trin. IV. 3. 48. talentum mutuum *Quod* dederam, *talento inimicum mihi emi, amicum vendidi.* [*Drachmarum mille.* Supplendum esse *pondo* docet Gronovius de Pec. vet. I. 10. Ibid. *Dederat mutuum.* Melioris aetatis scriptores

Ea relicta huic arrhaboni est pro filio argenti. *Ch.* Intélligo.
Sy. Hánc secum hanc addúxit, eam quae est núnc ad uxorém tuam.
Ch. Quid tum? *Sy.* Cliniam órat, sibi ut id núnc det; illam illí tamen
Póst daturam mille nummûm póscit. *Ch.* Et poscit quidem! *Sy.* Hui!

V. 43. Bentl. e Bemb. et aliis: *apud uxorem t.* Deinde metri causa em. *eam quae est.* Libri *eaque est.*

V. 45. corruptissimus. Bentl. em. *Post datum iri mille numum praes sit. Chr. Et praes sit quidem? Syr. Hui! ‖ Dubium id est? ego sic putavi. Chr. Quid nunc facere cogitas?* etc.

---

tur, ut reliquum reddatur. — 45. *Mille nummum.*] Tale et illud, *mille hominum occiditur*, et antiquum est. Cic. in VI. in Antonium: *Qui L. Antonio* mille nummûm *ferret expensum. Hui!*] Et caetera huiusmodi generis sane sunt adversus eos, quibus iratcimur. —

---

semper dicunt *pecuniam mutuam dare*, non *pecuniam mutuo dare*. Vid. Gronov. l. c. III. 1. Sed posterioris aetatis scriptores a veteri norma recesserunt, ut Iustin. XVII. 2. *Pyrrhus ab Antigono naves ad exercitum in Italiam deportandum mutuo petit.*]

42. *Relicta huic arrhaboni.*] Pars pretii, quae datur initio contractus, ut fides constet, *arrha* et *arrhabo* vocatur. Plautus, Mostell. III. 1. 115. *Sed* arrhaboni *dedit has quadraginta minas.* Est et *arrhabo* annulus aliudve quid restituendum perfecto contractu, vel soluto pretio. L. II. §. 9. de act. emt. Instit. III. 24. pr. Vide Comment. maiorem. [*Relicta arraboni est* i. e. relicta est pro pignore. Vid. Cato apud Gell. XVII. 2. Eadem constructione Plautus dixit Mostell. IV. 3. 21. *Quid arraboni tibi dedit. Arrabo* est argumentum emtionis et venditionis contractae; interdum pro pignore ut h. l. dicitur. Vid. Fabrotum ad Cuiacii Paratitla in Cod. T. II. p. 215.]

43. *Ad uxorem.*] H. e. apud. Phorm. IV. 2. 8.

44. *Cliniam orat.*] Sensus huius dicti est: *Bacchis orat Cliniam, ut sibi nunc det id argentum; Antiphilam Cliniae tamen id argentum post daturam.* Vel: *Bacchidem post daturam esse Antiphilam Cliniae.*

45. *Mille numum poscit.*] Subaudi, *Bacchis.* Videntur autem *ἰσοδύναμα* esse *nummus* et *drachma.* Vide Comment. maiorem.

45. *Et poscit quidem?*] Formula mirantis. Plautus, Bacchid. II. 2. 44. *Nam iam huc advenient miles.* Ch. Et miles quidem?

Dúbium id est? *Ch.* Ego síc putavi. quid nunc facere cógitas?
Sy. 'Egone? ad Menedemum íbo: dícam, hanc ésse captam ex Cária,
Dítem et nobilém: si redimat, mágnum inesse in eá lucrum.
Ch. 'Erras. *Sy.* Quid ita? *Ch.* Peó Menedemo mínc tibi ego respóndeo:
Nón emo. *Sy.* Quid áis? optata lóquere. *Ch.* Atqui non ést opus.
Sy. Nón est opus? *Ch.* Non hércle vero. *Sy.* Quí istuc? miror. *Ch.* Iám scies.

V. 48. Bentl. corr. *si redimat, magnum inesse in ea re lucrum.* Editt. vett. *magnum in ea esse lucrum.*

V. 50. verba *Quid ais?* ante Bentl. ad Chremetis sermonem referebantur. Sunt autem non interrogantis, sed exclamantis et re inopinata percussi.

V. 51. vulgo *Non opus est:* quod Bentl. ex codd. mutavit. Idem ex plerisque suis *Qui istuc* pro *Quid istuc* restituit.

---

46. *Dubiumne id est?*] Quod meretrix avara poscat. — 47. *Ibo: dicam.*] Se astutum fingit ad decipiendum Menedemum. Superius, *Etenim quo pacto id fieri soleat, calleo.* — *49. *Erras.*] In praedictis verbis Syrus fingit suam esse calliditatem, qua dixerat, se decepturum Menedemum, quam fallaciam confutat Chremes. — *50. *Non emo.*] Hoc est, cum sermonem facies ei de emenda ea, dicet, *Non emo.* **Quid agis?*] Q. d. dicet tibi Menedemus, cur loqueris mihi de hac re? vel Chremes interrogat Syrum, quid ad eam dicat responsionem. *Optata loquere.*] Ita loquitur ille, qui cum alio loquitur, et cui is adversatur in consilio de re peragenda. **Optata loquere.*] Potest dupliciter intelligi. Vel *loquere* pro *loqueris* dicitur, et est sensus, *Dicis quae tu vis, vel quae sunt cordi,* ut dici saepe solet. Vel *loquere* est imperativum, et tunc est sensus, *Dic ea, quae ego opto, et accommoda tuos sermones meis optatis.*

---

47. *Caria.*] Vide ad Eun. I. 2. 46.

48. *Ditem et nobilem.*] Utrumque iunxit etiam Adelph. III. 4. 57.

50. *Optata loquere.*] Ita And. I. 2. 33. *Bona verba, quaeso.* Ovidius, Arte Am. II. 156. *Audiat optatos semper amica sonos.*

Sy. Máne, mane! quid est, quód tam a nobis gráviter crepuérunt fores?

V. 52. Syro tribuit Bentl. Chremem interpellanti. Idèo *a nobis*, non *a me* scriptum est.

52. *A nobis.*] Vide ad And. I. 3. 21.

ACTUS QUARTUS.

SCENA PRIMA.

SOSTRATA. CHREMES. NUTRIX. SYRUS.

So. Nisi me ánimus fallit, híc profecto est ánnulus, quem ego súspicor:
Is, quícum exposita est gnáta. *Ch.* Quid volt sibi, Syre, haec orátio?
So. Quid est? ísne tibi vidétur? *Nu.* Dixi equidem, úbi mi ostendisti, ílico,

1. *Nisi me animus fallit.*] *Haec scena Antiphilae recognitionem continet: ex qua inter virum et coniugem altercatio oritur: demum reconciliatio. Simul Syro offertur alia ratio extorquendi argentum.* — 2. *Exposita.*] *Exponere* est morti tradere et obiicere. *Quid volt.*] Chremes non se loco moverat. *Haec oratio.*] Pauca verba veteres *orationem* quoque dixerunt. — 3. *Dixi equidem.*] Haec sic respondet, ut quae nihil in hac dubitationis habeat. —

1. *Nisi me animus fallit.*] *Animus* in hac formula opinionem notat. Ita infra IV. 2. 1. Plautus, Menaechm. V. 9. 23. Cicero, pro Rosc. Amer. c. 17. Sed paullo aliter Lucilius, I. 139. *Nec me animi fallit.*

2. *Exposita.*] Proprie. Et ita passim comici. Gr. ἐκβληθεῖσα.

Eum ésse. *So.* At út satis cóntemplata módo sis, mea Nutrix. *Nu.* Satis.
So. Abi núnc iam intro, atque ílla si iam lavérit, mihi núntia:
Hic égo virum interea ópperibor. *Sy.* Té volt: videas, quíd velit.
Nescío, quid tristis ést: non temerè 'st: métuo, quid sit. *Ch.* Quíd siet!
Nae, ista hércle magno iám conata mágnas nugas díxerit.
So. Ehem! mí vir. *Ch.* Ehem! mea úxor. *So.* Te ipsum quaéro. *Ch.* Loquere, quíd velis.
So. Prímum hoc te oro, né quid credas me ádversum edictúm tuum
Fácere esse ausam. *Ch.* Vín' mé istuc tibi, etsi incredibile 'st, crédere?
Crédo. *Sy.* Nescio quíd peccati pórtat haec purgátio.
So. Méministin' me [esse] grávidam, et mihi te máxumopere [e]dícere,

V. 4. Bentl. coni. *At sátis ut c.*
V. 13. Bentl.: Lege *siecto ut esse*, pro *dicere edicere*, quod Eugraphius habet; ne Iambicus inter Trochaicos irrepat.

---

4. *At ut satis.*] Sic dicimus in his rebus de quibus addubitamus, et praecipue quas iam diu non vidimus. *Contemplata.*] *Contemplari* dictum est a *templo*, id est, loco qui ab omni parte adspici, vel ex quo omnis pars videri potest: quem antiqui *templum* nominabant. *Satis.*] *Multum*, infinitum est: *Satis* vero, finitum. — 6. *Te volt.*] Signantius dictum, quam *quaerit* aut *exspectat*. — 7. *Nescio, quid.*] Deest *ob*, vel *propter*. **Non temere.*] Non sine causa. *Quid siet!*] Cum stomacho pronuntiandum. — 9. *Ehem! mi vir.*] A blandimento incipit. *Mi*, et *vir*, plurimum blandimenti habent. Et *vir* maritum significat. *Virum* quoque de animalibus posse dici, *Virg.* in Bucolicis ostendit, *Vir gregis ipse caper. Ehem! mea uxor.*] Haec repetitio a simili, indignantis est. — 10. *Primum hoc te oro.*] A purgatione incipit, ne mulier contra edictum

---

5. *Si iam laverit.*] Id de balneo intelligendum. Vide Eun. III. 5. 34. seqq.
8. *Magno conatu magnas nugas dixerit.*] Ita Plautus, Rud. IV. 4. 107. *nugas magnas egerie.* Phaedrus, IV. 22. 4. *Qui, magna cum minaris, extricas nihil.*

Sí puellam párerem, nolle tólli? *Ch.* Scio quid féceris:
Sustulísti. *Sy.* Si sic ést factum, domina, érgo herus
damno aúctus est.
So. Mínime: sed erat hic Corinthia ánus, haud im-
pura: eí dedi
'Exponendam. *Ch.* O Iúppiter! tantam ésse in animo
inscítiam!
So. Périi! quid ego féci? *Ch.* Rogitas? *So.* Si pec-
cavi, mí Chreme,
'Insciens feci. *Ch.* 'Id quidem ego, si tú neges, certó scio,

V. 15. Westerhov. ad Mureti sententiam ex edit. Ven. scripsit. Bentl. corr. *Sústulisti. Syr. Sic est factum: minor ergo herus damno aúctus est.* Herus minor est filius herilis.

V. 19. ante Bentl. erat, *Id equidem ego*, qui mendum auctoritate codd. sustulit.

---

mariti fecisse videatur. — 14. *Nolle tolli?*] *Tollere*, nutrire. *Iuvenalis*, *Tollere dulcem Cogitat haeredem.* — 15. *Sustulisti.*] *Educasti.* Hoc in alia significatione nonnunquam ponitur. *Damno auctus.*] Propter dotem quae datur. Et recte *damno* dixit. Nam *damnum*, rei est: *Malum* vero, hominis. *Dicimus, *Ego sum auctus damno*, et *Damnum est auctum mihi.* Ut, *Augeo tibi divitias*, et *Augeo te divitiis.* Et per passivum, *Tu augeris divitiis*, et *Divitiae augentur tibi.* — 16. *Haud impura.*] Commendatio personae, cui data exponenda: ne Chremes ab ea impudice filiam educatam suspicetur. *Impurus*, est aliquo vitio maculatus: et aliquando dicitur *improbus.* — 17. *O Iuppiter!*] Terribilis exclamatio sènis, postquam audivit filiam anui datam exponendam. *Tantam inesse.*] 'Ελλειψις est, quae datur iratis, subauditur *decet*. *Inscitiam!*] *Inscitia*, est ignorantia quaedam rèrum. *Hic, ut proderet se ipsam alteri in facinore, quod celatissimum esse deberet. — 19. *Insciens feci.*] *Prudens* est, qui intelligentia sua aliquid sentit: *sciens*, qui alicuius indicio rem cognoscit. *Prudens*, per *se*se: *Sciens*, per alios. Cuius contrarium *insciens* et est qui ignorat res. Et *imprudens*, qui non delectum habet bonorum et malorum. **Insciens feci.*] Ve-

---

15. *Herus damno auctus est*] Est elegans ὀξύμωρον. Plaut. Bacch. IV. 8, 45. *Mactari infortunio.* Magis proprie Plautus, Pers. IV. 8. 15. *iam liberta auctus es?* Dicitur autem quis *augeri liberis.* Plautus, Truc. II. 6. 35. *Cumque ea* aucta liberis, *gratulor.* Cicero, Att. I. 2. Filiolo *me* auctum *scito salva Terentia.* Gellius, XII. 1. Auctumque *eum esse nato* filio.

16. *Haud impura.*] Vide ad Enn. II. 2. 4.

Te insciéntem, atque imprudéntem dícere, ac facere ómnia.
Tót peccata in hác re ostendis: nám, iam primum, si meum
'Imperium exsequí voluisses, interemtam opórtuit:
Nón simulare mórtem verbis, re ípsa spem vitaé dare.
'At id omitto; misericordia, ánimus maternús: sino.
Quám bene vero abs té prospectum est! quíd voluisti? cógita.
Némpe illi anui pródita abs te fília est planíssume,

V. 26. ante Bentl. erat *anui illi.*

---

nialis status. — 22. *Imperium exsequi.*] Primum ponit peccatum, quod contra edictum suum fecerit. * *Interemtam oportuit.*] Hic ponitur participium praeteriti temporis pro infinitivo *interimi.* Id enim fit in duobus casibus, accusativo et ablativo. — 24. *Sino.*] Concedo: quia animus maternus plurimum veniae meretur. — *25. *Prospectum est!*] Hic est impersonale passivae vocis, ante se habens ablativum, mediante *ab* vel *abs*, et post casum sui verbi. Eodem modo in Epistolis Cicero loquitur; ait enim: *Quod si meis rationibus a te prospectum esse intellexero.* — 26. *Illi prodita.*] Signantissime, *prodita.* Socii enim *deficere* dicuntur. *Sallust. Post defectionem sociorum. Prodere* parentes. *Virgilius, Unius ob iram Prodimur. Desrere* vero, patroni; hinc milites *patriae desertores* dicuntur, qui patriam deserunt, quam defendere deberent. *Virgilius. Desertorem Asiae.* * *Prodere*, Festus dicit, est dare et fallere. Et bene hic capi potest eo modo. Interdum *prodere* significat differre, sive elongare, ut ita dicam. *Virg. Prodimur, atque Italis longe disiungimur oris.* Interdum significat *indicare*, quod deberet tegi, et per hoc fallere, ut: *prodidit me voce.* i. e. indicavit, et, quod dicitur, inepte incusavit me. Propterea *proditores* dicuntur, qui decipiunt indicando, quod celare deberent. Filia ergo abs te *prodita* est, quasi

---

22. *Imperium exsequi.*] Ita Plautus, Amph. I. 1. 105. *Nunc pergam heri* imperium exsequi. Virgilius, Aen. IV. 396. Imo *tamen Divûm* exsequitur. — *Interemtam oportuit.*] Ex more Graecorum, apud quos liberum erat patri, vel alere partum, vel occidere, teste Aristotele, de Repub. VII. 16. Vide omnino Comment. maiorem.

23. *Simulare verbis, re ipsa spem dare.*] Eleganter opponuntur *verba* et *res.* Sallustius, Ing. 48. Verbis *pax nunciabatur, ceterum* re *bellum asperrimum erat.* Livius, XXXV. 46. *Liberandae*

Pér te vel úti quaéstum faceret, vél uti veniret palam.
Crédo id cogitásti: quidvis sátis est, dum vivát modo.
Quíd cum illis agás, qui neque ius, néque bonum atque aequúm sciunt?
Mélius, peius; prósit, obsit: níl vident, nisi quód lubet.
So. Mí Chreme, peccávi, fateor: víncor. nunc hoc te óbsecro,
Quánto tuus est ánimus natu grávior, ignoscéntior,

V. 29. Bentl. corr. *Quid cum illisce agas.*

V. 32. Bentl. sic refingit: *Quánto tu me es ánnis gravior, tanto es ignoscentior.* Libri aliquot *tanto sis ign.* vel *tanto esto ign.* Erasmus, teste Schmiedero, *Quando* i. e. quandoquidem, correxit. Sed offendit istud *natu gravior.* Num *annis gravior*?

---

commissa est illi anui, et per hoc decepta. — 29. *Quid cum illis agas.*] Amatores designat, qui nihil pensi habent expertes iuris et omnis aequitatis: ea sola recta putant quae illis libuerint. — 31. *Peccavi, fateor.*] Victa mariti argumentis, crimen suum fatetur: et quo magis mereatur veniam, simplicitatis opinionem inire tentat: et hoc per deprecationem. — * 32. *Quanto tuus est animus natu gravior.*] I. e. peritior propter plures experientias, quas potuisti habere, plus quam ego. Et bene dicit, *gravior natu:* nam maiores natu, i. e. seniores, debent esse *graviores*, i. e. moderatiores et constantiores, atque prudentiores, ob maiorem experientiam. Potest etiam hic capi *natu gravior*, q. d. Tuus animus potuit plura videre, quam meus, quum me nativitate praecesserit. Nam fere mariti sunt *natu graviores* seu maiores uxoribus suis. — *Ignoscentior.*] In crimine sic confesso ultimum remedium confugere ad iudicum miseri-

---

Graecias re, *non* verbis, *et simulatione.* Ita Graecis opponuntur λόγος et ἔργον.

27. *Uti quaestum faceret.*] Intelligit quaestum meretricium. Ita And. I. 1. 52. Hec. V. 1. 8. 29. Plautus, Cistell. I. 2. 2. *Idem mihi, magnae quod parti est vitium mulierum, Quae hunc quaestium faciunt.*

28. *Quidvis satis est.*] Ita Plautus, Mil. III. 1. 155. *Commodulum obsona, ne magno sumtu: mihi* quodvis sat est.

[31. *Vincor* i. e. argumentis convincor. Cic. pro Cluent. c. 44. *Vince virum bonum fuisse Oppianicum.* Liv. XXVII. 11. *Vel Hannibale iudice victurus esset.* ubi vid. Gronovius. Phorm. III. 2. 16. *Veris vincor.*]

32. *Natu gravior.*] Ita dixit, uti *gravior aevo* Virgilius,

'Ut meae stultitiae iustitia tua sit aliquid praecidit.
Ch. Scilicet equidem istuc factum ignoscam: verum, Sostrata,
Male docet te mea facilitas multa. sed istuc, quidquid est,
Qua hoc occeptum 'st causa, eloquere. *So.* Ut stultae et misere omnes sumus
Religiosae; quum exponendam do illi, de digito annulum
Detraho: et eum dico, ut una cum puella exponeret:

V. 33. alii cum cod. Bemb. *in iustitia.*
V. 36. Bentl. *eloquere* ex cod. Reg. dedit pro vulg. *loquere.* Idem e duobus veterrimis, quibus usus est: *Ut stultae et miseres omnes* etc.

---

cordiam. — *34. *Scilicet equidem.*] Ambae hae particulae affirmativae ad maiorem comprobationem. — 35. *Mea facilitas.*] Recte: quia cito uxori veniam dedit. *Facilitas* illius est, qui cito iram deponit. *Clementia* illius, qui nunquam irascitur. — 36. *Qua hoc occeptum.*] Quasi de magna re dixit. *Ut stultae et misere omnes sumus.*] Vituperatio a sexu: mulieres enim consueverunt esse imperitiores viris, et multis superstitionibus detineri. — 37. *Religiosae.*] Superstitiosae. *Religiosus* etiam appellabatur is, qui nimia et superstitiosa sese religione alligaverat: ut hoc loco. —

---

gravis annis Horatius, *graves aetate* Livius, *aetas ingravescens* Cicero, *annis ingravantibus* Phaedrus dixerunt. Forte huc respexit Ovidius, Trist. III. 5. 31. *Quo quis enim maior, magis est placabilis irae.* Eodem sensu Horatius, Carm. III. 14. *Lenit albescens animos capillus Litium et rixae cupidos protervae.*

[33. *In iustitia tua* h. e. in lenitate tua. Cic. pro Marcell. c. 4. *haec tua iustitia et lenitas animi florescet quotidie magis.* Sic *iusta servitus* pro leni Andr. I. 1. 9. ubi vid. notata.]

[34. *Factum ignoscam.* Sic etiam locuti sunt Plautus Amphitr. I. 1. 101. *ignoscamus peccatum suum,* et Virgilius Cul. v. 293. *parvum si Tartara nossent Peccatum ignovisse.* Frequentius est *ignoscere facto.*]

35. *Male docet te mea facilitas multa.*] Ita Quinctil. Declam. CCLXIX. Te, *sed* male, *ut sic dixerim,* docuit *sapientia.*

36. *Misere religiosae.*] Comici *misere* dixerunt pro valde. Plautus, Asin. IV. 1. 37. *Si magis* religiosa *fuaris,* i. e. superstitiosa.

37. *De digito annulum detraho.*] Iuvenalis, Sat. VI. 27. de annulo pronubo: *de digito pignus fortasse dedisti.*

Sí moreretur, ne éxpers partis ésset de nostrís bonis.
Ch. 'Istuc recte. cónservasti té atque illam. *So.* Is hic est ánnulus.
Ch. 'Unde habes? *So.* Quam Bácchis secum addúxit adolescéntulam. *Sy.* Hem!
Ch. Quíd ea narrat? *So.* 'Ea lavatum dum ít, servandum míhi dedit.
Ánimum non advórti primum: séd postquam adspexi, ílico
Cógnovi: ad te exsílui. *Ch.* Quid nunc súspicare aut ínvenis
De ílla? *So.* Nesció; nisi [ut] ex ipsa quaéras, unde hunc hábuerit,
Sí potis est reperíri. *Sy.* Interii! plús spei video, quám volo.
Nóstra est, si ita est. *Ch.* Vívitne illa, cuí tu dederas? *So.* Néscio.
Ch. Quíd renuntiávit olim? *So.* Fécisse id quod iússeram.
Ch. Nómen mulierís cedo quod sit, út quaeratur. *So.* Phíltere.

V. 40. Bentl. e multis codd. *Hic is est*, accentu meliore.
V. 45. Faërn. et Bentl. *ut* cum Bemb. om.
V. 49. Bentl. nulla ratione indicata *mulieri* correxit.

---

39. *De nostris bonis.*] Et haec erat superstitio. — 40. *Istuc recte.*] *Εἰρωνικῶς* dictum. — *41. *Hem!*] Syrus timet, ne sibi praeripiatur auferendi argenti occasio agnitione filiae. Itaque ingemit. — 42. *Lavatum.*] Secundum antiquos: nos dicimus, *lotum*. *Ovidius* Fastorum secundo: *Mane lavaturas sacra petebat aquas.* — 44. *Exsilui.*] Ostendit nimiam laetitiam de inventa filia, ideo non dixit *accessi*. — 46. *Plus spei video.*] Nolebat tam cito cognosci filiam: ne occasio praeriperetur auferendi argentum. *Plus spei.*]

---

42. *Servandum mihi dedit.*] More solenni; ne inter lavandum corrumperetur. Unde apud Ovid. Amor. II. 15. 23. annulus loquitur: *Me gere, cum calidis perfunderis imbribus artus, Damnaque sub gemma perfer euntis aquae.* [ubi v. Burm.]

48. *Renunciavit.*] Proprie de iis, qui iussi rem exsequi, nar-

Sy. Ipsa est. mirum ni illa salva est, ét ego perii.
Ch. Sóstrata,
Séquere me intro hac. *So.* Ut praeter spem evénit! quam timui male,
Né nunc animo ita ésses duro, ut ólim in tollendá, Chreme!
Ch. Nón licet hominem ésse saepé ita út volt, ei res nón sinit.
Núnc ita tempus ést mi, ut cupiam filiam: olim nil minus.

V. 52. *in tollendo* Bentl. e Bembin., quod etiam Faërno placuit.
V. 54. Bentl. *tempus fert mi*, ut Adelph. V. 3, 5. Andr. I. 2, 17. Heaut. IV. 2, 18.

Melius est ut non ad Syrum referas, sed ad Sostratam. — *50. *Ipsa est.*] Fatetur Syrus: et intererat ad quaerendas puellae nomen eius. *Mirum, ni illa salva.*] Non potest credere, periisse anum, quod maxime vellet ob recognitionem Antiphilae. *Ego perii.*] Quia recognita est antequam auferrem argentum. — *53. *Sí res non sinit.*] Nimia prudentia est servire tempori. — 54. *Nihil minus.*] Pro, *non*, quod auctus divitiis esset.

---

rant quid gestum sit. Iustinus, XXIV. 6. Renunciata *legatione risere Galli.*

51. *Praeter spem.*] Vide And. II. 6. 5. — *Timui male.*] Supra III. 2. 20.

ACTUS QUARTUS.

SCENA SECUNDA.

SYRUS.

Nisi me ánimus fallit, haúd [per]multum a me áberit infortúnium:
Ita hác re in angustum óppido nunc meaé coguntur cópiae:
Nisi áliquid video, ne ésse amicam hanc gnáti rescíscat senex.

V. 1. Bentl. *permultum*. Libri omnes *multum*. Sed ita versui syllaba deest.
V. 3. Bentl. corr. *aliqui video* vel *aliqua video*, h. e. aliqua via, ratione, ut saepe Plautus.

1. *Nisi me animus fallit.*] *Recognita Antiphila, Syrus anxius novum quaerit consilium de extorquenda pecunia. Et bene deliberantem de re aliqua exprimit. Est enim dialogismus acuti ingenii in multa cogitatione versantis.* — *2. *Ita hercle.*] Q. d. meus exercitus iam pene fusus est; nam coactus est et impulsus in angustias, ubi conteretur facile, h. e. mei conatus adeo repressi sunt hac re, h. e. hac agnitione puellae, ut facile possint contundi ac conteri. Et est translatio sumta a re militari. *Meae copiae.*] Translatio sumta ab imperatore, qui iam pene fusus ab hostibus se in aliquem tutissimum locum receperit. *Copiae* numero multitudinis et ἐνικῶς de exercitu dicitur. *Sallustius: Ex omni* copia *Catilinae. Virgilius: Et quae sit*

1. *Nisi me animus fallit.*] Iocose repetit verba Sostratae, initio scenae superioris. — *Haud multum a me aberit infortunium.*] Aliter Plautus, Bacchid. IV. 2. 13. *Nae tibi hercle haud longe est os ab infortunio.*

2. *In angustum oppido nunc meae coguntur copiae.*] Sermo militaris et imperatorius, uti grandiloquentiam amat Syrus. Id vult, se fere ad incitas esse redactum. Cicero, de Amicit. cap. 5. *Ita contracta res est et* adducta in angustum.

3. *Nisi aliquid video.*] Ita And. II. 2. 36.

Nam quód de argento spérem, aut posse póstulem me fállere,
Nihil ést: triumpho, sí licet me látere tecto abscédere.
Cruciór, bolum tantúm mihi ereptum tám subito e faúcibus.
Quid agam? aút quid comminíscar? ratio de íntegro ineundá 'st mihi.

V. 6. Bentl. e duobus codd. *Crucior bolum mihi tantum ereptum.* Ac dein: *tam desubito e faucibus.* Posterius, ut videtur, de coniectura dedit.

---

me circum copia *lustro.* *Alii codices habent ita: *Meae copiae coguntur*, i. e. constringuntur, *in angusto oppido*, i. e. in aliqua munitione, in quam me recipere necesse fuit. — 5. *Triumpho, si licet me latere.*] Verba proprie servorum, quotiens vident se, quod inceperant, perpetraré non posse. Et εἰρωνικῶς legendum. — 6. *Bolum.*] Translatio ab animalibus, quibus aufertur *praeda.* *Bolus* apud Graecos si per o scribitur, significat *iactum retis*; si per ω, *glebam terrae*, vel frustum cuiusque rei. — 7. *Comminiscar.*] Fingam. Inde *commentum* dicitur. Alibi, *Atque illis hoc commentum placet.* *Ratio.*] Nam innuerat unam rationem, h. e. modum habendae pecuniae, quae via ubi non processit, aliam inire h. e. excogi-

---

5. *Triumpho.*] H. e. exsulto gaudio. Eun. III. 1. 4. — *Latere tecto abscedere.*] Manet in allegoria. Exercitus enim in rebus desperatis pro victoria habet, si latus tegere et sine clade ab hoste discedere licet. Caesar, B. G. 1. 25. *Ex itinere nostros* latere aperto *aggressi circumvenire.* Sed et gladiatores dicti *tegere latus*, quod maxime petebatur, quoties cavebant, ne ictus sibi inferretur. Tibullus, I. 4. 51. *Si volet arma, levi tentabis laedere dextra; Saepe dabis* nudum, *vincat ut ille*, latus. Vel possit Syrus respexisse poenam servorum, qui nudi latera et pendentes caedebantur flagris.

6. *Bolum tantum mihi ereptum tam subito e faucibus.*] Scurrilis locutio, a feris et alitibus translata. Lucilius apud Nonium: *In me illis spem esse omnem, quovis posse me* emungi bolo. Idem: *Esurienti leoni ex ore exsculpere praedam.* Quod Plautus, Poen. Prol. 101. dixit: tangere *hominem volt* bolo. Eadem metaphora dixit Cicero, de servata urbe Roma, Catil. III. 1. *Pené* ex faucibus *fati* ereptam. [*Bolus* proprie est offa canibus obiecta.]

7. *Ratio de integro ineunda.*] Cicero, Nat. Deor. III.

Nil tám difficile 'st, quín quaerendo invéstigari pós-
siet.
Quid, si hóc nunc sic incípiam? nihil est. quíd si sic?
tantúndem egero.
At sic opinor. nón potest. immo óptume. euge! habeo
óptumam. 10
Retraham hércle, opinor, ád me idem illud fúgitivum argentúm tamen.

V. 9. Bentl. *ago* pro *egero* em. Alii *si* vel *quid* delendum iudicarunt. Sed recte observat Bentl. *hic* ter in ictu esse debere.

---

tare necesse fuit. — 8. *Nihil tam difficile.*] Sententia generalis sine certo auctore, quae servis etiam convenit. **Investigare* significat, quaerendo invenire, ut probat Laurentius. Nunc enim incipit Syrus deliberare, et identidem proponit, et proposita refellit; tandem inventa bona ratione erumpit in laetitiam. — 9. *Quid, si sic?*] Qui aliquid incepturi sunt, multa proponere solent, et affirmare, et refellere, quod sit faciendum vel relinquendum. **Tantundem.*] H. e. tantum proficiam in hoc faciendo, quantum in alio praecedenti iam iam confutato. *Tantundem egero.*] Haec consultatio fit a Syro per ratiocinationem. — 10. *Sic opinor.*] Nam quae *opinamur*, *putamus:* quae *putamus* incerta sunt. **Immo.*] Illa ratione aliquamdiu perfecta, cognovit eam esse bonam, et tunc se corrigit. *Euge!*] Vox laetantis eius qui optimum invenerit consilium. — 11. *Fugitivum argentum.*] Facete et ioculariter servili more de *argento* tanquam de *homine* dixit.

---

92. Inita *subductaque* ratione *nefaria scelera meditantes.* Vide ad Eun. V. 2. 29.

8. *Nihil tam difficile 'st, quin quaerendo invenire investigari possiet.*] Eodem sensu dixit Curtius, VII. 11. *Nihil tam alte natura constituit, quo virtus non possit emitti.*

9. *Quid si hoc nunc sic incipiam?*] Cicero, Fam. VI. 7. *Quid si hoc muto?*

11. *Retraham ad me fugitivum argentum.*] Servi fugitivi proprie *retrahi* ex fuga dicuntur, quoties reprehenduntur. Inde translatio facta. Vide Sallust. Catil. 47. [Duker. ad Flor. III. 19.]

ACTUS QUARTUS.

SCENA TERTIA.

CLINIA. SYRUS.

Cl. Nullá mihi res posthác potest iam intérvenire tánta,
Quae mi aégritudinem ádferat: tanta haéc laetitia obórta est.
Dedó patri me núnc iam, ut frugáfior sim, quám volt.
Sy. Nil mé fefellit: cógnita est, quantum aúdio huius vérba.
Istúc tibi ex senténtia tua óbtigisse laétor.
Cl. O mí Syre, audisti óbsecro? *Sy.* Quid ní? qui usque una adfúerim.

V. 6. vulgo *audistin'*, quod Bentl. e Bemb. mutavit.

1. *Nulla mihi res posthac.*] *Nimia Cliniae laetitia exprimitur de recognita Antiphila, qua praeoccupatus vix potest adduci a Syro, ut Clitiphoni succurrat.* — 2. *Aegritudinem adferat.*] Tale et illud, *Deorum vitam adepti sumus.* — 3. *Dedo patri me.*] Plus *dedere* hoc loco, quam *obsequi*. *Dedere* se vult *patri*, quemadmodum in hostium potestatem hostes se *dedunt*. In Andria, *Tibi, pater, me dedo*, quasi qui vellet contraria. Et *deditio* in hoste fieri solet. *Frugalior.*] Temperantior, si *frugalis* non exstat, unde descendat, vide tu. — 6. *O mi Syre.*] A blandimento incipit, ut faciunt qui

2. *Mihi aegritudinem adferat.*] H. e. creare vel conciliare possit. Ita adferri dicitur *molestia*, Hec. III. 2. 9. *res commodae*, Hec. V. 3. 19.

3. *Dedo patri me.*] Ita And. V. 3. 26. Eun. V. 8. 2.

5. *Tibi ex sententia tua obtigisse.*] H. e. ex voto et arbitrio. Infra IV. 5. 17. Adelph. III. 3. 17. et 66. Hec. V. 4. 32. Phorm. II. 1. 26. Plautus, Menaechm. V. 9. 89. *Quoniam haec evenerunt, frater*, nostra ex sententia.

Cl. Cui aéque audisti cómmodius quidquam évenisse?
Sy. Núlli.
Cl. Atque íta me Dí ament, út ego nunc non tám meapte caúsa
Laetór, quam illius: quam égo scio esse honóre quovis dígnam.
Sy. Ita crédo. sed nunc, Clínia, age, da té mihi vicíssim:
Nam amíci quoque res ést videnda, in túto ut collocétur.
Ne quíd de amica núnc senex. *Cl.* O Iúppiter! *Sy.* Quiésce.

V. 7. Bentl. corr. *Cuiquam aeque aud.* et e Bemb. et Victor. *commode* pro *commodius* restituit.
V. 11. Bentl. corr. *videndum.* Recte habet attractio.

---

quidquam speratum consequuti sunt. *Quidni?* Quid nisi audierim? — 8. *Meapte.*] Cum ablativo παρέλκον additum, ut *nostrapte*; *Cato* tamen posuit *mihipte*, pro *mihi ipsi.* — 9. *Honore quovis dignam.*] Amica etsi impudica est, dummodo amatori placeat, ab eo commendatur amore eum impellente. — 10. *Da te.*] Duae partes orationis. **Cicero: Da te homini. Dare* est quo repetas. *Dedere* est ad perpetuum. *Damus* et amicis. *Dedimus* tantum hostibus. — 11. *Nam amici.*] Iusta petitio: succurrendum est amico, ne quid illi incommodi accidat. *Amici.*] Plus gratiae habet, quam si dixisset, *Clitiphonis.* Et *amicus* animi est: *amator* vero corporis. Et *amator* est ad tempus: *amicus* qui perpetuo amat. — 12. *Ne quid amica.*] Ἀποσιώπησις. — *O Iuppiter!*] Exclamatio terribilis pene ex nimio gaudio desipientis. *Tanquam Syrus aliquid dixisset, quod videretur desipienti vergere in nuptiarum impedimentum. —

---

7. *Aeque commodius.*] Ita Plautus, Capt. III. 5. 42. *Nec est quisquam mihi*, aeque melius *cui velim.*

10. *Da te mihi.*] H. e. accommoda te vicissim meae voluntati. Eun. III. 3. 10. Adelph. V. 3. 52. Cicero, Fam. II. 8. *Da te homini.* [V. Heins. ad Ovid. Epist. XVI. 161.]

11. *Amici res est videnda, in tuto ut collocetur.*] Ita Cicero, Philipp. XIII. 5. *Ut videatur a vobis Cn. Pompeii filius* in patrimonio suo collocatus.

Senem vóstrum. *Sy.* Immo, ut rectá via rem nárret ordine ómnem. *Cl.* Hem!
Satin' sánus es, aut sóbrius? tu quidém illum plane pródis.
Nam quí ille poterit ésse in tuto? díc mihi.
Sy. Huíc equidem consílio palmam do: híc me magnífice éffero,
Quí vim tantam in me, ét potestatem hábeam tantae astútiae,
Véra dicendo út eos ambos fállam: ut quum narrét senex
Vóster nostro, istam ésse amicam gnáti, non credát tamen.
Cl. 'At enim spem istoc pácto rursum núptiarum omnem éripis:

V. 32. Bentl. coni. *tantam astutiae.*
V. 34. Bentl. *esse istam* ex cod. Bemb.

---

dici solet, *Deus scias.* Ut alibi: *Id populus curus* scilicet. Et *Virg.* Scilicet *is superis labor est.* — *Ut celes senem vostrum.*] Dicimus enim, *celo tibi hanc rem*, et *celo te de hac re.* Intelligendum, *celes senem de Bacchide.* — 29. *Prodis.*] *Prodere* proprie ad parentes refertur: sed nonnunquam ad eum cui res alterius demandata est, et cuius consilio alter regitur. *Alii legunt, *Perdis.* — *31. *Huic consilio palmam do.*] Translatio a victoribus, quibus dabatur *palma.* Contrarium est huic illud: *De manus. Palmam do.*] H. e. *assentio*, more paciscentium, qui assentientes *palmam* porrigunt. — *34. *Non credat tamen.*] H. e. revera sciat contrarium, q. d. *in quo decipietur?* vel, *Erit pulcra*, ut dici solet, *deceptio!* ubi quis ut credit non decipitur, quod ita erit in tuo patre, quem putas iri falsum.

[28. *Recta via rem narrare* idem est quod paulo ante *aperte, ita ut res se habet, narrare.* Vid. Broukhus. ad Propert. II. 25. 46.]

[31. *Me effero* i. e. me iacto, glorior. Flor. I. 26. *Manlium altius se et incivilius efferentem ab arce deiecit.*]

31. *Huic equidem consilio palmam do.*] H. e. palmarium mihi et praecipuum hoc consilium. Eun. V. 4. 8. Vide ad Phorm. Prol. 17.

32. *Vim in me habeam astutiae.*] Ita dixit, uti Phorm. I. 2. 57. *Ni* vis boni *in ipsa inesset forma.*

Nám dum amicam hanc méam esse credet, nón committet filiam.
Tú fors, quid me fiat, parvi péndis, dum illi cónsulas.
Sy. Quíd? malum! me aetátem censes vélle id adsimulárier?
'Unus est diés, dum argentum erípio. pax! nihil ámplius.
Cl. Tántum sat habes? quíd tum, quaeso, si hóc pater rescíverit?
Sy. Quíd si redeo ad ílios, qui aiunt: quíd si nunc coelúm ruat?

V. 37. Guyetus et Bentl. *Tu fors.* Libri *Tu fortasse.*

— 36. *Meam esse credet.*] Necessario si Chremes Bacchidem gnati amicam non crediderit, Cliniae esse crediderit. *Committet.*] Bene de filia *committet* dixit: quia proprie magna *committimus*, et ea, secundum Donatum, quae salutem in dubio habent. — 38. *Quid? malum!*] *Malum* interiectio est irascentis. *Me aetatem.*] *Aetatem* posuit pro *diu.* Alibi: *Iam dudum: aetatem, lites factae inter eos.* — 39. *Unus est dies.*] Assignat tempus pro ratione. Non vult Chremetem diu credere Bacchidem Cliniae esse amicam. *Pax!*] Adverbium comicum, et significat *tantum.* — 41. *Si nunc coelum ruat?*] Verbum usitatum in eos, qui subtimidi in re peragenda

36. *Committet filiam.*] Vide ad And. I. 5. 6.

37. *Quid me fiat.*] Ita And. IV. 2. 26.

38. *Aetatem.*] H. e. per omnem aetatem. Supra, II. 4. 12. Vide Donatum ad Hec. V. 1. 20. Gr. διὰ βίου. Lucilius: *Namque videtis, uti multos mensesque diesque, Non tamen* aetatem *tempestate hac scelerosi Laetentur.*

39. *Pax!*] Vide supra II. 3. 50.

40. *Tantum sat habes?*] H. e. contentus es? Ita And. IV. 2. 22. et 27. Eun. III. 2. 32. [*Tantum* interdum minuit potius quam auget. Caesar B. G. VI. 35. *praesidii tantum est, ut ne murus quidem cingi possit.* Coelius Cic. Epist. VIII. 8. *bellum tantum erit.* Vid. Manut. ad Cic. Epist. ad Div. I. 7.]

41. *Quid si nunc coelum ruat?*] Vani timoris expressio. Ad eundem modum dixit Virgilius, Georg. I. 324. *ruit arduus aether.* Martialis, III. 100. 3. *Imbribus immodicis* coelum *nam forte* ruebat. Vide Comment. maiorem.

Cl. Métuo quid agam. *Sy.* Métuis? quasi non ea potestas sít tua,
Quó velis in témpore, ut te exsólvas: rem faciás palam.
Cl. Age, age, traducátur Bacchis. *Sy.* Optume: ipsa exít foras,

semper dicere solent, *quid si hoc vel illud accideret?* * Et ostendit suo responso, talia dicta esse ridicula, per hoc quod dicit, *Quid si redeo.* — 44. *Age, age.*] Vox consentientis, et qui victus est rationibus callidi servi. *Optume exit.*] Παρασκευὴ est alterius scenae.

[42. *Quasi non ea potestas* pro quasi id non sit in potestate tua. Cic. ad Attic. IV. 2. *volui meam potestatem esse vel petendi vel exeundi.* Idem in Vatin. c. 17. *an erit haec optio et potestas tua.* Vid. Gronov. ad Sueton. Aug. c. 13.]

43. *Rem facias palam.*] Ita res dicitur *palam esse.* Enn. I. 2. 24. Hec. IV. 4. 91. et *fieri.* Adelph. IV. 4. 14. Hec. I. 2. 30. Plautus passim.

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUARTA.

BACCHIS. CLINIA. SYRUS. DROMO. PHRYGIA.

Ba. Satis, pól, proterve mé Syri promissa huc induxérunt,

1. *Satis, pol, proterve.*] *Restat ad fallaciam et ad exterquendum argentum, ut Bacchis irata a Syro placetur, et ad Menedemum transeat.* *Satis pol.*] *Meretricis conquestio exprimitur, cuius*

---

1. *Induxerunt.*] H. e. impulerunt. And. II. 3. 25. [*Proterve* i. e. temere, inconsiderate. Hec. III. 5. 53. *Tu quoque proterve iracundus es.* ubi vid. Donatus. Infra IV. 6. 10. *Quam paene tua me perdidit protervitas.*]

Decém minas quas mihi dare est pollícitus: quod si is núnc me
Decéperit, saepe óbsecrans me, ut véniam, frustra véniet.
Aut quám venturam díxero et constítuero: quanti is cérto
Renúntiarit, Clítipho cum in spé pendebit ánimi: 5
Decípiam, ac non veniám: Syrus mihi tergo poenas péndet.

V. 2. ante Bentl. erat *dare pollicitus est.*
V. 5. Bentl. corr. *Renuntiabit.* Idem cum Faërno ex cod. Bemb. *in* ante *spe pendebit* restituit.

---

tota indignatio dependet ex non studiis pecunia. Promisso.] Cicero, *Promissa tua memoria teneo.* Aliter accipitur, cum dicimus *promissa barba*: nam *promittere* est polliceri: et ad magnitudinem nutrire. *Plautus*, *Capillum promittam. Promissa.*] Dicitur *promissum* et *promissio. Promissio* et *pollicitatio* eandem vim habent; sed *pollicitatio* maioris asseverationis est. *Huc induxerunt.*] *Inducitur* aliquis, cum verbis alterius decipitur. In Andria, *Vide quo me inducas.* — 2. *Pollicitus.*] *Pollicemur* magis sponte: *promittimus* rogati. — 3. *Ut veniam, frustra veniet.*] Pulchra permutatio eiusdem verbi per tempora, quae convenit iratis. — 6. *Spe pendebit animi.*] Quod est corporis, ad cruciatum animi transtulit. Supra visum est quam torqueantur amantes in amicarum expectatione. — 6. *Ac non veniam.*] Mira meretricis calliditas exprimi-

---

2. *Decém minas.*] Sensus est: *Decem sunt minae, quas minas mihi dare pollicitus est.* Supra III. 3. 40. [*Decem minas quas* monente Bentleio eadem constructione, qua Andr. prol. v. 3. *populo ut placerent quas fecissent fabulas.* ubi vid. annot.]

4. *Constituero.*] H. e. certum tempus dixero. And. I. 5. 34. Eun. III. 4. 3. Hec. I. 2. 120. Cicero, Fam. VII. 4. *Si quid* constitutum *cum podagra habes, fac ut in alium diem differas.* Iuvenal. Sat. III. 12. *Hic ubi nocturnae Numa* constituebat *amicae.*

5. *Pendebit animi.*] H. e. incertus erit. Plautus, Merc. I. 2. 18. *Ego animi pendeo.* [*Animi pendere* est anxium et dubium esse. Cic. Tusc. Disp. I. 40. *Exspectando et desiderando pendemus animi.* Liv. VII. 30. *Quid illis nos sollicitis ac pendentibus animi renuntiari iubeatis.* ubi vid. Gronovius. Et *pendere* simpliciter sic dicitur Plin. Epist. VI. 6. Senec. de Benef. VI. 16. ubi vid. Gronovius.]

6. *Mihi tergo poenas pendet.*] Ita Hec. I. 2. 33. Plau-

Cl. Satis scite promittit tibi. *Sy.* Atqui tu hunc locari crédis?
Faciet, nisi caveo. *Ba.* Dórmiunt: pol ego istos commovebo.
Mea Phrygia, audisti, módo iste homo quam villam demonstrávit
Charini? *Ph.* Audivi. *Ba.* Próximam esse huic fúndo ad dextram? *Ph.* Ménini. 10

V. 8. Bentl. *ego pól istos comm.*

---

tur; iam cogitavit quemadmodum Syrus videatur apud Clitiphonem vanus et mendax, ex quo ab illo verberetur. *Mihi.*] In meam ultionem. *Virgilius: Post* mihi *non simili poena commissa Lucretia.* — *Poenas pendet.*] Persolvet. *Virgil. tum pendere poenas Cecropidas iussi.* — *7. Satis scite.*] Hoc cum risu pronunciandum. *Scite.*] *Pulchre:* In Andria, *Scitus puer. Promittit.*] Scilicet, *venturum. Hanc credis?*] *Hanc* et ad contemtum et ad odium dixit. Habent enim ista pronomina quandam emphasin. — *8. Dormiunt.*] Otiosi sunt et negligentes. *Pol istos commovebo.*] *Bene istos*, quasi odiosos. In Eunucho, *Cum milite isto. Virg. aut quid petis istis?* Haec enim pronomina aperuentis sunt, odiumque ostrantis. — *9. Mea Phrygia.*] Hoc est proprium meretricis, ultro excludere amantem, et alium recipere, vel se ad alium conferre. *Phrygia.*] Nomen a regione, sicuti *Lesbia, Andria, Samia. Quam villam.*] *Villa* domus in agris, quo rustici res vehunt et evehunt. *Virg. Et iam summa procul villarum culmina fumant.* Uterer *Varronis* testimonio ex primo de Re Rustica ad Fundaniam, nisi notum esset. — *10. Ad dextram.*] Indúcit memorem meretricem, nec oblitam ubi sit et quid agat amans nam huiuscemodi mulieres nil aliud agunt, nil aliud

---

tus, Pers. II. 3. 12. *tax, tax,* tergo *meo erit.* Asin. II. 4. 77. *Pro vestris dictis maledictis* poenae pendentur mihi *hodie.*

7. *Promittit.*] H. e. minatur. Simili catachresi usus Plautus in simili re, pro, minatur, Epid. I. 2. 21. *bene promittis.* Sinon apud Virg. Aen. II. 94. *me, fors si qua tulisset, Si patrios unquam remeassem victor ad Argos,* Promisi *ultorem, et verbis odia aspera movi.*

8. *Dormiunt.*] H. e. securi sunt, nec verba mea ad animum referunt. Ita Adelph. IV. 5. 59. Phorm. V. 8. 18. Coelius Ciceroni, Fam. VIII. 17. *Vos* dormitis, *nec haec adhuc mihi videmini intelligere.* — *Commovebo.*] Ita Andr. V. 2. 23.

Ba. Currículo percurre: ápud eum milés Dionýsia ágitat.
Sy. Quid haec [in]coéptat? *Ba.* Dic me hic óppido esse invítam, atque adservári:
Verum áliquo pacto vérba me his datúram esse, et ventúram.
Sy. Perii hércle. Bacchis, máne, mane: quo míttis istanc, quaéso?
Iube, máneat. *Ba.* I. *Sy.* Quin ést paratum argéntum. *Ba.* Quin ego máneo.

V. 12. Bentl. corr. *coeptat*, metri gratia. Libri *inceptat*. Nonnulli *haec* om.

---

curant, quam quomodo aliquid ab amantibus extorqueant. — 11. *Curriculo.*] Hoc loco adverbium, alias nomen. *Apud eum miles.*] Hic est, de quo superius Syrus, *Nam miserum quendam offendi ibi militem, Eius noctem orantem; haec arte tractabat virum. Dionysia agitat.*] Aliter *agitat* accipitur, quum dicimus *agitat convivia et Dionysia:* et aliter quum dicimus, *agitat vitia. Iuvenalis, Haec ego non agitem?* — 12. *Quid inceptat?*] Tanquam de magno facinore dixit; nam *inceptare* et *incipere* magnorum est facinorum. *Servari.*] *Custodiri:* vel melius, *suspiciose observari:* ut illud Virgilianum, *Quod superest, coeli menses et sidera serva.* — 14. *Mane, mane.*] Haec singula verba, si diligenter notes, Syri magnam trepidationem indicant: ideo statim de argento mentionem fecit, in quo lis omnis pendebat inter Syrum et Bacchidem. — 15. *Quin.*] Pro *immo* hoc loco ponitur. *Quin.*] Repetit Bacchis Syri verbum, ut mos est

---

11. *Curriculo percurre.*] Ita Plautus, Rud. III. 6. 17. *Curro curriculo domum.* [Epid. I. 1. 12. *Curriculo occoepi sequi.* Mil. Glor. II. 6. 43. *Transcurre curriculo ad nos.*] Et passim alibi. Afranius in Repudiato: *Age*, curre cursim *ad Numisium occulto.* Est vero *curriculum*, quod cursoribus certantibus emetiendum spatium est praefixum. — *Dionysia agitat.*] Supra I. 1. 110. Hec. I. 2. 18. Ovidius, Metam. VII. 431. agitant convivia *patres.* [ubi v. Burmann.] Suetonius, Claud. 32. Convivia agitavit *et ampla et assidua.*

[12. *Asservari* i. e. invitam teneri. Liv. XXIV. 45. *nocte clausum asservabant.* Andr. V. 2. 24. *cura adservandum vinctum.*]

15. *Argentum.*] Intelligit de pecunia numerata, more comico. Ceterum Bacchis comice iterat Syri istud *quin.*

Sy. Atqui iam dabitur. *Ba.* Ut lubet. nam ego insto? *Sy.* At scin' quid, sódes?
Ba. Quid? *Sy.* Trànseundum nùnc tibi ad Menedémum est, et tua pómpa
Eo trádecenda est. *Ba.* Quám rem agis? scelus. *Sy.* 'Egon'? argentum cúdo,
Quod tibi dem. *Ba.* Dignam mé putas, quàm illúdas? *Sy.* Non est témere.
Ba. Etiámne tecum hìc trés mihi est? *Sy.* Minimé: tuum tibi réddo. 20

iratorum. — 16. *Num ego insto?*] Fingit se non magnopere curare, ut habeat argentum: quemadmodum faciunt hi qui defessi sunt diu petendo aliquid. *Sedes?*] Blandientis adverbium. — 18. *Eo.*] Ridicule additum: ut sit *eo* loci adverbium. *Quam rem agis? scelus.*] In Andria, *Ubi est illic scelus.* Et ad intellectum, non ad verba redigitur; nam et *scelus*, *scelestus* intelligitur. Et plus dixit quam, *sceleste*: ut, *Tu nihil nisi sapientia es.* *Martial. Non vitiosus homo es, Zoile, sed vitium.* *Argentum cudo.*] Ioculariter dixit. *Cuditur* enim *pecunia*, dum imprimitur. — 19. *Quam illudas?*] In Andria, *Adeone vobis videmur esse idonei, In quibus sic illudàtis? Illudo in te* septimo casu: et *illudo te* accusativo dicimus; dicitur quoque *illudo tibi.* *Non est temere.*] Sic dicitur quando aliquid fit non sine magna ratione. — 20. *Hic.*] *In hac re*, ut ad Menedemum traducar. Et est cum interrogatione legendum, ita ut neget, non

---

16. *Tua pompa eo traducenda.*] Proprie. Respiciens autem pompam Circensem et Triumphalem intelligit ancillarum gregem. Plautus, Mil. I. 1. 67. *Ut te quasi* pompam *illa* praeterducerem. Ovidius, Metam. XIII. 699. *cineri materno* ducere pompam. Cicero de turba proconsulari et apparatu triumphi, quem secum ex provincia adportabat, Att. V. 9. *Munus hoc extraordinarium* traducamus. [*Scin' quid sodes?* subaudi *facias* vel *facere te velim.* Sic Phorm. I. 2. 61. *Scis quam? quo evadat vide?* intellige *Amare coepit.* Alibi plene protulit, ut Hecyr. V. 1. 27. *Lepida es. sed scin quid volo potius sodes facias? Quid? cedo.* Bentleius.] — *Argentum cudo.*] Plautus, Mostell. IV. 2. 11. *Tace sis, faber, qui* cudere *soles* plumbeos nummos.

20. *Tecum res mihi est.*] Ita Eun. IV. 6. 10. et 21. Supra II. 4. 8. Plaut. Menaechm. III. 2. 17. *Quasi res cum ea esset mihi.* [*Etiamne* est *adhuc, amplius, diutius.* Non igitur indignatur, quod cum servo sibi res sit, sed quod tam diu et frustra; cum promissa eius, decem minae, non apparerent. Respondet Syrus: *Minime,* diutius: reddo tibi *tuum*, i. e. quod tibi pollicitus sum. Adelph. II. 2. 41. *Meum mihi reddatur.* Bentleius.]

Ba. Fátur. *Sy.* Sequere hac. heús Dromo. *Dr.* Quis mé volt? *Sy.* Syrus. *Dr.* Quid ést rei? *Sy.* Ancíllas omnes Bácchidis tradúce huc ad vos própere.

Dr. Quamobrém? *Sy.* Ne quaeras. éfferant quae sécum huc attulérunt.

Sperábit sumtum sibi senex levátum esse harum ábitu. Nae, ille haúd scit, paullúm lucri quantum eí damni adpórtet.

Tu néscis id, quod scís, Dromo, si sápies. *Dr.* Mutum dices.

venisse ea gratia. — 21. *Fatur.*] Cito flectitur, et quia mulier, et meretrix, quae trahitur minimo lucello. *Et *fatur* impersonaliter, q. d. *a me*, vel, *a meis ancillis.* — 23. *Quamobrem?*] Dromo utpote tardiusculus non intelligit Syri consilium; de eo superius, *Ille Cliniae servus tardiusculus est.* — 25. *Damnum.*] *Damnum*, rei est: *malum* vero, hominis. Persolvet Chremes argentum ex fallacia Syri: quod erit maius *damnum*, quam si permansisset meretrix. — 26. *Tu nescis id, quod scis, Dromo.*] In Eunucho, *Tu pol, si sapis, quod scis, nescis.* Non possumus *nescire* quod *scimus*: sed ita, ut *concordia discors. Virgil. Sequiturque sequentem. Nescis id, quod scis.*] Hoc est quod dicitur, *Quod scis, nescis;* proverbiale est, et multum apud Dialecticos tractatum: ut, *facio* et *non facio*, et, *amicus sum* et *non sum*, et, *audio* et *non audio*, et caetera huiusmodi.

---

24. *Sumtum sibi levatum esse.*] Aliter Cicero, Fam. III. 12. *Leva me igitur hoc onere.*

26. *Tu nescis id, quod scis.*] Vide ad Eun. IV. 4. 54. — *Mutum dices.*] Ita solent, qui tacituros se promittunt. Plautus, Pers. II. 2. 58. *Pae. Ne hoc cuiquam homini edicerem, omnes* muti *ut loquerentur prius. So. Et edictum est magnopere mihi, ne cuiquam homini crederem; Omnes* muti *ut loquerentur prius hoc.*

ACTUS QUARTUS.

SCENA QUINTA.

CHREMES. SYRUS.

Ch. Ita mé Dî amabunt, út nunc Menedemí vicem
Miserét me; tantum dévenisse ad eúm mali.
Illánccine mulierem álere cum illa fámilia?
Etsí scio, hosce aliquót dies non séntiet:
Ita mágno desidério fuit ei filius: 5

V. 5. qui in uno cod. deest, subditîtius videtur Bentleio. Nam non *fuit*, sed *est* fuisse dicendum. Praeterea versu abhinc tertio rursus recurrere *filius*, et in fine itidem: quod ei nimis videtur invenustum. Sed *fuit* recte dictum. Respicit enim Chremes colloquium antea cum Menedemo habitum. Nec *filius* inepte repetitum.

1. *Ita me Dî amabunt.*] *Hic est transacta Syri fallacia, et tandem extorquetur argentum: et idem est Chremes qui fuit in prima comoediae parte; miseretur enim Menedemi, et eius vicem dolet, credens Baochidem amicam Cliniae esse.* — 2. *Tantum mali.*] Prorius dixisset *damni:* niti ad aegritudinem animi referas. — 3. *Illanccine mulierem.*] Hoc est quod supra dixi, ista pronomina afferre contemtum et odium. *Cum illa familia?*] Cum stomacho dixit, id quod superius facete Syrus *pompam* appellavit. — 5. *Ita magno desiderio.*] Vix in primis explebile desiderium illius rei est quam diu optavimus: sed eius postea in dies paulatim nos satietas capit.

1. *Menedemi vicem miseret me.* De hac constructione vid. Perizon. ad Sanct. Min. II. 3,

3. *Alere.*] Proprie. And. I. 1. 30. Plautus, Menaechm. I. 1. 22. *Illic homo homines non* alit, *verum educat, Recreatque.* Horat. Serm. I. 3. 11. alebat *saepe ducentos, Saepe decem servos, modo Reges atque Tetrarchas.* — *Familiâ.*] Intelligit famulorum famularumque gregem. Phaedrus, III. 19. 1. *Aesopus domino solus cum esset* familia. ubi vide Interpretes.

Verum ubi videbit tántos sibi sumtús domi
Cotídianos fieri, nec fieri modum,
Optábit rursum ut ábeat ab se filius.
Syrum óptume eccum. *Sy.* Césso hunc adoriri? *Ch.*
Syre. *Sy.* Hem!
***Ch.* Quid ést? *Sy.* Te mi ipsum iám dudum optabám dari.**
***Ch.* Vidére egisse iám nescio quid cúm sene.**

V. 7. Bentl. corr. *cotidiano* i. e. cotidie. Non opus.
V. 10. Bentl. corr. *iamdudum exopto dari.* Videlicet codd. ipsius *exoptabam.*

— 7. *Nec fieri modum.*] Quod plus est, et ad prodigalitatem accedit. — 9. *Eccum!*] In Andria, *Atque eccum; video.* Superius dixi, *eccum*, *ellum* resolvi per adverbia, non per nomina: sed tamen secundum Donatum *eccum*, quasi *ecce eum*, veteres dixerunt. *Eccum*, *ellum:* quod apertius significat *ecce eum*, *ecce illum.* *Ceseo hunc adoriri?*] Quasi de improviso alloqui, aggredi. In And. *Hiccine me si imparatum in veris nuptiis Adortus esset? Adoriri* dicitur, qui ex insidiis repente invadit. Dictum ab eo, quod corpora aggredientium exsurgant subito atque increscant. *Hem!*] Interiectio laeti, alias perturbati. — 10. *Te mihi ipsum iamdudum.*] Laurentius Valla, Vir omnium nostrae aetatis eruditissimus, dicit, *dudum* et *iamdudum* de parvo tempore dici, unius horae, aut semihorae, aut duarum horarum, vel ad summum quatuor. Sed Donatus illud Terentianum exponens, *Iamdudum: aetatem; lites inter eos factae*, sic inquit, Quia *iamdudum* infinitae morae est, addit *aetatem*, ut ostendat multum abiisse temporis: ut factum est. *Iamdudum: aetatem*, pro longinquo tempore. *Lucilius*, *Ut multos menseseque diesque: Non tamen* aetatem. *Aetatem*, diu, longinquoque tempore ac prolixo, ut est *aetas*, et quae sequuntur. — 11. *Videre egisse.*] Colligit hoc ex verbis Syri, a quo exoptaretur: credebat enim senex, se a ser-

[6. *Sumptus domi quotidianos fieri.* Bentleius eleganter legit *sumptus domi cotidiano fieri.* Veteres saepe pro *quotidie* dicebant *quotidiano* intelligentes tempore. Vid. quae diximus ad Rutil. Lup. I. p. 11. Verumtamen servari potest vulgata lectio. Nam saepe bina vel tria epitheta sine copula iunguntur a Terentio. Andr. IV. 5. 35. Vid. Burmann. ad Sueton. Aug. c. 81. et ad Lucan. X. 229.]

7. *Nec fieri modum.*] H. e. finem. Plautus, Menaechm. II. 1. 8. *Nam* quid modi *futurum est illum quaerere?*

Sy. De illó quod dudum? dictum ac factum réddidi.
Ch. Bonán' fide? *Sy.* Bona hércle. *Ch.* Non possúm pati,
Quin tibi caput demúlceam. accede húc, Syre:
Faciám boni tibi áliquid pro ista re, ác lubens.
Sy. At si scias, quam scíte in mentem vénerit.
Ch. Vah, glóriare evénisse ex sententia?
Sy. Non hércle vero: vérum dico — *Ch.* Dic, quid est?
Sy. Tui Clitiphonis ésse amicam hanc Bácchidem:

V. 13. Bentl. sic distinguit: *Syr. Bona. Chr. Hercle non possum p.* etc.

vo non optari, nisi gratia fallaciae in Menedemum. — 12. *Ac factum reddidi.*] Secure et cum magna audacia pronuntiat: et plus est quam si diceret, *feci.* — *13. *Bona hercle.*] *Hercle* ornativa particula. In Andria: *Puer* hercle 'st. Hoc loco potest esse affirmativa. — 14. *Caput demulceam.*] Magni blandimenti signum, quod fit, quoties in re optata domino servus ex sententia obsequitur. — 15. *Boni aliquid.*] Non dicit quid: ut eum laetiorem reddat, et in spe magni boni detineat. — 18. *Hercle vero.*] Adverbia sunt confirmativa. *Non hercle vero: verum dico.*] Negat se gloriari, et se veridicum fatetur: ut hi, qui re magna peracta, fingunt se non gloriari, ut sint maioris fidei et auctoritatis. — 19. *Tui Clitiphonis.*] Hoc

12. *Dictum ac factum reddidi.*] Vide ad And. II. 3. 7.

13. *Bonan' fide?*] Formulae speciem habet. Plautus, Aul. IV. 10. 42. Ev. *Dic* bona fide: *tu id aurum non surripuisti?* Ly. Bona. [*Bona fide* i. e. serio, vere. Flor. II. 1. *populus Romanus quum bona fide adolevisset.* ubi vid. Dukerus.] — *Non possum pati, quin.*] Elegans formula, pro qua Eun. V. 2. 20. *Vix me contineo, quin.* Eodem sensu, *facere non possum, quin; nequeo mihi temperare, quo minus.* Cicero, Apuleius, Plautus, et Plinius dixerunt.

14. *Tibi caput demulceam.*] Lucilius, XXIX. 25. *Hic ubi me videt, subblanditur, palpatur,* caput scabit, *pedes legit.* Palladius, Martio, Tit. XII. de domandis bobus: *Tunc appellationibus blandis et illecebris oblatorum ciborum non a latere, neque a tergo, sed a fronte accedens bubulcus* admulceat.

15. *Faciam boni tibi aliquid.*] Ita Adelph. V. 5. 5. et V. 6. 8.

17. *Ex sententia.*] Supra IV. 3. 5.

Menedémo dixit Clínia: et ea grátia
Secum ádduxisse, né tu id persentísceres.
Ch. Probé. *Sy.* Dic sodes. *Ch.* Nímium, inquam.
Sy. Immo si scias.
Sed pórro auscúlta, quód superest fallácíae.
Sese ípse dicet tuám vidisse fíliam:
Eius sibi complacitam fórmam, postquam adspéxerit.
Hanc cúpere uxorem. *Ch.* Módone quae inventa ést?
Sy. Eam.
Et quidem iubebit pósci. *Ch.* Quamobrem istúc, Syre?
Nam prórsum nihil intélligo. *Sy.* Vah! tárdus es.

V. 21. Bentl. *Se eam traduxisse:* videlicet ne *se* desideretur. Sed pronomina personalia ita saepe reticeri, ad Andriam et Eunuchum observatum est.

V. 22. *si scias* Bemb. et Vatic., quod Faërn. et Westerh. comprobant. Ceteri libri *sic satis*, probante Bentleio.

V. 23. Bentl. *quid super fallácíae est.* Nimirum quattuor ipsius codd. *quid* et cod. Lindenbr. *quod super fallacias est.*

V. 24. Bentl. corr. *Se deinde dicit tuam vidisse filiam.* Nam *Sese ipse*, inquit, putidum et insulsum. Quis enim alius hoc dicet? Sed recte habet.

V. 26. Bentl. ex codd. *sub prorsus.*

---

est quod superius Syrus, *Qui vim tantam in me, et potestatem habeam tantae astutiae, Vera dicendo, ut eos ambos fallam.* Inferius Chremes non credet Menedemo Bacchidem Clitiphonis esse amicam. — 22. *Immo sic satis.*] *Sic* dixit, ut qui suspicaretur a Chremete dictum, nimium inquam, non serio, sed loco. — 24. *Tuam vidisse filiam.*] Neque hoc Menedemo creditura est Chremes, dum dicet inferius, *Et illum aiunt velle uxorem.* — 27. *Iubebit posci.*] Id est, *peti. Petimus* aliquid precario: *poscimus* imperiose: *postulamus* iure. — 28. *Prorsus nihil intelligo.*] *Prorsus* pro eo quod est *omnino.* Sunt qui coniunctionem velint. Vel *prorsus*, *certe*, *recte*, *vere.* Et dicitur quasi *porro versus*; nam *prorsum* est *porro versum*, id est, ante versum. Hinc et *prorsa oratio*, quam non inflexit cantilena. *Hui.*] Interiectio mirantis. Et hoc cum gestu servili, et

---

25. *Complacitam formam.*] Ita And. IV. 1. 21.
27. *Posci.*] Nimirum, in matrimonium.

Ch. Fortásse. *Sy.* Argentum dábitur eii ad núptias,
Aurum átque vestem, quí tenesne? *Ch.* Cómparet?
Sy. Id ípsum. *Ch.* At ego illi néque do, neque despóndeo.
Sy. Non? quámobrem? *Ch.* Quamobrem? mé rogas? homini! *Sy.* 'Ut lubet.
Non égo dicebam, in pérpetuum illam illi út dares,
Verum út simulares. *Ch.* Nón mea 'st simulátio.

V. 29. ante Bentl. erat *ei.*
V. 32. Bentl. corr. *Nam quamobrem?* ut Eun. V. 2, 58. Frustra.
V. 33. Bentl. pro *in perpetuum illam illi ut d.* de suo scripsit: *serio ut illam illi dares.* praeter necessitatem et nimis audacter, licet codd. aliquot *perpetuo* habeant.
V. 34. Bentl. corr. *non meumet simulatio.* nescimus cur. Nam codd. certe huic lectioni non patrocinantur.

---

leviori personae congrue dictum. — 29. *Argentum dabitur.*] Scilicet a Menedemo; inferius Chremes, non immemor verborum, Menedemo dicet, *Et illum aiunt velle uxorem: ut quum desponderis, Des qui aurum, et vestem, atque alia, quae opus sunt, comparet.* — 30. *Qui.*] Pro *quo.* — 31. *Nec spondeo.*] Proprie dixit. *Spondet* pater puellae: *despondet* pater adolescentis. In Andria, *Placuit; despondi.* — 32. *Fugitivo dabo?*] A conditione personae Cliniam vituperat: nam *fugitivi* proprie *servi.* Unde in edicto Aedilium Curulium titulus est servorum fugitivorum, *Si quis fugitivus, errove sit, noxave solutus non sit.* *Homini fugitivo.*] Dicitur *homo fugitivus*, et *servus fugitivus*, non *fugitivus servus*, quia tunc est superfluum, ut testatur Quinctilianus. Ergo dicendum, *servus fugitivus*, vel *fugitivus*, sine additamento. — 33. *Non ego perpetuo.*] *Virg. Connubio iungam stabili, propriamque dicabo.* Illa datur *per-*

---

30. *Aurum atque vestem.*] Ita supra II. 3. 7. et 11. III. 1. 43. Infra IV. 8. 15. V. 1. 20.

31. *Despondeo.*] Promisque de filio et filia utebantur *despondendi* verbo. Ita mox, Vs. 36. et infra IV. 8. 26. V. 1. 18. Vide Comment. maiorem ad And. I. 1. 75.

32. *Homini.*] *Αποσιώπησις* apta stomachanti. Sensus est: Egone homini in alieno amore occupato et meretricem amanti filiam darem in seditionem atque incertas nuptias?

34. *Non mea est simulatio.*] Ita supra III. 2. 38.

Ita tu istaec tua miscéto, ne me admisceas.
Ego, cui daturus nón sum, ut ei despóndeam?
Sy. Credébam. *Ch.* Minime. *Sy.* Scíte poterat fíeri.
Et ego hóc, quia dudum tú tantopere iússeras,
Eo coépi. *Ch.* Credo. *Sy.* Caéterum equidem istúc, Chreme,
Aequí bonique fácio. *Ch.* Atqui cum máxume
Volo té dare operam, ut fíat, verum aliá via.
Sy. Fiát. quaeratur áliud. sed illud, quód tibi
Dixí de argento, quód ista debet Bácchidi,
Id núnc reddendum 'stílli, neque tu scílicet
Eo núnc confugies: quíd mea? num míhi datum est?
Num iússi? num illa oppígnerare fíliam

pesuo, quae omnes annos cum marito exigit. — 35. *Tua miscéto.*] Verba probi viri, qui non vult adhaerere consilio alterius in re non probabili. — 36. *Cui daturus non sum.*] Argumentum ab aequo. Non aequum, non leges ipsae concedunt, ut quis pater filiam alicui spondeat, deinde deneget. — 39. *Isthuc Chreme.*] In re non probabili vult inire opinionem optimi servi, qui domino bona fide morem gerat, et pro viribus obsequatur. — 42. *Fiat: quaeratur aliud.*] Astute et callide in omnibus assentitur hero: quia iam lenibus verbis extorquebit argentum. — 45. *Eo nunc confugies.*] Id est, ad rationes quas statim callide subiicit; magna vis est persuasionis: quoniam non prius amovemus ea quae is responderet, a quo ali-

---

35. *Ne me admiscéas.*] Ita infra V. 2. 22.

40. *Aequi bonique facio.*] Vide de hac constructione Perizon. ad Sanct. Min. IV. 7. 2. — *Cum máxime.*] Sensus est, *Ita nunc volo, ut eum maxime volo.* Adelph. IV. 1. 2. Phorm. I. 4. 27. Florus, IV. 1. 3.

[45. *Eo nunc confugies* i. e. hoc excusationis causa dices, hoc effugium quaeres. Cic. Verr. III. 83. *An quoniam, hoc cum non audes dicere, illuc confugies.*]

46. *Oppignerare.*] *Pignerare* et *oppignerare* est dare pignori, opponere pignori; sed *pignorari*, capto pignore sibi quem obligare. Martialis, II. 57. 7. Oppignaverit *Claudii modo ad mensam Vix octo nummis annulum, unde coenaret.*

Meám, me invito, pótuit? verum illúd, Chreme,
Dicúnt, Ius summum saépe summa málitia est.
Ch. **Haud fáciam. *Sy.* Immo, aliis si licet, tibi nón licet.**
Omnes te in lauta, et bene aucta parte putant.
Ch. **Quin égomet iam ad eam déferam. *Sy.* Immo filium**
Iube pótius. *Ch.* Quamobrem? *Sy.* Quia enim in hunc suspício 'st
Translata amoris. *Ch.* Quid tum? *Sy.* Quia vidébitur
Magis vérisimile id esse, quum hic illi dabit.

V. 47. Bentl. corr. *vere illud*, *Chr.* Praeter necessitatem.
V. 50. Bentl. sic refinxit: *Omnes te in lauta esse et bene aucta re putant.*

---

quid petimus. — 47. *Me invito, potuit?*] Haec pro Chremete essent, et iure non teneretur reddere id argentum. — 50. *In lauta.*] Non decet eum qui lautae vitae sit et splendidae, in omnibus iuris rigorem observare, nam qui ad unguem ius servant, asperi, difficiles, et tenaces multis videntur. — 51. *Egomet.*] Senex gloriae cupidus, adeo flectitur verbis Syri, ut ad meretricem cum argento festi-

---

[47. *Verum.* Bentleius edidit *vere.* Sed *verum* aliquando pro *vere* ponitur. Liv. XXXV. 19. *Id me verum dicere, pater Hamilcar et Dii testes sunt.*]

48. *Summum ius saepe summa malitia est.*] Aliter citat Cicero, Off. I. 10. Summum ius, summa iniuria, *factum est illud tritum sermone proverbium.* Columella, I. 7. *Nam* summum ius *antiqui* summam *putabant* crucem.

50. *In lauta et bene aucta parte.*] Decius Laberius, Rectore: *Ne* in re bona *videam* esse *nequam filium.* Cicero, Catil. IV. 9. *Auctas exaggeratasque fortunas.* [*Omnes te in lauta et bene aucta.* Palmerius legit *omnes te in lauta et bene uncta parte putant*, quae coniectura placet Burmanno ad Petron. c. 43. p. 196. sed non mutanda vox *aucta.* Nam recta et latina sunt *augeri opibus, auctus re, fortuna* etc. Flor. IV. 2. 10. *Vellet auctiores opes.* ubi vid. Dukerus. Verum vox *parte* merito suspecta est viris eruditis. Bentleius reponit *et bene aucta re putant*, ut Horat. Epist. I. 16. 68. *Semper in augenda festinat et obruitur re.*]

Simul ét conficiam fácilius ego, quód volo. 55
Ipse ádeo adest. abi: éffer argentum. *Ch.* 'Effero.

V. 55. Bentl. *Es simul.*

---

nare cupiat. — 55. *Simul et conficiam.*] Hoc loco pro *efficiam* ponitur: quo saepius in hac significatione *Cicero* utitur. Ab hoc, *confectum*, proprie verbum convenit gladiatoribus his, qui gravissimis vulneribus occubuerunt. *Cicero* in Catilinam, *Gladiatori illi confecto et sancio.*

---

55. *Conficiam.*] Intelligit argentum. Ita Phorm. I. 1. 4.

ACTUS QUARTUS.

SCENA SEXTA.

CLITIPHO. SYRUS.

***Cl.* (*secum*) Nulla ést tam facilis rés, quin difficilis siet,**
Quam invítus facias. vél me haec deambulátio,
Quam nón laboriósa, ad languorém dedit.

1. *Nulla est tam facilis res.*] Hic exprimitur amantis constantia, qui ob nimium amorem Syro in re sua irascitur: dehinc paulo momento illum demulcet. *Quin.*] Pro, *quod non.* *Difficilis.*] Huic illud contrarium, *Nihil difficile homini volenti.* — 2. *Vel me haec.*] *Vel* modo non est disiunctiva coniunctio, sed pro *etiam* posita, ut apud *Virgilium*, *Vel Priamo miseranda manus.* *Haec deambulatio.*] Quae facilis et non laboriosa; nam *deambulatio* homini

---

1. *Nulla est tam facilis res.*] At contra, teste Ovidio, Amor. I. 2. 10. *Leve fit, quod bene fertur, onus.*

3. *Ad languorem dedit.*] Plautus, Asin. III. 2. 28. *Ubi saepe* ad languorem *tua duritia* dederis *octo Validos lictores ulmeis affectos lentis virgis.*

Nec quídquam magis nunc métuo, quam ne démo
Miser áliquo extrudar hinc, ne accédam ad Bácchidem.
Ut té quidem omnes Di Deaeque, quantúm 'st, Syre,
Cum túo isto invento cúmque incepto pérduint!
Huiúsmodi res sémper comminíscere,
Ubi me éxcarnifices. Sy. I tu hinc quo dignus es.
Quam péne tua me pérdidit protérvitas!

V. 6. Bentl. *que* metri causa delevit. In codd. *quidem* sedem variat.

V. 9. Bentl. corr. *ibin hinc quo dignus es.* Num forte post *hinc* excidit *iam?*

---

potius voluptatem quam laborem affert. — 6. *Ut te omnes quidem Dt.*] Improvidus adolescens non considerat quid a Syro in rem suam peractum sit, sed omnia ad voluptatem suam refert. — 7. *Istoc invento.*] Cum contemtu atque odio haec pronuntiantur. *Tuo istoc invento, cumque incepto.*] Quasi de magno facinore; nam *inceptum*, et *inceptare*, et *incipere*, magnorum est facinorum. *Perduint.*] Et antiquum est, et Plautinum. — 8. *Comminiscere.*] Pro *comminisceris*, id est, *fingis*; hinc *commentum*. Alibi, *Atque ipsis hoc commentum placet.* — 9. *Excarnifices.*] Terribiliter *excarnifices* dixit, hoc est, *exercucies*. *Excarnificare* deductum est a *carnifice*. *Carnifex* est, qui carnes ex homine facit, nam *caro* dicta est, eo quod careat anima. Et *caro* proprie dicitur mortuorum. *Virgil. Et corpora luce carentum.* Vel *caro* sit dicta quasi *cado*. *Virgil. Belloque caduci Dardanidae.* Quod iam scilicet sine anima sit, et cadat. *I tu hinc.*] Et hic secure exclamat: quod iam extorserit argentum. — 10. *Protervitas!*] Importunitas, vel petulantia.

---

6. *Di deaeque quantum est.*] H. e. quotquot sunt. Ita Plautus, Aul. IV. 10. 55. *Ut illum* Di *immortales omnes* deaeque, quantum est, *perduint!* Bacchid. V. 2. 51. *Senex optume*, quantum est *in terra*. [Catull. III. 2. *quantum est hominum venustiorum.* Phorm. V. 7. 10. *Quanta haec mea paupertas est.* Sic *quidquid* dicitur pro *quicunque*. Horat. Epod. V. 1. *O Deorum quidquid in coelo regit.* Liv. III. 25. *quidquid Deorum est.* Vid. Drakenb. ad Liv. XXXII. 37. 6.]

7. *Cum tuo istoc invento.*] Vide ad And. V. 4. 38.

9. *Ubi me excarnifices.*] H. e. quibus rebus me excarnifices. Solent comici adverbiis uti pro relativis. Plautus Capt. Caterva, versu 5. *Huiusmodi paucas poëtae reperiunt comoedias*, Ubi bo-

Cl. Velim hércle factum: ita méritus. *Sy.* Meritus! quómodo?
Nae me ístuc ex te prius audivisse gaúdeo,
Quam argéntum haberes, quód daturus iám fui.
Cl. Quid ígitur dícam tibi, vis? abiistí: mihi
Amícam adduxti, quám non liceat tángere.
Sy. Iam nón sum iratus, séd scin' ubi nunc sít tibi
Tua Bácchis? *Cl.* Apud nos. *Sy.* Nón. *Cl.* Ubi ergo? *Sy.* Apud Clíniam.
Cl. Perii! *Sy.* Bono animo es: iam árgentum ad eam déferes,

V. 11. Bentl. *meritu's*, i. e. meritus es.
V. 14. Bentl. corr. *Quid igitur tibi vis dicam? adisti mihi manum:* Nimirum *Adire manum alicui* Planto est *fallere, decipere, os sublinere, porrecta manu aliquid, quasi daturus sis, ostendere:* Hoc vero Syrum fecisse ait, qui se Bacchidem huc adducturum ostentaverit, quam tamen iam contrectare non liceat. Sed haec coniectura, quamvis ingeniosa, tamen non est necessaria.

Proservitas, levior est quaedam contumelia: *procacitas*, maior: *petulantia*, maxima. — 11. *Ita meritus.*] *Meretur* quis et bonum et malum. Et *mereri* et *promereri* est praestare beneficium. *Virgilius*, *Quique sui memores alios fecere merendo.* Et *idem*, *Nunquam, regina, negábo Promeritam.* — 12. *Ex te prius audivisse gaudeo.*] Sic fingimus, quando sumus collaturi beneficium in aliquem, et quicquam audimus quod non placet, nec tamen nos infensos reddat. — 15. *Non liceat tangere.*] Nimius est ardor in adolescente, cum videat amicam, nec tamen *tangendi* facultas datur. — 16. *Iam non sum iratus.*] Non potest prae nimia laetitia diutius reticere quod fecerit. *Iratus.*] *Iratus* est ex causa: *iracundus* ex moribus. *Scin' ubi nunc sit?*] Haec interrogatio gaudentis est, et cui omnia ex voto successerint. — 18. *Perii!*] Haec vox est amantis, aliquid mali suspicantis. *Quia amantibus omnia sunt suspecta. *Iam argentum.*] *Iam* nimiam velocitatem significat. *Deferes.*] In alia significatione accipitur illud Olympiadis ad Alexandrum, *Amabo*, inquit, *mi fili, quiescas, neque deferas me.* Hinc *delator.* —

---

meliores fiunt. — *I tu hinc, quo dignus es.*] Plautus, Menaechm. III. 2. 50. *Non tu abis, quo dignus es?*

Quod ei és pollicitus. *Cl.* Gárris. unde? *Sy.* A tuó patre.
Cl. Ludís fortasse me. *Sy.* Ipsa re experíbere.
Cl. Nae ego fórtunatus hóme sum! deamo té, Syre.
Sy. Qua causa id fiat, óbsecundato in loco.
Sed páter egreditur. cáve quidquam admirátus sis:
Quod imperabit, fácito: loquitor paúcula.

V. 22—24. ordine perturbati sunt. Omnès evanescunt difficultates, ubi versum 23. ante 22. locaveris, quod Muretus suasit nec Bentleio displicuit. *Cave*, inquit servus, *quidquam admiratus sis*, *qua causa id fiat*: sc. quod pater tibi decem minas det ad Bacchidem deferendas.

---

19. *Garris.*] Tanquam avis, unde *garrulus*. Et *garrire* is dicitur, qui inaniter loquitur. — 20. *Experibere.*] Antiquum est: nos dicimus *experiere*. *Iuvenalis*, *Experiar*, *quid concedatur in illis* etc. — 21. *Nae ego.*] *Ne*, id est *valde*. *Deamo te*, *Syre.*] Id est, *valde amo*. *De* hoc loco auget: alias diminuit. — 22. *Qua causa id fiat.*] Ut argentum habeamus, quod ad Bacchidem deferas. *Obsecundato in loco.*] *Obsecundare* est omnia ad alterius nutum facere. — 24. *Loquitor paucula.*] *Paucula* dixit, non *pauca*: et sic maiorem vim admonitio ista habitura est; nam *pauculo* coram patre loquetur Clitipho.

---

19. *Garris.*] Vide ad Pharm. III. 2. 11.

20. *Ludis fortasse tu me.*] Ita solent, vix credentes rem laetam sibi nunciatam veram esse. Adelph. IV. 5. 63. [*Experibere* antique pro *experiere*, ut scen. seq. v. 5. *opperibere* pro *opperiere*.]

21. *Deamo te.*] Grati animi expressio. Enn. I. 2. 106. Supra, II. 3. 119. Adelph. V. 3. 23.

22. *Obsecundato in loco.*] Simile praeceptum vide Andr. IV. 3. 20. Est autem *obsecundare* omnia alicui secunda et subservientia dicere et facere. Plautus, Truc. IV. 1. 3. *tempus ei rei* secundes.

ACTUS QUARTUS.

SCENA SEPTIMA.

CHREMES. CLITIPHO. SYRUS.

Ch. Ubi Clitipho nunc [est]? *Sy.* 'Ecoum me! inque. *Cl.* Eccum hic tibi!
Ch. Quid rei esset, dixti huic? *Sy.* Dixi pleraque omnia.
Ch. Cape hoc argentum, ac defer. *Sy.* Hei, quid stas? lapis!
Quin accipis? *Cl.* Cedo sane. *Sy.* Sequere hac me ocius.
Tu hic nos, dum eximus, interea opperibere:
Nam nihil est, illic quod moremur diutius.

V. 1. Bentl. *est* delendum censet. Nam *Clitipho* non potest ultimam corripere. Unus ex Regiis: *Ubi nunc iam est Clitipho?*
V. 3. Bemb. *Ii* pro *Hei.* Hinc Faërnus et Bentl. *I* dederunt.

1. *Ubi Clitipho nunc est?*] *Egreditur Chremes cum argento. Eccum me! inque.*] *Syrus subiicit verba Clitiphoni, quae patri respondeat. Inque.*] Raro alibi praeter *inquam* et *inquit* reperies. *Inque.*] Id est, *dic.* — 2. *Pleraque omnia.*] Hic adiectio in primo posita est loco. Adiectiones vero, aut in prima parte orationis, aut in ultima adiiciuntur. Hic ergo *pleraque* ex abundantia positum est. *Omnia* necessario additum in ultimo, sicut *interea loci, inscribi.* — 3. *Quid stas? lapis!*] Hoc dictum in ignavum. Illa vero, *caudex, stipes, asinus*, in stultum. — 4. *Quin.*] Pro, *cur non.* — 5. *Opperibere.*] Antiquum est, sicut *experibere.* —

2. *Pleraque omnia.*] Vide ad And. I. 1. 28.
3. *Lapis.*] Hominem stupidum *lapidem* vocabant. Ita infra, V. 1. 44. Hec. II. 1. 17. Plautus, Merc. III. 4. 46. *egomet credidi Homini docto rem mandare, is lapidi mando maximo.* Mil. IV. 2. 33. *Nullum est hoc stolidius* saxum.

Ch. Minás quidem iam décem habet a me fília,
Quas pró alimentis ésse nunc ducó datas:
Hasce órnamentis cónsequentur álterae.
Porro haéc talenta dótis adposcúnt duo.
Quam múlta iniusta ac práva fiunt móribus!

V. 10. Bentl. *adposcet.* Alii *adposcent.* Vid. ann.
V. 11. Bentl. corr. *Quam multa, iusta iniusta, fiunt moribus.* quod iam G. Fabricius ex coniectura dedit, probante Guyeto.

---

7. *Minas quidem.*] Inducitur tenax senex circa rem sollicitus, qui conqueritur de damno, quod illi acciderat de inventa filia. — 8. *Pro alimentis.*] Nam crediderat animum illam oppignerasse filiam Bacchidi. — 9. *Alterae.*] Id est, *totidem.* — 10. *Porro.*] Modo adverbium ordinis: alias temporis. *Haec adposcunt.*] *Haec* pluraliter pro *has.* In Eunucho, *Continuo haec adornant, ut lavet.* In Phor-

---

9. *Ornamentis.*] Videtur notari supellex, eaeque res, quibus instruenda et ornanda erat. Suetonius, Vitell. 14. *Vitellii, hostis sui, filiam splendidissime maritavit, dotavitque etiam et instruxit.* [*Hasce ornamentis consequentur alterae* i. e. mox aliae decem minae Bacchidi pro ornamentis solvendae sunt. Sic locum egregie explicuit Bentleius. *Ornamentorum* nomine comprehendi potest omnis supellex muliebris. Vid. Brisson. de Verbor. Significat. s. v.] Bentleius ita ad h. l. „*Ornamenta* sunt vestimenta. Ceterum in venditione et emptione mancipiorum separatim olim agebatur; tantum dabis pro nudo corpore, tantum pro vestimentis sive ornamentis: ut hodie in equo vendendo phalerae et ephippia separatim aestimantur. Cfr. Plaut. Stich. I. 3. 18. Curc. II. 3. 65. Pers. IV. 4. 119. Recte ergo opinatur Charmes, alteras decem minas pro ornamentis sive vestimentis Bacchidi (quod non adverterunt interpretes) adhuc sibi solvendas esse."

10. *Haec talenta dotis adposcunt duo.*] Primum *haec* dixit pro *has.* Ita Phorm. V. 8. 23. *Adposcunt* autem sibi, quasi in eandem summam. Postremo *dotis* notat *dotis nomine.* Plautus, Cistell. II. 3. 19. *Unde tibi* talenta *magna viginti pater Det* dotis. Vide Periz. ad Sanct. Min. II. 3. 7. [*Porro haec talenta dotis.* Nullus in vulgata lectione sensus est, ut eo facilius admittenda videatur Bentleii emendatio: *porro haec talenta dotis adposcet duo; haec* scil. filia mea iam reperta. Genitivus *dotis* pendet non a *talenta*, sed ab omissa voce *causa* vel *nomine.* Plaut. Pers. III. 1. 66. *dabuntur dotis tibi inde sexcenti logi.* Nep. Alcib. c. 9. *ex quo L talenta vectigalis capiebat.* Vid. Perizon. ad Sanct. Min. II. 3. p. 166, Duker. ad Liv. III. 56. 4. et Virum Doctum in Obss. Miscell. Nov. T. II. p. 44.]

11. *Fiunt moribus.*] H. e. consuetudine. Plautus, Stich. V.

Mihi nunc, relictis rébus, inveniéndus est
Aliquís, labore invénta mea cui dém bona.

mione, *Haec illae erant istiones. Talenta duo.*] In sequentibus dicet, *Duo talenta pro re nostra ego decrevi esse satis.* — 12. *Relictis omnibus.*] Positis omnibus aliis negotiis. — 13. *Labore inventa.*] Proprie, *parta.*

---

1. 1. More hoc fit, *aeque stulte, mea sententia.* [*Quam multa* etc. Meliorem huius loci lectionem conservavit Eugraphius, et ex eo restituerunt viri doctissimi: *quam multa iusta iniusta fiunt moribus* i. e. quam multa sive iusta sive iniusta fiunt moribus et in communi vita dominantur. Adelph. V. 9. 33. *Quia non iusta iniusta prorsus omnia omnino obsequor.*]

12. *Relictis rebus.*] Vide ad And. II. 5. 1.

ACTUS QUARTUS.

SCENA OCTAVA.

MENEDEMUS. CHREMES.

Me. **Multo ómnium nunc mé fortunatíssimum**
Factúm puto esse, gnáte, quum te intélligo
Resipísse. ***Ch.*** **Ut errat!** ***Me.*** **Té ipsum quaerebám, Chreme.**
Servá, quod in te est, fílium, et me, et fámiliam.

V. 1. Bentl. e vett. editt. et codd. *me nunc* quia *nunc* in arsi esse debeat.

---

1. *Multo omnium nunc mv.*] *Hic est iucunda expositio erroris senis de verbis Syri, qui Menedemum credit decipi, dum ipse decipitur.* — 3. *Ut errat!*] *Virgil. Ut vidi, ut perii.* — 4. *Fi-*

---

3. *Resipisse.*] H. e. cum bona mente in gratiam rediisse. Cicero, Att. IV. 5. *Vix aliquando te auctore* resipui. Dicit autem hoc egrediens Menedemus Cliniae, qui intus est. [*Resipisse* antique pro

Ch. Cedo quid vis faciam? *Me.* Invénisti hodie fíliam.
Ch. Quid tum? *Me.* Hánc uxorem sibi dari volt Clínia.
Ch. Quaesó, quid tu hominis és? *Me.* Quid [est]? *Ch.* Iamne oblítus es,
Intér nos quid sit dictum de fallácia?
Ut eá via abs te argéntum auferretúr. *Me.* Scio.
Ch. Ea rés nunc agitur ípsa. *Me.* Quid dixti, Chreme? 10
[Erravi. sic res acta 'st. quanta spe decidi!]

V. 6. ante Bentl. erat *sibi uxorem.* Mutavit ex codd.
V. 7. Bentl. *tu* delevit. Idem metro postulante, *est* cum codd. suis extinxit.
V. 10. B. pro *Quid dixti* dedit *Quid narras*, quod solus habet Bembin.
V. 11. in Bemb. recte deest. Pictus videtur, Bentleio indice, ex II. 3. 9. * Verba v. 12. *Imo-Clitiphonis est amica* Bentl. ad praecedentem Menedemi sermonem trahit, cum Bemb. legens *quae apud me est.* Inde ab *Ita aiunt* usque ad *quae opus sunt con-*

lium.] *Filium* prius nominavit, in quo omnis cura patris erat. — 7. *Quaeso.*] Modo obiurgatorium est. *Quid hominis es?*] In Eunucho, *Quid istuc, inquam, ornasti est?* Scire nos convenit, cum recto casu profertur interrógatio, non esse contumeliosum. Ut si dicas, *Quis hic homo est?* Si autem in obliquo, contemtum significari. ut, *Quid hoc est hominis? quid mulieris? quid ornatus?* — 10. *Ea res nunc agitur ipsa.*] Et ex hoc credit eos inter se finxisse Clinian amare Antiphilam. — 11. *Sic res acta 'st.*] Ut decipiaris. Et haec quidem cum contemtu interrogat; nam et hoc fictum esse credit. —

resipuisse. Sic *sapisset* pro *sapuisset* apud Plaut. Rud. IV. 1. 8. *Pol magis sapisset, si dormivisset domi.* De verbis, quae duplicem coniugationem habent vid. Vossius de Analog. III. 32. p. 314. *Resipiscere* est ad meliorem mentem redire.]

7. *Quid tu hominis es?*] Explicat Calphurnius, verbis Donati ad Eun. II. 2. 6. Ita Hec. IV. 4. 21. — *Ea via abs te argentum auferretur.*] Phorm. III. 2. 28. V. 8. 48. Plautus, Epid. II. 2. 9. *Ipsi hi quidem mihi dant viam, quo pacto ab se argentum auferam.* Cicero, Fam. VI. 12. *Perceleriter se* ablaturum *diploma.*

10. *Ea res nunc agitur.*] Ita Hec. V. 4. 8.

11. *Quanta spe decidi.*] Vide supra II. 3. 9.

Ch. Immo haéc quidem, quae apúd te est, Clitíphónis est
Amíca. *Me.* Ita aiunt. *Ch.* 'Et tu credis? *Me.* 'Omnia.
Ch. Et illum áiunt velle uxórem, ut quum despónderim,
Des, qui aúrum ac vestem, atque ália, quae opus sunt, cómparet.
Me. Id ést profecto! id amícae dabitur. *Ch.* Scílicet
Datúrum. *Me.* [V]ah! frústra sum ígitur gavisús miser.
Quidvís tamen iam málo, quum hunc amíttere.
Quid núnc renuntiem ábs te responsúm, Chreme,
Ne séntiat me sénsisse, atque aegré ferat?
Ch. Aegré? nimium illi, Ménedeme, indulgés. *Me.* Sine.
Incéptum 'st: perfice hóc mihi perpetuó, Chreme.
Ch. Dic cónvenisse; egísse te de núptiis.

paras omnia tribuit Chremeti, sermone continuo, nec illis respondendi vicibus interrupto.

V. 14. Bentl. corr. *Et illum aiunt v.*

V. 17. *Vah* cum Bentl. in *Ah* mutandum. Praeterea filio corr. *Datum iri* pro *Daturum*. Sed omissio pronominis omni caret offensione.

---

13. *Ita aiunt.*] *Ita aiunt*, de re dicimus, quam volumus esse falsam. — 16. *Id est profecto.*] Fingit se credere amico, quem fidum cognoverat. — 17. *Gavisus.*] Bene de filio *gavisus* dixit, quia *gaudemus* propriis, *gratulamur* alienis. *Miser.*] *Miser* est, cui animae miseria est. — 18. *Amittere.*] Pro *dimittere*, more antiquo. — 21. *Aegre!*] Sic distingue; ut Chremes hanc vocem Menedemi subrideat: quippe quod filius non sit ulla in re timendus. *Indulges.*] Nullum magis proprium verbum invenire potuisset de patre, qui omnia filio permittit. — 22. *Inceptum.*] Nam quod semel *inceptum est*, non potest facile omitti. — *23. *Conve-*

---

15. *Comparet.*] H. e. emat. Plautus, Poen. I. 2. 1. *Negotii sibi qui volet vim* parare, *Navem et mulierem, haec duo*, comparato. Cicero, Att. XII. 19. *Cogito interdum trans Tiberim hortos aliquos* parare.

16. *Scilicet daturum.*] H. e. scire licet, Cliniam id argentum daturum esse amicae. Supra II. 3. 117. Infra V. 1. 19. Plautus, Curc. II. 2. 13. *Item alios Deos* facturos scilicet.

Me. Dicám: quid deinde? *Ch.* Mé facturum esse ómnia:
Generúm placere. póstremo etiam, sí vóles,
Despónsam quoque esse dícito. *Me.* Hem! istuc vólueram.
Ch. Tanto ócius te ut póscat, et tu id, quód cupis,
Quam ocíssume ut des. *Me.* Cúpio. *Ch.* Nae tu própediem,
Ut istám rem vídeo, istíus obsaturábere.
Sed haéc ita ut sunt, caútim et paulatím dabis,
Si sápies. *Me.* Faciam. *Ch.* Abi intro; vide, quid póstulet.
Ego dómi ero, si quid mé voles. *Me.* Sané volo:

V. 29. Bentl. corr. *haec ut ut istius*, ex cod. Vat. et aliis.

---

nisse.] *Convenire* interdum significat *pactum*, ut *Convenit tecum pro denario diurno.* Interdum significat *alloqui*, ut, *Te convenire cupio.* i. e. alloqui. Interdum significat, *casu invenire*, ut *Cicero* ad Lentulum: *Quem cum convenisset*, i. e. casu invenisset. Quandoque etiam significat, *placere, neque in controversia esse*, ut, *Hoc convenit inter nos.* i. e. de hoc nulla inter nos est controversia. Item dicere solemus, *de hoc negotio tandem convenit*, i. e. placuit deliberantibus, *ut res in crastinum differatur.* — 26. *Desponsam.*] Et hoc est quod Cliniae magis placiturum est. *Hem!*] Modo interiectio laetantis: alias irascentis. — 27. *Tanto ocius.*] Quia si acceperit filius desponsatam Antiphilam, quam primum exposcet argentum ad ornamenta coëmenda. — 28. *Nae.*] Pro *valde.* Et hoc proprie Terentianum est. *Propediem.*] Temporis adverbium, et significat *cito.* — 29. *Obsaturabere.*] Id est nimiam de filio capies satietatem; quod est corporis, ad animum transtulit. Et sic plus hoc verbo intulit, quam si invenisset proprium verbum. — 31. *Postulent.*] Tan-

---

29. *Ut istam rem video.*] Ita Adelph. IV. 7. 31. — *Istius obsaturabere.*] H. e. satias et taedium istius filii te capiet. Hec. IV. 2. 18. Plautus, Stich. I. 1. 18. *Hae res vitae me, soror*, saturant. Et est locutio sacra.

30. *Cautim et paulatim dabis.*] Lucilius: *Non frustillatim nec minutatim dari.*

Nam té sciente fáciam, quidquid égero.

V. 33. Bentl. ex cod. Bemb. et aliis: *te scientem faciam* coll. Plaut. Asin. I. 1. 34.

---

quam iure: quia iure aliquid *postulamus*. — 33. *Te sciente.*] Recte *sciente*; nam *sciens* est, qui alicuius indicio rem cognoscit. *Prudens*, qui intelligentia sua aliquid sentit. Ergo *sciens* est per alios.

---

33. *Te sciente faciam.*] Plautus, Asin. I. 1. 34. *Propterea quod me non scientem feceris.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA PRIMA.

MENEDEMUS. CHREMES.

Me. (*solus*) Ego, me non tam astútum, neque ita pérspicacem esse, id scio.
Séd hic adiutor méus, et monitor, ét praemonstratór Chremes,

V. 1. vulg. *id certo scio.* Recte *certo* omitt. aliqui codd. Delevit etiam Bentl., metro postulante.

Ego, me non tam astutum.] *Quia iam ad exitum properat fabula, fallacia detegitur per Menedemum, et Cliniae Antiphila desponsabitur.* * *Et est operae pretium, videre senem, qui antea monebat, indigere admonitione. Et senes se multis ludibriis illudunt ultro citroque, eousque donec aperte loquens Menedemus ostendit, Bacchidem esse Clitiphonis amicam, non Cliniae. Ego me.*] Ut insultat senex, dum alterius stultitiam et tarditatem ludibrio habet. *Non tam astutum.*] Haec iactationis cuiusdam species est, fingere se non *astutum*, dum videt alterum stultiorem. — 2. *Adiutor.*] Cum risu haec pronuntianda: et *adiutor* proprie in re bona, *impulsor* in re mala. —

---

2. *Adiutor.*] Videtur respici mos scenae, ubi *Adiutores* dicti, qui adiuvabant histriones in agendis partibus; quod seu voce fiebat, seu

Hóc mihi praestat: in me quidvis hárum rerum cónvenit,
Quaé sunt dicta in stúltum: caudex, stípes, asinus, plúmbeus;
In illum nil potést; nam exsuperat eius stultitia haec ómnia.
Ch. (*domo egrediens*) 'Ohe! iam desiné Deos, uxor, grátulando obtúndere,

V. 4. Bentl. ex codd. corr. *dictae*. Non opus.
V. 5. Bentl. *nam* omisit, cum cod. Bemb.

---

4. *Caudex, stipes.*] Ista iniuriose dicuntur in stultum et hebetioris ingenii hominem: quemadmodum ignavum *lapidem* appellamus, quamvis tamen idem sit: sed hoc plus est. — 6. *Ohe!*] Interiectio est, satietatem usque ad fastidium designans. *Obtundere.*] *Obtundit*, qui saepe repetendo aliquid dicit. *Obtundere.*] Est translatio a fabris, qui saepe repetunt tundendo aliquid malleo, et idem *obtundunt* et he-

---

gestibus. Phaedrus, V. 5. 13. *In scena vero postquam solus constitit, Sine adparatu, nullis* adiutoribus. Ad quem locum vide Interpretes. — *Monitor.*] Ita dicti in scena, qui *monebant* histriones, ne memoria vacillarent in agendis partibus. — *Praemonstrator.*] Ita Plautus, Pers. I. 3. Praemonstra *docte, praecipe astu filiae, Quid fabuletur, ubi se natam praedicet.*

3. *In me quidvis harum rerum convenit.*] Cicero, Verr. I. 49. *Quae vitia videntur in quemvis potius, quam* in istum convenire. [Bentleius e binis codd. legit *quae sunt dictae*, quia *res* praecessit. Verum vulgata lectio non mutanda; nam femininum *res* saepe post se habet diversum genus. Eun. V. 4. 48. *Narra rem omnem, ut factum sit.* Vid. Duker. ad Liv. I. 3. 2.]

4. *Caudex.*] Simile convicium est *frutex* apud Plaut. Mostell. I. 1. 12. — *Stipes.*] Cicero, Post Red. in Sen. cap. 6. *Cum hoc homine, an cum* stipite *Aethiope si in foro constitisses, nihil crederes interesse.* — *Asinus.*] Ita Eun. III. 5. 50. Adelph. V. 8. 12. — *Plumbeus.*] Suetonius, Ner. 2. *In hunc dixit Licinius Crassus orator, non esse mirandum, quod aeneam barbam haberet, cui esset os ferreum, cor* plumbeum.

5. *Exsuperat eius stultitia haec omnia.*] Plautus, Bacchid. V. 1. 3. *Solus ego omnes antedeo* stultitia. Est vero κατὰ προσδοκίαν dictum.

6. *Ohe.*] Recte explicat Calphurnius. Martialis, IV. 91. 1. Ohe, *iam satis est*, ohe, *libelle.* — *Gratulando.*] H. e. gratias agendo.

Túam ésse inventam gnátam: nisi illos éx tuo ingenio iúdicas,
'Ut nil credas íntelligere, nísi idem dictum [sit] cénties.
Séd interim, quid illíc iam dudum gnátus cessat cúm Syro?
***Me.* Quós aïs hominés, Chreme, cessáre. *Ch.* Ehem!**
Menedeme, ádvenis?
Díc mihi: Cliniaé, quae dixi, núntiastin'? *Me.* 'Omnia.
***Ch.* Quid ait? *Me.* Gaudere ádeo coepit, quási qui cupiunt núptias.**
***Ch.* Há! ha! he! *Me.* Quid risísti? *Ch.* Servi vénere in mentém Syri**
Cálliditates. *Me.* 'Itane? *Ch.* Voltus quóque hominum fingit sclus.

V. 8. Bentl. corr. *dictumst*. Bene.

V. 10. In cod. Acad. Bentl. deest *Chreme*. In uno Reg. *per tempus* additum. Hinc Bentl. reponit: *Quós aïs hómines céssare. Chr. Ehem, per témpus, Menedeme, ádvenis.*

---

betant. — 9. *Cessat cum Syro.*] Bene *cessat*, tanquam desidiosus: nam *cessant* desidiosi, *requiescunt* defessi. — *10. *Quos aïs homines.*] Hic Menedemus incipit alloqui Chremetem, ut faciem detegat. *Ehem! Menedeme, advenis?*] Sic tanquam exspectatus: et adventus proprie exspectatorum necessariorumque dicitur. * Et *hem* est particula ostendens gaudium de adventu. — 12. *Quasi qui cupiunt.*] In Andria, *Ita tum discedo ab eo, ut qui se neget filiam daturum.* — 13. *Ha! ha! he!*] Vox nimii cachinni, et accomodata Chremeti, qui credebat Menedemum decipi in filio, et assimulare illum petere uxorem. — 14. *Itane?*] Sic lege, ut quasi eludat Chremetem, qui passus est se a servo decipi. *Fingit.*] Format: si tristes sunt, laetos reddit. *Fingere* proprie est figuli,

---

Adelph. IV. 7. 5. Afranius, Cinerario: *Quod salvos venis, melius est*, gratulor Diis. Ennius, Hecuba: *Iupiter tibi summe tandem male rogata* gratulor. Vide Dukerum ad Flor. IV. 3. 5.

7. *Illos ex tuo ingenio iudicas.*] Vide ad Eun. I. 2. 118.

8. *Centies.*] Eodem sensu dixit *millies*, Eun. III. 1. 32. Phorm. III. 2. 2.

14. *Voltus quoque hominum fingit.*] Caesar, B. G. I. 39. *Hi neque* vultum fingere, *neque interdum lacrumas tenere poterant*

Me. Gnátus quod se adsímulat laetum, id dícis? *Ch.* Id
Me. Idem istúc mihi
Vénit in mentém. *Ch.* Veterator! *Me.* Mágis, si magis noris, putes,
Ita rem esse. *Ch.* Aín' tu? *Me.* Quín tu ausculta. *Ch.* Mánedum. hoc prius scire éxpeto,
Quíd perdideris: nam úbi desponsam núntiasti fílio,
Céntinuo iniecísse verba tibi Dromonem scílicet,
Spónsae vestem, aurum, átque ancillas ópus esse, argentum út dares.
Me. Nón. *Ch.* Quid? non? *Me.* Non, ínquam. *Ch.* Neque ipse gnátus? *Me.* Nihil prorsús, Chrême.
Mágis unum etiam instáre, ut hodie cónficerentur núptiae.

V. 17. Bentl. de coniectura *Mane dum.* Vulgo abest *dum.*
V. 20. quia *atque* in codd. fere omnibus deest et numerus claudicat, Bentleius corr. *Sponsae aurum, vestem, ancillas opus esse, argentum ut dares.*
V. 21. Bentl. corr. *Qui non?* Non opus.

---

qui formas ducit ex luto. — 15. *Se adsimulat.*] Refertur ad id, *Voltus hominum fingit.* — 16. *Venit in mentem.*] Sic dicit, quia scit ab illo deceptum Chremetem. *Veterator!*] Vetus est in astutia. — 17. *Ita rem esse.*] Vultuose pronuntiandum; quod si Chremes sciret se a Syro deceptum, vere illum *veteratorem* appellaret. *Mane.*] Deceptus Chremes aliter percipit verba Menedemi, quam ipse loquatur, et ab illo imprudens eluditur. — 21. *Non.*] Ridicula negatio. Illa vero Virgiliana amara, *Non: verum Aegonis. Quid? non?*] Cum admiratione repetit *non.* — 22. *Hodie conficerentur nuptiae.*] Incipiet paulatim detegi fallacia; nam hoc signum est Cliniam non falso

---

Cicero, Tusc. III. 15. *Iure autem erat semper idem* vultus, *cum mentis, a qua is* fingitur, *nulla fieret mutatio.* [*Vultus quoque hominum fingit scelus* i. e. scelestus ille efficit, ut Clinia vultum suum componat, simulando quemlibet habitum, ut laetum vel tristem se simulare possit, ut res postulat. Ita hunc locum explicat Io. Rivius. Caes. B. G. I. 39. *Hi neque vultum fingere, neque interdum lacrimas tenere poterant.*]

[19. *Iniecisse verba* i. e. dixisse, mentionem fecisse. *Iniicere* simpliciter sic est apud Cic. ad Attic. XVI. 5. *Bruto cum saepe iniecissem de ὁμονοίᾳ.* Idem pro Quint. c. 21. *quod Hortensium, quia nuper iniecit* i. e. cuius obiter mentionem fecit.]

22. *Conficerentur nuptiae.*] Vide ad And. III. 2. 41.

Ch. Mira narras. quíd Syrus meus? ne is quidem quidquám? *Me.* Nihil.
Ch. Quámobrem? *Me.* Nescio équidem: sed te míror, qui alia tám [plane] scias.
Séd ille tuus quoqué Syrus idem míre finxit fílium,
'Ut ne paullulúm quidem subolat, ésse amicam hanc Cliniae.
Ch. Quíd ais! *Me.* Mitto iam ósculari, atque ámplexari: id níl puto.
Ch. Quíd est, quod ampliús simuletur? *Me.* Váh! *Ch.* Quid est? *Me.* Audí modo;

V. 24. Bentl. sic correxit: *Quamobrem, nescio. M. equidem miror; qui alia tam plane scias*, h. e. miror te hoc nescire, qui etc.
V. 25. Bentl. corr. *Sed ille tuum*, ex cod. Bemb. et tribus aliis.
V. 26. Faërn. et Bentl. ex codd. *subolat.* Vulgo *suboleat.*

---

vellę Antiphilam. — 23. *Ne is quidem quidquam?*] *Ἀποσιώπησις* admirantis; hoc magis mirum videtur, quod neć Syrus verba iniecerit, ad extorquendum argentum. — 24. *Alia tam plane scias.*] Pulchra ironia in eum qui deceptus sit. — 25. *Ille tuus quoque Syrus,*] Quem tantum *veteratorem* putas. *Finxit filium.*] Refertur ad id quod Chremes supra dixit, *Voltus quoque hominum fingit scelus.* — 26. *Suboleat.*] Tractum a sensu odorandi. * Et *sub* ibi minuit, i. e. út nec etiam pauxillum appareat, vel paullulum sentiatur, id scilicet quod sequitur. — 27. *Quid ais!*] Nonnunquam perturbati intercessoris est dicere, *quid ais?* sed hoc loco metuentis est, non interrogantis. *Mitto iam osculari.*] Color rhetoricus. *Osculari.*] Haec est quarta amoris linea, nam sunt quinque: prima *visus*, secunda *loqui*, tertia *tactus*, quarta *osculi*, quinta *coitus*. *Id nihil puto.*] Sic dicimus, quando habemus aliquid maius ad confirmandum. * Ita dicit; Nil puto *osculari* et *amplexari*,

---

[25. *Finxit filium* i. e. formavit. Metaphora ducta est ab iis, qui lentam et sequacem materiam formant. Horat. A. P. v. 366. *voce paterna Fingeris ad rectum.* Statius Silv. V, 3. 191. *Non tibi certasset iuvenilia fingere corda Nestor.* Vid. Casaubon. ad Pers. Sat. III. pag. 244. et Drakenborch. ad Sil. Ital. I. 441.]

26. *Suboleat.*] Subaudi, mihi, vel cuiquam alii. Ita Phorm. III. 1. 10.

27. *Osculari atque amplexari.*] Ita Plautus, Cas. II. 8. 36. *iam hercle* amplexari, *iam* osculari *gestio.*

28. *Amplius.*] Ita Eun. I. 2. 63. et And. II. 1. 25. ubi vide.

'Est mihi ultimis conclave in aédibus quoddám, retro:
Húc est intro látus lectus; véstimentis strátus est.
Ch. Quíd. postquam hoc est fáctum? *Me.* Dictum fáctum huc ablit Clítipho.
Ch. Sólus? *Me.* Solus. *Ch.* Timeo. *Me.* Bacchis cônsecuta 'st ílico.
Ch. Sóla? *Me.* Sola. *Ch.* Périi! *Me.* Ubi abiere intro, operuere óstium. *Ch.* Hem!
Clínia haec fieri videbat? *Me.* Quídni? mecum uná simul.

V. 29. Faërn. cum Bemb. et aliis: *Est mihi in ultimis conclave aedibus* etc. ruente metro.

---

in comparatione ad illud, quod sequitur. — 29. *Conclave.*] In Eunucho, *Virgo in conclavi sedet.* Est autem *conclave* separatior locus in interioribus tectis: vel quod intra eum loca multa et cubilia clausa sint adhaerentia triclinio. *Et est neutrum. Festus autem ait, *conclavia* dici loca, quae *una clave clauduntur.* Cicero autem in De Oratore cepit *conclave* pro *triclinio*, in quo epulabantur convivae, loquens de Simonide, qui quum esset evocatus a duobus iuvenibus ad ianuam, interea *conclave*, inquit, *quo epulabatur Scopas, super convivas corruit.* Valerius autem vocat illum locum *triclinium*, cum de eodem Simonide faceret mentionem, in capite de miraculis. — *31. *Dictum ac factum.*] H. e. aeque cito factum est hoc, ac dictum. Et hoc sermone celeritas facti indicatur. Vel intellige, quod vulgo dici solet, statim dictum, statim factum. Illud autem dicendi genus, *dictum ac factum*, vim habet cuiusdam aut adverbii, aut interiectionis, quod quidem sumtum est a communi loquendi modo; neque adhiberi debet verbum, quoniam eo addito vim suam perdere videtur. Melius est igitur, ut pro adverbio aut interiectione sumatur; ut, *Me miserum! proh Deûm atque hominum fidem! malum!* et alia multa. — 33. *Sola.*] Hoc magnum argumentum quintae lineae, quod *sola cum solo* fuerit. *Operuere ostium.*] Ab obstando, sicut *aperio* significat recludo, sic *operio* interdum significat claudo, uti hic. — 34. *Quid ni?*] *Quid nisi?* *Una simul.*] Idem fere signant;

---

29. *Ultimis aedibus.*] Ita dixit, uti Phorm. I. 4. 38. *ultima platea.* Notatur autem ultima pars aedium, et plateae. Eodem sensu Cicero, Fam. III. 6. *Te in* prima provincia *velle esse.* Vide Burm. ad Phaed. II. 4. 1. — *Conclave.*] Vide Donatum ad Eun. II. 5. 35.

31. *Dictum factum.*] Ita Iustin. II. 3. 13. Vide ad And. II. 3. 7.

Ch. Filí est amica Bácchis, Menedeme. óccidí! 35
Me. Quamobrém? *Ch.* Decem diérum vix mi est fámilia.
Me. Quid? istúc times, quod ille óperam amico dát suo?
Ch. Immó quod amicae. *Me.* Sí dat. *Ch.* An dubium id tibi est?
Quemquámne animo tam cóm[mun]i esse, aut leni putas,

V. 39. corr. Bentl. sic: *Quemquámne tam animo cómi esse et leni putas.* Istud *comi*, quod versus postulat, in compluribus codd. scriptum extat. *Et* pro *aut* in codd. suis repperit Bentl. Sed *tam* ex coniectura in aliam sedem traiecit.

---

sed hic ponitur altera earum particularum ad ornatum, ut sonorior reddatur oratio. — 36. *Familia.*] Hoc loco pro *re familiari* ponitur, unde in iudicium venit de lite familiae herciscundae, i. e. hereditatis. *Cicero* in lib. de Orat. *Idem herciscundae familiae causam agere non possit.* — 37. *Operam dat.*] Facete dictum a sene. — 38. *Si dat.*] Suspendendum, et est ἔλλειψις, quasi dicat, *nescio. Dubium id tibi est?*] Iam credit Chremes se esse deceptum. — *39. *Communi et leni.*] Quod si *comi*, intellige *comi* pro benigno et mansueto; nam *comes* homines dicuntur, qui errantibus viam

---

[36. *Familia* interdum ponitur pro re familiari vel patrimonio. Sic in Leg. XII. Tab. scriptum est *pater familias uti super familia pecuniave sua legaverit, ita ius esto.* Vid. Auct. ad Herenn. I. 13. Sic apud ICtos *herciscere familiam* i. e. bona hereditaria dividere. Vid. Ulpian. Leg. 195. §. 1. Pand. de Verb. Signif. et Ernestium Clav. Cic. v. *familia.* Ratio inde est, quod olim magna pars opum servis, quos *familiam* dicebant, constabat.]

38. *Immo, quod amicae.*] Subaudi, *operam dat.* Atque in eo versabatur iocus ex ambiguo. Ita Plautus, Trin. III. 2. 25, *In foro* operam amicis da, *haud in lecto* amicae, *ut solitus es.*

39. *Animo tam communi.*] Ita Suetonius, Vesp. 22. *Super coenam autem et super aleas* communissimus. i. e. valde affabilis et familiaris. Cicero, Fam. IV. 9, *Eum magis* communem *censemus in victoria futurum fuisse, quam incertis rebus fuisset?* ubi vide quae notavit Graevius. Nepos, Att. 3. *Hic autem sic se gerebat, ut* communis *infimis, par principibus haberetur.* [Sed hic ratio versus exigit *animo comi*, non *communi*, quae voces centies inter se commutantur. Vid. Graev. ad Cic. de Off. III. 5. et Drakenborch. ad Liv. XXV. 12. 9. Bt.]

Qui sé vidente amícam patiatúr suam?
Me. Quidni? quo verba fácilius dentúr mihi.
Ch. Derides? merito míhi nunc ego succénseo.
Quot rés dedere, ubi póssem persentíscere,
Nisi éssem lapis? quae vidi! vae miseró mihi!
At naé, illud haud inúltum, si vivó, ferent:
Nam iám! *Me.* Non tu te cóhibes? non te réspicis?
Non túbi ego exempli sátis sum? *Ch.* Prae iracúndia,
Menedéme, non sum apúd me. *Me.* Tene istúc loqui?

V. 42. Bentl. *Derides? merito. ut mihi nunc ego succenseo.* quod in nullo cod. est.
V. 44. Bentl. corr. *Nisi si essem lapis.*

---

ostendunt benigne ac non gravati. — 40. *Amicam patiatur suam.*] Subaudi, *subagitari.* Et est honesta ἐλλειψις in re turpi. *Virg. Novimus et qui te.* — 41. *Quid ni?*] Pro, *cur non.* Et haec verba proprie sunt deridentis. — 44. *Ni essem lapis?*] Superius, *Nam exsuperat eius stultitia haec omnia.* Et plus est quam, *caudex, stipes, asinus.* — 46. *Nam iam!*] Ἀναστάτους. *H. e. ex hoc tempore exheredabo eum, aut aliquid tale. *Virgil. Quos ego!* — 48. *Tene istuc loqui?*] *Virgilius, Mene incepto desistere vi-*

---

40. *Patiatur.*] Subaudi, subagitari, contrectari. Supra III. 3. 6.

43. *Quot res dedere.*] Subaudi, *Se.* Plautus, Bacchid. IV. 4. 25. *An nesciebas, quom eiusmodi homini raro* tempus se daret? [*Quot res dedere* scil. se, i. e. quot res evenerunt. Hec. III. 3. 20. *Omnibus nobis ut res dant sese.* Liv. XXVII. 5. *prout tempus ac res se dant.* ubi vid. Interpretes.] — *Ubi.*] H. e. ex quibus rebus. Adverbium pro relativo. Vide Eun. III. 5. 36.

44. *Lapis.*] Vide supra IV. 7. 3. - Hec. II. 1. 17.

45. *Haud inultum ferent.*] Videsad And. III. 5. 4. — *Si vivo.*] Formula iurisiurandi. Plautus, Menaechm. V. 5. 5. *Quem ego hominem*, si quidem vivo, *vita devolvam sua.* Neque aliter ipse Deus in sacris literis.

46. *Non tu te cohibes?*] Ita Servius de moerore Ciceronis, Fam. IV. 5. *Visne* tu te, *Servi*, cohibere? — *Non te respicis?*] Reponit Menedemus Chremeti dictum supra I. 1. 18.

48. *Non sum apud me.*] Perturbati non esse apud se, neque compotes animi dicuntur. And. II. 4. 5. Hec. IV. 4. 85. unde et *redire ad se* est colligere se. And. III. 5. 16. Adelph. V. 3. 8.

Nonne id flagitium 'st, te áliis consiliúm dare,
Foris sápere; tibi non pósse auxiliárier?
Ch. Quid fáciam? *Me.* Id quod mé fecisse aiebás parum.
Fac té patrem esse séntiat: fac ut aúdeat
Tibi crédere omnia, ábs te petere, et póscere:
Ne quam áliam quaerat cópiam, ac te déserat.
Ch. Immo ábeat multum málo quovis géntium,
Quam hic pér flagitium ad ínopiam redigát patrem.

V. 52. Bentl. ex cod. Acad. *Fac te esse patrem ut sentiat, fac ut audeat.* Ceteri *ut* omisso partim ut a Westerhovio scriptum, partim sic; *Fac te esse patrem sentiat.* Ita *patrem* sub ictum cadit, quod profecto melius.

V. 55. Bentl. *abeat potius malo*, invitis codd. omnibus. Satis est, inquit Bentl., patri, se *Malle* dicere: se *multo malle* durius et inclementius est." Sed Chremetis affecto et commoto animo vulgata lectio satis bene convenit.

---

ctam? — 49. *Aliis consilium dare.*] Hinc illud *Servii Sulpitii* ad Cicer. *Denique noli te oblivisci Ciceronem esse, et eum, qui aliis consueveris praecipere, et dare consilium.* — *54. *Copiam.*] Facere *copiam* sui quasi se familiarem exhibere, et praesentiam suam non denegare. Interdum significat concedere facultatem. Fac ergo, ne quaerat aliam facultatem. — 55. *Immo abeat.*] Hoc terribiliter pronuntiandum: et verba proprie rigidi et asperi patris. *Quovis gentium.*] *Gentium*, in fine superflua adiunctio: sicut *interea loci.* Dat tamen quandam αὔξησιν pronuntianti. — 56. *Flagitium.*] *Facinus. Flagitium*, more militari dicitur, res *flagitatione*, hoc est increpatione digna; nam *flagitare*, est personare, inde *flamma* et *flagella*, quod haec non sint sine sonitu et cre-

---

50. *Foris sapere.*] Cicero, Fam. VII. 6. *Qui ipse sibi sapiens prodesse non quit, nequidquam sapit.* Ovidius, Arte Am. I. 84. *Quisque aliis cavit, non cavet ipse sibi.*

51. *Id quod me fecisse aiebas parum.*] Ita Cicero, Fam. VI. 1. *Sed tu illum animum nunc adhibe, quaeso, quo me tum esse oportere censebas.*

[55. *Multo malo* pro multo magis volo. Hec. I. 2. 95. *quasi tu non multo malis narrare hoc mihi.* Cic. ad Attic. XV. 18. *Domi manere, si recte possum, multo malo.* Sic *malo potius* Adelph. II. 2. 14. Vid. Bentleius ad h. l.]

Nam si illi pergo súppeditare; súmtibus,
Menedéme, mihi illaec vére ad rastros rés redit.
Me. **Quod incómmodi tibi in hác re accipies, nisi caves!**
Difficilem ostendes té esse, et ignoscés tamen
Post; ét id ingratum. ***Ch.*** **Ah! néscis, quam doleam.**
Me. **'Ut lubet.**

'V. 57. Bentl. *Nam si illius pergo suppeditare sumtibus, Menedeme, mihi illic vere* etc. Videlicet duo codd. *illius* pro *illi*. Pro *illaec* ex cod. Reg. scripsit *illic*, quia *Res redit* nunquam cum pronomine vel adiectivo iunctum dicatur.

V. 59. ante Bentl. erat hic: *Quot incommoditates in hac re* etc. nullo numero. Bembin. *Quot incommoda tibi in hac re capies* etc. Unus ex Meadianis: *Quod incommodi tibi*. Unde Bentl. receptam lectionem efformavit.

---

pitu. — 57. *Si pergam.*] *Perseverem*; alias *pergere* est ire. *Multi codices habent *sumtibus*, quod non multum placet, nisi sic dicas: *Si pergam suppeditare illi filio*, i. e. inservire, indulgere illi sumtibus dandis, vel, *sumtibus*, i. e. per sumtus. — 58. *Vere ad rastros.*] Quasi dicat, *Id quod tu, Menedeme, absentia filii exercebas*, hoc est, *rem rusticam, id ego inopia facere cogar.* — 59. *Quot incommoditates.*] Satis comice dixit: nam hoc nomen leve quiddam significat: ut in Eunucho, *Immo enimvero infeliciter. Nam incommoda alia sunt dicenda, Parmeno.* *Capies.*] Ibi, *Inimicitias caperem.* *Capere* proprie dicimus, cum id quod in nobis est,

---

57. *Si illi pergo suppeditare.*] Ita Cicero, Att. XII. 31. de filio: *Suppeditemus ei, quod opus sit.* Vide Comment. maiorem. Aliter Plautus, Asin. IV. 2. 10. *Luxuriae* sumtus suppeditare *ut possiet.* [Dativus *sumptibus* eodem modo capiendus, quo *relinquere arraboni* supra III. 3. 42. Vid. Perizon. ad Sanct. Min. III. 3. p. 383.]

58. *Mihi illaec vere ad rastros res rediit.*] Omnis emphasis est in *vere*, q. d. *Mihi* vere *victus rastris erit quaerendus*, ob inopiam; non ut tibi, qui prae nimio dolore ob filii absentiam rastros usque adhuc tractasti. Idem valet Plauti illud, Poen. IV. 2. 85. *Profecto ad incitas lenonem rediget.*

59. *Quot incommoditates in hac re accipies.*] *Commoditas* et *Incommoditas* in contrahendis nuptiis memorantur Terentio. Hae autem *accipi* eodem modo dicuntur, quo damnum vel malum *dari*. Neque aliter supra II. 3. 96. *Accipere metum.*

61. *Ingratum.*] Vide supra II. 3. 21. — *Ut lubet.*] Formula concedendi. Ita And. II. 1. 10.

Quid hoc, quód volo, ut illa núbat nostro? nisi quid est,
Quod mávis. *Ch.* Immo et géner, et affínes placent.
Me. Quid dótis dicam té dixisse fílio?
Quid óbticuisti? *Ch.* Dótis? *Me.* Ita dico. *Ch.* Ah!
Me. Chreme, 65
Ne quíd vereare, si minus: nil nos dós movet.
Ch. Dúo talenta pró re nostra ego ésse decrevi satis.
Séd ita dictu opúst, si me vis sálvom esse, et rem, et fílium,
Mé mea omnia bona dóti dixisse illi. *Me.* Quám rem agis?
Ch. Id mirari té simulato, et illum hoc rogitató simul, 70

V. 64. Bentl. *dixisse filiae*, de coniectura, ut videtur. Atqui non filiae, sed genero dos dabatur. v. Andr. V. 4. 47 sqq.
V. 68. Bentl. de coniectura: *Séd ita dictu est ópus, si m. v.* Non opus.

---

assumimus; unde *capere* pro eligere ponitur. — *62. *Quid hoc, quod volo.*] Convertit Menedemus sermonem ad coniugium faciendum Cliniae et Antiphilae. *Nisi quid est.*] Honeste petit quod officium est probi et honesti viri. *q. d. honeste peto, nolens impedire, quin alteri tradas, si videas, te melius filiae tuae consulturum. — 63. *Et affines.*] Uxoris, *cognati* sunt: *Affines*, mariti, unde multi gradus sunt et veluti rami propinquitatis, in *affinitate* et *cognatione* dispositi. — 65. *Quid obticuisti?*] Sic dixit, quasi puderet Chremetem dicere, quod parva dos videretur: nam *tacemus* consilia: *reticemus* dolores: *obticemus* quorum nos pudet. — 67. *Pro re nostra.*] Tacite *rem suam* extenuat. — 69. *Quam rem agis?*] Hoc est quasi perturbati intercessoris. — 70. *Illum rogitato.*] Pulchra admonitio, ut

---

62. *Quid hoc quod volo.* Male nonnulli expungunt vocem *hoc*. Nam elegantem idiotismum esse docet Gronovius ad Plaut. Bacch. II. 3. 15. ubi similiter est *quid hoc? qua causa eum hinc in Ephesum miseram.*

64. *Quid dotis dixisse.*] Ita mox, versu 69. et V. 5. 4. [*Dicere dotem* proprie dicitur pro dotem promittere, constituere. Ovid. Fast. VI. 594. *dictas exige dotis opes.* ubi plura Heinsius.]

64. *Nihil nos dos movet.*] Eodem sensu dixit Plautus, Trin. II. 4. 110. *Dotem nihil moror.*

67. *Pro re nostra.*] H. e. pro re nostra familiari. Pro facultatibus nostris. Ita Adelph. V. 3. 23.

Quámobrem id faciam. *Me.* Quín ego vero, quámobrem id facias, néscio.
Ch. 'Egone? ut eius ánimum, qui nunc lúxuria et lascívia
Díffluit, retúndam et redigam, ut, quó se vortat, nésciat.
Me. Quíd agis? *Ch.* Mitte; síne me in hac re gérere mihi morém. *Me.* Sino.
'Itane vis? *Ch.* Ita. *Me.* Fiat. *Ch.* Age iam, uxórem ut arcessát, paret.
Híc, ita ut liberós est aequom, díctis confutábitur.

V. 74. Bentl. cum codd. fere omnibus: *mitte ac sine.* Bemb. *ac* om.
V. 75. Bentl. e Bembin. *ac iam.*

---

perterrefaciat filium. — *72. *Luxuria.*] *Luxuria* a *luxu*, i. e. superfluitate derivatur. *Lascivia* autem designat quandam petulantiam et importunitatem, exsultando et delectando in sua turpitudine. Haec tamen differentia non observatur; sed indifferenter illis duobus utimur pro eodem significatu. — 73. *Diffluit.*] *Persius: Diffluit amens.* — 74. *Quid ais?*] *Ais* dicimus de iis, qui vana loquuntur. — 75. *Fiat.*] Concessio irati adversus pertinacem. — 76. *Dictis.*] Quia liberi *verbis* obiurgandi sunt: servi vero *verberibus* punien-

---

72. *Luxuria et lascivia diffluit.*] Ita Cicero, Off. I. 30. *Atque etiam si considerare volumus, quae sit in natura excellentia, intelligemus, quam sit turpe* diffluere luxuria. Idem de Amic. 15. *Non ergo erunt homines deliciis* diffluentes *audiendi.* Eodem sensu, Orat. pro Marcello, cap. 8. *Omnia, quae dilapsa* defluxerunt, *severis legibus vinciendo sunt.*

73. *Retundam.*] Cicero, Attic. XVI. 15. *Belle iste puer* retundit *Antonium.* Phaedrus, IV. 23. 21. *Satis profecto* retudi *superbiam.* Ubi vide Burm. Metaphora translata a ferro, quod hebetatur. Horatius, Carm. I. 35. 39. *Retusum ferrum.* — *Ut, quo se vortat, nesciat.*] Formula in eum, qui nescit, quid agat, quidve consilii capiat. Imitatus Cicero, Orat. pro Q. Ligar. 1. *Itaque, quo me vertam, nescio.*

76. *Dictis confutabitur.*] Id fit infra, V. 2. 7. seqq. Est autem *confutare* turbare et impetum alicuius comprimere. Gellius VII. 3. *Iniuriis atque imperiosis minationibus* confutare. {*Confutare* proprie est aquam ebullientem reprimere, ne exundet. Vid. Scalig. ad Festum v. *refutare.* Metaphorice reprimere, coercere, castigare. Phorm. III.

Séd Syrum! *Me.* Quid eum? *Ch.* 'Egone? si vivó,
ádeo exornatúm dabo,
Ádeo depexum, út, dum vivat, méminerit semper mei:
Qui sibi me pro deridículo, ac délectamentó putat.

V. 77. Bentl. corr. *'Ego, si vivo, eum adeo exorn. d.* contra fidem librorum omnium. Videlicet *Egone* semper arbitratur respondere verbo secundae personae, ut v. 72. et Phorm. I. 2, 7. idque huic loco non convenire.

V. 78. Bentl. *Adeo pexum, usque ut dum vivat, memineris* etc. Videlicet plurimi codd. *usque dum vivat.* Alii: *usque ut dum vivat.* Hinc ille *pexum* dedit, ut versus leges ne violarentur. Observat praeterea, *depectere* nusquam alias nec apud Terentium nec apud Plautum haberi: neque *depexum* neminem praeter *comam, iubam, folia* dici. *Pexum* hominem idem fere esse quod *ornatum*, ut Chremes in eadem ironia persistere iudicandus sit.

V. 79. Bentl. ex codd. *pro deridiculo.* Vulgo *pro ridiculo.*

---

di. — 77. *Sed Syrum!*] Ἀποσιώπησις, scilicet *puniam.* * *Quid eum?*] Scilicet *punies;* modus interrogandi. * *Si vivo.*] Subiungit affirmationem. — 78. *Adeo depexum.*] Hoc verniliter more senum

---

1. 13. *confutavit verbis admodum iratum senem.* Qui hodie latine scribunt, hoc verbo tantum utuntur de scholasticis disputationibus, sed Veteres multo amplius. Cato apud Gell. VII. 3. *quod nostrae secundas res confutes.* Cic. de Provinc. Consul. c. 13. *semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius quam lacessendas putaverunt.* Idem ad Div. I. 9. *refutare alicuius cupiditatem.* Vid. Gronov. Obss. I. 22.]

77. *Sed Syrum!*] Apta ἀποσιώπησις irascenti et minitanti. — *Adeo exornatum dabo.*] Verba *ornandi* sumuntur quandoque in deteriorem partem. Vide Adelph. II. 1. 22.

78. *Adeo depexum.*] Salse iocatur senex. Sponsi enim ante nuptias pecti et ornari solebant. Iuvenalis, VI. 25. *Conventum tamen, et pactum, et sponsalia nostra Tempestate paras; iamque a tonsore magistro* Pecteris, *et digito pignus fortasse dedisti.* Sed et *pectere* dicebant verberibus excipere. Plautus, Menaechm. V. 7. 28. *Pecte pugnis.* Vide Phorm. V. 7. 81.

79. *Pro deridiculo.*] Plautus, Mil. II. 1. 14. *Is deridiculo 'st.* Lucretius, III. 778. *deridiculum esse videtur.* Gellius, XIII. 30. *In legendo deridiculi fuissent.* Ovidius, Trist. I. 7. 15. *Illud amicitiae sanctum et venerabile nomen* Re *tibi* pro vili, *sub pedibusque iacet.*

Nón, ita me Dí amént! auderet fácere haec viduae múlieri,
Quae ín me fecit.

iratorum lege, et intellige contrarium. — 80. *Viduae mulieri.*] Bene personam abiectam delegit, quae ludibrio habetur, et quia *mulier*, et quia viro orbata.

80. *Viduae mulieri.*] Ita loquitur, quía sequior sexus contumeliis magis expositus. Quinctilianus, Declam. CCCXXXIII. *Et per se imbecilla res est* femina, *et adfert infirmitati naturali non leve pondus, quod* vidua *est.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA SECUNDA.

CLITIPHO. MENEDEMUS. CHREMES. SYRUS.

Cl. ÍTANE tandem quaéso est, Menedeme, út pater
Tam ín brevi spatio ómnem de me eiécerit animúm patris?
Quódnam ob facinus? quíd ego tantum scéleris admisí miser?

1. *Itane tandem.*] *Restat ad tranquillitatem rerum omnium, ut Clitipho, verbis patris perterritus, in viam redeat, et uxorem ducat. Itane.*] Sic incipit, ut qui se a patre abdicatum putet. *Tandem.*] Hic expletiva coniunctio. *Cicero: Quousque tandem abutere, Catilina, patientia nostra?* Alias ponitur pro *tamen:* ut, *In qua civitate tandem arbitrare te vivere?* Nonnunquam pro *saltem.* — 3. *Admisi.*] Ἀνξησις est; plus est *admittere*, quam *facere.* Alibi, *Haec te admittere*

1. *Itane tandem.*] Ita solent cum indignatione interrogantes. Ita Phorm. II. 3. 26.

2. *Eiecerit animum patris.*] Locutio videtur translata ab iis, quae per vomitum eiiciuntur. Eadem metaphora usus Cicero, Fam. XIV. 7. *Omnes molestias et sollicitudines deposui et* eieci. [*Est ut eie-*

Vólgo faciunt. *Me.* Scío, tibi esse hoc grávius multo, ac dúrius,
Cui fit: verum ego haúd minus aegre pátior; id qui, nescio;
Néc rationem cápio, nisi quod tíbi bene ex animó volo.
Cl. Híc patrem adstare aíbas? *Me.* Eccum! *Ch.* Quíd me incusas, Clítipho?
Quídquid ego huius féci, tibi prospéxi, et stultitiaé tuae.
'Ubi te vidi animo ésse omisso, et, suávia in praeséntia

V. 5. Bentl. distinguit: *patior id qui, nescio nec rationem capio*; i. e. cur, quamobrem, faciat, nescio: probante Ruhnkenio.
V. 7. vulg. *aiebas.* Ubique Terentius *aibas*, *aibant*, ut disyllabon.

Indigna. — 4. *Vulgo id faciunt.*] Ad purgationem peccati, si nihil aliud habemus, argumentum ab exemplo aliorum sumimus, qui idem factitaverunt. Sed multo magis valet, si ab exemplo omnium sumitur. — *5. *Cui fit.*] Quoniam id te propius tangit, sive tua magis refert. **Haud minus aegre.*] Verum amicum agit Menedemus, qui aequum ex incommodo amici dolorem capit. — 7. *Quid me incusas.*] Bene *incusas*: quia filio maior est pater. — 8. *Quicquid ego huius feci.*] *Huius* absolute: ut per ἔλλειψιν desit *rei*. In Hecyra, *Ne quid sit huius oro.* Alibi, *Nihil me istius facturum, pater. Ego huius feci.*] Semper gravis inceptio orationis, quae exordium sumit a pronomine. — 9. *Animo omisso.*] *Negligenti.* Alibi, *At enim metuas, ne ab re sint omissiores paullo. Et suavia quae essent, prima habere.*] *Sallustius: Quae prima mortales ducunt.* Et *prima* modo ad laudem, non ad ordinem pertinet. In Eunucho, *Nihil prius, neque fortius.* **Suavia in praesentia.*] Voluptates licet *in praesentia* sint suaves, semper tamen

---

cerit per periphrasin comicis usitatam dicitur pro *iecit.* Sic Hec. IV. 1. 44. *sin est ut nolit.*]

4. *Volgo faciunt.*] Ita Adelph. IV. 5. 45. Cicero, Fam. IV. 3. *Quod exemplo fit, id etiam iure fieri putant.*

5. *Ego haud minus aegre patior.*] Ita Hec. IV. 2. 30. Plautus, Asin. V. 1. 5. *Possum equidem inducere animum, ne* aegre patiar.

6. *Tibi bene volo.*] Plautus, Pseud. IV. 3. 7. *Illi bene volo.*

9. *Animo omisso.*] H. e. negligenti, dissoluto. Ita Adelph. V. 3. 45.

10. *Prima habere.*] H. e. optima, praecipua. Eun. I. 1. 5. —

Quae essent, prima habére, neque consúlere in longitúdinem:
Cépi rationem, út neque egeres, néque ut haec posses pérdere.
'Ubi, cui decuit prímo, tibi non lícuit per te mihi dare,
A'bii ad proximós, tibi qui erant: eís commisi, et crédidi:
'Ibi tuae stultítiae semper erít praesidium, Clítipho:
Víctus, vestitús, quo in tectum té receptes. *Cl.* Hei mihi!
Ch. Sátius est, quam te ípso herede haec pósidere Bácchidem.

V. 11. Bentl. conj. *egeas* et *possis*.

---

secum iunctam habent poenitentiam. — *11. *Cepi rationem.*] H. e. inveni modum. *12. *Primo, tibi non licuit per te mihi dare.*] H. e. tu non permisisti, tuis moribus obsistentibus. Vel, Tui mores non postulaverunt, me dare tibi bona mea, *cui decuit*, i. e. iustum fuit me dare bona mea, quia iure debebas mihi succedere, nisi obstitissent mores. — 13. *Ad proximos.*] Bene *ad proximos*, ad quos spectat post filium hereditas. — *15. *Victus, vestitus.*] Ostendit, quid sit illud praesidium stultitiae. *Victus* alimonia ad vitam sustentandam; *vestitus*, cultus sive ornatus ad tegendum corpus. *Receptes.*] Alibi, *Meum receptas filium.* Et frequentativo usus est, quod non raro, sed frequenter poterit se recipere.—

Consulere in longitudinem.] Tacitus, Hist. II. 95. *Ipse abunde ratus, si praesentibus fruerentur, neve* in longius consultans *novies millies H S. paucissimis mensibus intervertisse creditur.* Eodem sensu Cicero, Fam. II. 8. *Ut ab homine* longe in posterum prospiciente *futura exspecto.* [*Consulere in longitudinem* i. e. consulto agere quae prosunt in longum tempus. *Consulere* exquisite dicitur pro rem bene gerere, consulto agere. Cato apud Gell. VII. 3. *mihi magnae curae est, quod haec res tam secunda processerit ne quid in consulendo adversi eveniat.* Liv. 21. 16. *ut trepidarent magis quam consulerent*, ubi vid. Gronovius.]

13. *Abii ad proximos.*] Respicit ius Atticum et Romanum, ubi furiosi et prodigi dabantur in tutelam proxime cognatis. Horatius, Sat. II. 3. 217. *Interdicto huic omne adimat ius. Praetor, et ad sanos abeat tutela propinquos.* Vide Comment. maiorem.

14. *Tuae stultitiae praesidium.*] Ita supra IV. 1. 33.

Sy. Disperii! scelestus quantas turbas concivi miselus!
Ch. 'Emori cupió. *Ch.* Prius, quaeso, disce, quid
sit vivere:
'Ubi scies, si displicebit vita, tum istoc útitor.
Sy. Here, licetne? *Ch.* Lóquere. *Sy.* At tuto?
Ch. Lóquere. *Sy.* Quae ista 'st právitas,
Quaéve amentia ést, quod peccavi égo, id obesse huic?
Ch. 'Ilicet.
Né te admisce: némo accusat, Sýre, te; nec tu arám tibi,

V. 20. Bentl. cor. *quae istaec pravitas.*

18. *Vivere.*] Cum virtute et ratione intelligas. — 19. *Vita.*] Hoc loco *actus* et *mores*. In Phorm. *Quem ego viderim in vita optimum*, id est, *in actu* et *moribus*. — 20. *Quae ista est pravitas?*] Derivatio criminis in se est. Et bene optimi servi fungitur officio. — 21. *Ilicet.*] *Ilicet* semper finem rei significat, ut: *Actum est. Ilicet* per syncopen, quod significat, *ire licet*. Sic iudices de concilio dimittebantur, suprema dicta cum praeco pronuntiasset. *Ilicet* ergo increpatio est, quia interloquendo impedit Chremetem narrantem. — *22. *Nec tu aram.*] Praesidium. Miseri ad *aram*, ut tuti sint, confugere solent. *Ovidius: Unica praesidiis ara reperta meis.*—

17. *Turbas concivi.*] Plautus, Amph. I. 2. 14. *Amphitruo actutum uxori* turbas conciet. [Plura Drakenb. ad Liv. II. 29.]

18. *Emori cupio.*] Cicero, pro Marcello, cap. 9. *Tum te, si voles, cum et patriae, quod debes, solveris, et naturam ipsam expleveris satietate vivendi, satis diu vixisse dicito.*

[20. *Pravitas* i. e. perversa agendi ratio.]

22. *Nec tu aram tibi, nec precatorem pararis.*] Duo haec perfugia habébant servi et supplices. Ita Tranio servus apud Plautum, Mostell. V. 1. 45. *Interim hanc* aram *occupabo*. De *precatore* vel deprecatore vide infra, versu 49. et Phorm. I. 2. 90. Adde Comment. maiorem. [*Nec tu aram tibi nec precatorem* i. e. non opus est, ut in aram confugias, aut mittas qui pro te deprecetur. Olim servi supplicium metuentes in aram confugiebant, aut precatorem, qui iratum dominum mitigaret, sibi parabant. Plaut. Mostell. V. 1. 45. *ego interim hanc aram occupabo.* Quoniam vero etiam alii supplices ad aras tanquam asyla confugere solebant, *ara* pro profugio dici coepit. Cic. N. D. III. 10. *tanquam in aram confugitis ad Deum.* Ovid. Epist. I. 110. *tu citius venias, portus et ara tuis.* ubi vid. Heinsius. Add. Lindenbrog. ad h. l. *Precator* idem est qui *deprecator*. Phorm. I. 2. 90. *ad precatorem adeam credo.* Plaut. Pseud. II. 2. 11. *ego precator et patronus.* Vid. Interpretes ad Petron. c. 131. p. 625.]

22. *Unde mihi peterem cibum.*] Proprie de mendicis. Enn.

Néc precatorém pararis. *Sy.* **Quid agis?** *Ch.* **Nil succénseo,**

Néc tibi, nec tíbi: nec vos est aéquom, quod fació, mihi.

Sy. **'Abiit; vah! rogásse vellem.** *Cl.* **Quid?** *Sy.* **'Unde mihi peterém cibum:**

'Ita nos alienávit. tibi iam esse ád sororem intélligo.

Cl. **Adeón' rem rediisse, út periclum etiám fame mihi sit, Syre?**

Sy. **Modo líceat vivere; ést spes.** *Cl.* **Quae?** *Sy.* **Nos ésurturós satis.**

V. 24. vulg. *Nec tibi nec huic.* Mutarunt Erasmus, Faërnus, Bentleius. Primum Syrum, deinde filium intuetur.

V. 25. Bentl. quia *vah* in aliquot libris deest, sic refingit: *Abiit? rogasse véllem. Cl. Quid, Syre? Syr. 'Unde mi peterém cibum.* Ita postquam Chremes abiit, statim ad iambos transitur.

V. 26. Bentl. scripsit: *Ita nós abalienávit tibi iam esse dd s. int.* Plurimi tamen codd., inter quos sunt Bemb. et Vatic., *alienavit.* Ita versus est trochaicus.

V. 27. Bentl. ex uno codd. veterrimo *periclum a fame.* Nisi forte *fame* antiqua sit forma genitivi.

---

23. *Neque precatorem pararis.*] Alibi, *ad precatorem abeam.* Et *precari* aliquando idem, quod *deprecari*, hoc est, a se crimen depellere. Hinc *deprecatio. Nihil succenseo.*] *Succensere* is dicitur, qui cum amare debeat, laesus irascitur. — 27. *Ut periculum etiam fame mihi sit, Syre?*] Quod est extremum miseriarum. Etiam *fame fames* apud antiquissimos in quinta declinatione nominum variabatur, ex quo potest esse genitivus casus: quia C. Caesar in libro de Analogia, *huius die*, et *huius specie* dicendum putat. *Sallustius* in Iugurtha, *Vix decima parte die reliqua.* Vel sit septimus casus. — 28. *Esurituros satis.*] *Παρὰ προσδοκίαν* quando ali-

---

III. 2. 38. Ovidius, Ibid. 111. *Exul inops erres, alienaque limina lustres: Exiguumque petas ore tremente* cibum. Quinctilianus, Declam. CCLXXXIII. *Cum habeas patrem*, cibum *ab aliis* petas?

26. *Alienavit.*] H. e. quasi alienos segregavit. Aliter Cicero, Fam. V. 8. *Te nonnunquam a me alienaverunt*, i. e. adduxerunt me apud te in invidiam. — *Tibi iam esse ad sororem.*] Sensus est: *Tibi iam cibum esse apud sororem quaerendum.*

28. *Nos esurituros satis.*] Vernile *ἀπροσδόκητον.* Ita Naevius: *Quid ploras pater? Mirum, ni carnem; condemnatus sum.*

Cl. Irrides in re tánta? neque me quídquam consílio ádiuvas?
Sy. Immo ét ibi nunc sum, et úsque id egi dúdum, dum loquitúr pater:
Et, quántum ego intellígere possum. *Cl.* Quíd? *Sy.* Non aberit lóngius.
Cl. Quid id érgo? *Sy.* Sic est, nón esse horum te árbitror. *Cl.* Quid istúc, Syre?
Satin' sánus es, *Sy.* Ego dícam, quod mi in méntem: tu diiúdica.
Dum istís fuisti sólus, dum nulla ália delectátio,
Quae própior esset, te indulgebant, tíbi dabant: nunc fília

V. 32. Bentl. ex uno cod. Fabricii *Qui istuc* i. e. cur, quamobrem.
V. 33. Bentl. ex aliquot codd. *in mentem est*, ut Adelph. IV. 1, 12. et apud Plautum saepius.

---

ter respondemus, quam exspectatur. — * 30. *Dudum id egi.*] Scilicet ut adiutarem te consilio. — * 31. *Quid?*] Interrupit Syri sermonem Clitipho. * *Non aberit.*] Perficit, quod dicere incepera t. q. d. *pater, qui simulavit se abscedere et relinquere proximis sua omnia, non erit absens diu. Haec enim est fictio, ut depellaris a domo paterna.* — 32. *Non esse horum te arbitror.*] Quasi cum odio *horum* dixit: et eo magis quod nec te filium dixit. — 34. *Dum istis fuisti solus.*] Satis verisimilis ratio adolescenti imprudenti et parum provido. ideo statim subiicit: *Est verisimile.* — *35. *Indulgebant.*] Faciles erant,

---

29. *Irrides in re tanta?*] Cicero, Att. XV. 9. *Rides tu talibus rebus?*

30. *Ibi nunc sum.*] Vide supra III. 1. 63.

31. *Non aberit longius.*] Sc. consilium, quod quaero. Haec meditabundus dicit servus, sensu incerto; unde nec ipsi Clitiphoni est intellectus. Vide Comment. maiorem.

32. *Horum.*] H. e. Chremetis et Sostratae filium.

35. *Te indulgebant.*] Lucilius: *Iram indulges nimis.* Afranius, Vopisco: *Male merentur de nobis heri, qui nos tantopere* indulgent *in pueritia.* Vide Donatum ad Eun. II. 1. 16. et Cortium ad Sallust. Catil. II. n. 9.

Postquam est inventa véra, inventa est causa, qua te expéllerent.
Cl. Est vérisimile. *Sy.* An tu ób peccatum hoc ésse illum iratúm putas?
Cl. Non árbitror. *Sy.* Nunc áliud specta: mátres omnes filiis
In péccato adiutríces, auxilio ín paterna iniúria
Solent ésse: id non fit. *Cl.* Vérum dicis. quid érgo nunc faciám, Syre?
Sy. Suspícionem istánc ex illis quaére: rem profér palam:
Si nón est verum, ad misericordiam ámbos adducés cito:
Aut scíbis, cuius sis. *Cl.* Récte suades; fáciam. *Sy.* Sat recte hóc mihi

V. 36. in aliquot codd. *vera* abest: in aliis sedem mutat. In uno deest *inventa*. Hinc Bentleius corr. *Postquam est inventa, inventa vero est causa, qua te expellerent.* Sic *vero* positum Eun. III. 5. 28. Non enim intelligitur, inquit, cur filia *vera* dicatur, quum falsam nunquam sustulerint.

V. 37. Bentl. corr. *tám esse illum iratum putas?*

V. 41. Bentl. *rem profer palam: aut, Si non est verum* etc. invitis codicibus.

---

tibi permittentes multa, quae volebas. — 37. *Iratum putas?*] Bene *iratum*, ob peccatum. *Iratus* est, qui ex aliqua re lacessitus irascitur. *Iracundus*, ex parva vel nulla causa. — 40. *Id non fit.*] Mater tibi non est adiutrix: et hoc prope verisimilius. **Verum dicis.*] Prius autem dicebat, eum dixisse aliquid *verisimile.* — *41. *Suspicionem istanc.*] Quae turbat tuam mentem, videlicet, an sis eorum filius, nec ne. — 42. *Ad misericordiam.*] Quia

---

[36. *Filia vera* i. e. non supposita. *Veram filiam* opponit Clitiphoni, quem aliunde adsumtum putabat. Sic si locus capitur, non opus esse videtur emendatione Bentleii. Ita Sueton. Calig. c. 12. *in verum nepotem proniori.*]

38. *Matres omnes filiis in peccato adiutrices.*] Iuvenalis, at. VI. 238. *Scilicet exspectas, ut tradat mater, honestos, Aut alios mores, quam quos habet?*

In méntem venit. námque adolescens, quám minima in spe sítus erit,
Tam facillime patris pacem in leges conficiet suas.
Etiam haúd scio, anne uxórem ducat; ác Syro nil grátiae.

V. 44. Bentl. ex codd. *quam in minima spe.*
V. 45. Bentl. *Tam difficillume patris pacem in leges conficiet suas.* Idem v. 46. pro *an anne*, ex multis codd. restituit. Posterius certum. De illo ambigere licebit, quamvis trochaicus iambi-

---

parentes veri filiis cito ignoscunt. — 44. *Minima in spe situs erit.*] Nam si non esse filium crediderit, eo mirabilior videbitur patri: et citius ad misericordiam commovebitur. — **Situs.*] Hic inflectitur, *situs, a, um*, i. e. situatus, constitutus. — *45. *Pacem in leges.*] H. e. secundum eas leges et conditiones, quas dare patri voluerit in ea pace ineunda. Nam cum pax inter aliquos conficitur, lex aliqua aut conditio in ea facienda solet allegari, i. e. adhiberi. Sensus ergo illius orationis est: Filius componet pacem cum patre, suo arbitrio, et secundum eas leges et conditiones pacis, quas voluerit. — *46. *An uxorem ducat.*] Chremes discedens et patriam relinquens

---

44. *In spe situs erit.*] Locutio rarior, sed plana. Uti enim quis dicitur *venire in spem*, ita et *situs in spe*, et *decidere de spe.*

45. *Tam facillime.*] Ita dixit, uti Adelph. III. 4. 56. *Tam maxime.* Uti autem *tam* et *quam*, Ita et *Tantum, quantum; tanto, quanto*, superlativis adduntur. [*Quam minima tam facillime.* Cum praecedit *quam* cum superlativo, interdum sequitur *tam* cum superlat. Adelph. III. 4. 56. *Quam estis maxime potentes, tam maxime nos aequo animo aequa noscere oportet.* Sallust. Iug. c. 31. *quam quisque pessime fecit, tam maxime tutus est.* ubi vid. Cortium. — *In spe situs* i. e. spem habens. Notanda haec locutio ut rarissima.] — *Patris pacem in leges conficiet suas.*] Metaphora desumta a pactionibus bellicis, ubi utrimque iustis conditionibus res componi solet. Ita Plautus, Mostell. V. 2. 5. *Nunc ego de sodalitate solus sum orator datus, Qui a patre eius* conciliarem pacem. *Leges* sunt conditiones. And. I. 2. 29. Phorm. III. 2. 48. Plautus, Asin. I. 3. 81. *Habeo, unde istoc tibi, quod poscis, dem: sed* in leges meas *Dabo.* [*Patris pacem in leges suas* i. e. patrem sibi reconciliabit conditionibus, quibus ille volet. Plaut. Asin. I 3. 81. *quod poscis dem; sed in leges meas dabo.* Liv. XXXIII. 30. *pax data Philippo in has leges est.*]

46. *Haud scio, an uxorem ducat.*] H. e. fortasse ducet uxorem. Vide ad And. III. 2. 45.

Quid hoc autem? senex exit foras. ego fugio. adhuc quod factum 'st,
Miror, continuo non iussisse abripi me. ad Menedemum hinc pergam:
Eum mihi precatorem paro: seni nostro nil fidei habeo.

cis insertus displiceat. Bothius corr. *Tam pátris pacem facillume confíciet in legés suas.* In nullo cod. est *difficillume.*

V. 48. codd. magnopere variant, ut quid verum sit, nondum liqueat. Bentl. sic scripsit: *Mirór, non iusse me ábripi hinc: nunc ád Menedemum hunc pérgam.*

V. 49. ante Bentl. erat *fidei nihil*, quod ex cod. Reg. mutatum.

---

duoet uxorem scilicet Sostratam. **Ac Syro nil gratiae.*] Tu Clitipho ita tibi parentes reconciliabis; ego autem nihil sum gratiae apud illos habiturus, h. e. nullo modo potero illis gratus esse. — 47. *Quid autem hoc?*] Haec vox est timentis.

---

49. *Eum mihi precatorem paro.*] Ita supra versu 23. et Phorm. I. 2. 90.

ACTUS QUINTUS.

SCENA TERTIA.

SOSTRATA. CHREMES.

So. Profécto, nisi cavés, tu homo, aliquid gnáto conficiés mali.
Idque ádeo miror, quómodo
Tam inéptum quidquam tíbi venire in méntem, mi vir, pótuerit.
Ch. Oh, pérgin' mulier ésse? nullamne égo rem unquam in vitá mea

V. 4. et seqq. fere ad mentem Bentleii descripsimus, qui eos ex codd. emendavit. Nam v. 4. omisso *Oh* vulgo cum Bemb. legitur: *mulier, odiosa esse*, et *ullamne*. Dein v. 6. erat *At si rogitém iam*, et post *nescias* plene interpungebatur. Praeterea Bentl. pro *hoc faciam* dedit e duobus codd. *id facias*, i. e. mihi adverseris. Quo non opus. Sed vers. 8. *haec* vulgo ante *eadem oratio* interpositum recte delevit auctoritate plurimorum codicum, et pro *redeat* scripsit *redit*. Praeterea etiam pravam su-

1. *Profecto, nisi caves.*] *In hac scena continetur imago quaedam dissidii inter virum et uxorem, qui natura morosi atque difficiles sunt. Tu homo.*] Cum contemtu et stomacho pronuntiandum. *Et dicit, *tu homo*, et postea subito mulierum natura redit ad lenitatem, discedente indignatione. — 3. *Ineptum quidquam.*] Bene *ineptum*; nam *ineptum* est quod a quovis reprehenditur. *Venire in mentem.*] *Venire in mentem* veteres non recordationis causa tantum, sed etiam recogitationis considerationisque posuerunt. — *4. *Pergin' mulier.*] Sic solent mariti uxoribus dicere, cum illae

1. *Homo.*] *Homo* et *Vir* vetéribus *ἰσοδύναμα* erant. Plautus, Cistell. IV. 2. 57. *Mi* homo, *et mea* mulier, *vos saluto.* — *Aliquid gnato conficies mali?*] Ita And. IV. 1. 26.
4. *Pergin', mulier, odiosa esse.*] Ita Plautus, Cas. II.

Volai, quin tu in eá re mi advorsátrix fueris, Sóstrata?

At sí iam rogitem: quíd est, quod peccem, aut quámobrem hoc faciam; néscias.

In quá re nunc tam cónfidenter réstas, stulta? *So.* Ego néscio.

***Ch.* Immó scis potius, quám quidem redit ad íntegrum eadem orátio. *So.* Oh,**

stulit interpunctionem: *Imo scis, potius quam* etc. Guyetus explicat sic: *Imo* te hoc scire concedo potius, quam idem sermo a nobis habitus domi super hac re hic repetatur.

---

adversantur. Et est energia sanilis. Sensus igitur est: Pergin' mulieris partes exercere et officium, quae semper vult loqui et marito repugnare. — 6. *Quod peccem.*] Notat mulierum imprudentiam et imperitiam, quae ut plurimum ignorant quae prava aut recta sunt. — 7. *Tam confidenter.*] Recte *confidenter*; nam *confidentia* saepius in malam, *fiducia* vero in bonam partem accipitur. Alibi, *O ingentem confidentiam! Nescio.*] Sic lege, ut intelligas contrarium.

---

3. 32. *Ohe, iam satis, uxor, est. comprime te: nimium tinnis. Relinque aliquantum orationis, cras quod mecum litiges.* [*Pergin mulier esse* i. e. pergisne importuna, molesta, rixosa esse? Nam *mulier* hic magna cum vi dicitur. Petron. c. 42. *sed mulier, quae mulier, milvinum genus.* Rutil. Lup. I. p. 43. *quid potius dicam aut verius quam mulierem*, et quae ibi diximus] Addimus Scaliger. ad Varr. De L. L. VI. p. 93. „*Mulier es.*" Hoc convicio irati dimittebant a se mulieres, sicut hodie quoque solemus facere in communi vita.

5. *Advorsatrix.*] Simile exemplum molestae mulieris est Hec. IV. 1. 29. Plautus, Mostell. I. 3. 100. *Nunc assentatrix scelesta est; dudum* advorsatrix *erat.* Naevius, Agitatoria: *Quasi dedita opera, quae ego volo, ea tu non vis: quae ego nolo, ea cupis.* Idem, Tereo: *Video ego, te, mulier, more multarum utier, Ut vim contendas tuam ad maiestatem viri.*

7. *Restas.*] H. e. resistis, adversaris. Plautus, Mostell. V. 2. 5. *Hem, viden', ut* restat *furcifer.* Livius, VI. 30. *Ibi dum iniquo loco sola virtute militum* restantes *caeduntur.* [Ovid. Fast. II. 749. *victa cades: melioribus restas.* Propert. III. 6. 31. *Dum vincunt Danai, dum restat barbarus Hector.* Sallust. in Fragm. p. 955. *urbem multos dies restantem pugnando vicit.* Vid. Gronovius ad Liv. IV. 58. 4. et XXVI. 3. 3.]

Iníquus es, qui mé tacere dé re tanta póstules.
Ch. Non póstulo: iam lóquere: nihilo mínus ego hoc faciám tamen.
So. Fácies? *Ch.* Verum. *So.* Nón vides, quantúm mali ex ea re éxcites?
Súbditum se súspicatur. *Ch.* [Subditum!] aín' tu? *So.* Certe, sic erit.
Ch. Cónfitere, [tuum non esse]. *So.* Au! óbsecro te, istuc nóstris inimícis siet.
'Egon confitear, meúm non esse fílium, qui sit meus?

V. 9. vulgo erat: *Oh, iniquus es* etc.
V. 12. Alterum *subditum* Bentl. de coniectura tollit. Dein pro *Certe, inquam, mi vir*, ex cod. Bemb. reposuit *Certe sic erit.*
V. 13. *tuum non esse* om. Bemb. recte. Eiecit Bentl. Idem liber pro *Ah* praebuit *Au.* Sic *Au obsecro* est Eun. IV. 3. 14. Phorm. V. 3. 20. Voc. *nostris* ante *inimicis* Bentl. ex plurimis codd. addidit.

— 9. *De re tanta.*] Scilicet in periculo filii. — 12. *Subditum.*] Id est, *suppositum. Iuvenalis, Transeo suppositos.* *Mulieres, quae parere non possunt, et ut placeant maritis, se gravidas fingunt, et aliquarum inopum mulierum filios supponunt, et pro suis edunt. *Ain' tu?*] Pro, *aisne?* Et est percontativum verbum. — *13. *Ah!*] Obsecrantis, modo blandientis et misericordiam moventis. *Inimicis siet.*] Haec imprecatio sic usurpatur ab Ovidio, ut illius propria sit.

12. *Subditum se suspicatur.*] H. e. suppositítium, nec genuínum filium, qualis etiam *subdititius* et *subditivus* dicitur Plauto. Livius, XL. 9. *Me* subditum *et pellice genitum appellant.* [*Subdere* proprie est falsum in veri locum supponere, quod etiam *subiícere* et *supponere* dicunt. Liv. XL. 9. *isti unum Demetrium filium te habere, me subditum et pellice genitum adpellant.* Tacit. Annal. XIV. 40. *subdidit testamentum.* Sueton. Ner. c. 7. *ut subditum apud patrem arguere conatus est.* ubi vid. Oudendorpius. Vulgo cives subiectos barbare vocant *subditos.*]

13. *Istuc inimicis siet.*] Formula deprecandi infelicia. Plautus, Merc. I. 2. 25. Ac. *Periimus.* Ch. *Principium inimicis dato.* Ovidius, Heroid. XVI. 217. *Hostibus eveniant convivia talia nostris.* [V. Eun. IV. 3. 13.]

Ch. Quid? métuis, ne non, quúm velis, convíncas esse illúm tuum?
So. Quod filia est invénta? *Ch.* Non: sed, quód magis credendúm siet,
[Id] quod ést consimilis móribus,
Convínces facile ex té esse natum: nám tui similis ést probe:
Namílli nil viti ést relictum, quín id itidem sít tibi.
Túm praeterea tálem, nisi tu, núlla pareret filium.
Séd ipse egreditur. quám severus! rém, cum videas, cénseas.

V. 16. Bentl. propter codicum suorum auctoritatem *quo magis*. Deinde delevit *Id*, quod interturbat orationem. Dixerat Sostrata: *Quod filia est inventa?* Ille regerit: *Quod est consimilis moribus;* sc. *tuis*.

V. 19. *id* in codd. deest. Addidit de coniectura Bentleius. Cod. Bemb. *quin sit et idem tibi*, quod tenuit Westerhov. Pro *relictum* Bentl. corr. *Innatum*.

— 15. *Convincas.*] Verbum iudicii est. *In iudiciis *convicti* proprie dicuntur, qui causa cecidérunt. — 18. *Tui similis.*] Nam plerumque filii consimiles sunt parentum moribus. *Dicimus cum genitivo, cum morum similitudinem, aut doctrinae ostendimus, sed dicimus, *similis tibi*, cum dativo, cum qualitatem similem ostendere laboramus. — 21. *Quam severus!*] Nam facie ipsa videtur quandam probitatem ostendere; re vero, alius est.

---

19. *Illi nihil vitii est relictum, quin sit et idem tibi.*] Ita Plautus, Amph. I. 1. 246. *Quod mihi praedicas vitium, id tibi est.*

21. *Rem, cum videas, censeas.*] Expressum e Plauto, Cas. III. 2. 32. *Sed eccum, incedit, at*, quum adspicias *tristem, frugi* censeas. [*Rem cum videas censeas* i. e. cum hominem intus cognoveris, censeas severum esse. Est sarcasmus, quem recte cepit Bentleius.]

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUARTA.

CLITIPHO. SOSTRATA. CHREMES.

Cl. Si únquam ullum fuit témpus, mater, quum égo voluptati tibi
Fúerim, dictus filius tuus tuá voluntate, óbsecro,
Eius ut memineris, atque inopis núnc te miserescát mei.
Quód peto, et voló, parentes meós ut commonstrés mihi.
So. Obsecro, mi gnáte, ne istuc ín animum inducás tuum, 5

1. *Si unquam ullum fuit tempus.*] *Adhuc filius matrem sollicitam reddit, dum petit ut parentes commonstret: et ex hoc facilius pervenitur ad tranquillitatem omnium rerum.* — 2. *Tua voluntate.*] Quasi innuit illam de industria illum voluisse appellari filium. — 3. *Miserescat.*] Habemus *miseret*, *misereat*, et *miserescit*, *miserescat*, in eadem significatione, eiusdem naturae. Habemus etiam *miseresco*, *is. Virgil. His lacrimis vitam damus, et* miserescimus *ultro.* — 4. *Quod peto, et volo.*] *Peto*, inquit, quasi *precario*; nam proprie aliquid *precario petere* dicimur. — 5. *Obsecro te,*

1. *Si unquam.*] Ita Dido ad Aenean, apud Virg. Aen. IV. 317. *Si bene quid de te merui, fuit aut tibi quidquam Dulce meum, miserere mei labentis.* De usu particulae *si* vide ad And. I. 5. 57.

4. *Parentes meos ut commonstres mihi.*] Ita Phaëthon ad Phoebum, Ovid. Metam. II. 38. *Pignora da, genitor, per quae tua vera propago Credar, et hunc animis errorem detrahe nostris.* — *Alienum.*] H. e. non nostrae familiae. Adelph. I. 2. 57. III. 4. 6. Hec. IV. 4. 27. Livius, XXIX. 29. *Extitit quidam, Mezetulus nomine, non* alienus *sanguine regibus.* [V. Intpp. Liv. XLI. 8. 12.]

'Alienum esse té. *Cl.* Sum. *So.* Miseram me! hóccine quaesisti, óbsecro?
'Ita mihi atque huic sís superstes, ut éx me atque ex hoc nátus es!
'Et cave posthac, sí me amas, umquam ístuc verbum ex te aúdiam.
Ch. 'At ego, si me métuis, mores cáve in te esse istos séntiam.
Cl. Quós? *Ch.* Si scire vís, ego dicam: gérro, iners, fraus, hélluo, 10

V. 10. *helluo* Bemb. Vulgo *heluo*.

---

mi gnate.] Verba proprie matris desperatae. — 6. *Sum.*] Haec vox simplex terribiliter pronuntiat. **Miseram me!*] Per exclamationem prae dolore dicitur, q. d. *dico*, *verum est*, *me miseram esse*, quod dictum interiectionis vice fungitur. — **Quaesisti?*] Excogitasti, seu somniasti, ut dici solet, ut mihi dolorem inculeres. Vel *Quaesisti hoc?* i. e. investigasti et interrogasti hoc ab aliquibus, ne esses filius proprius, non suppositus? — 7. *Huic sis superstes.*] Mos iurandi antiquus parentum. Et bene inducitur mater mitior patre, et quae *ádiutrix sit in paterna iniuria filio.* — 8. *Si me amas.*] Haec verba blandientis matris sunt, et quae valde de filio sollicita sit. — 9. *Si me metuis.*] Matri dat verba suavia, patri vero aspera; illa inquit, *si me amas:* hic, *si me metuis.* — *10. *Quos?*] Supple, *Mores dicis esse in me;* seu, *me cavere*, *ne sint in me.* *Gerro*, *iners*, *fraus.*] Haec dicuntur in abiectissimum quemque et nullius precii hominem. *Gerro.*] **Gerro*, ut *Servius* dicit, a *gerendo*, unde *nugigerulus*, qui nugas gerit; vel ut *Nonius* et *Festus*, a *gerris*, nam *gerrae* sunt nugae et ineptiae, sic

---

6. *Hoccine quaesisti?*] Sensus est: *Hoccine voluisti?* Virgilius, Aen. II. 664. Hoc erat, *alma parens*, *quod me per tela*, *per ignem Eripis?* Et Aen. IV. 675. Hoc illud, *germana*, fuit? *me fraude petebas?*

7. *Ita mihi atque huic sis superstes.*] Iurisiurandi formula *est* concepti per particulas *ita* et *ut*, Senec. Controv. IX. 4. Ita *mihi superstite filio mori liceat*, ut *ego illum*, *qui mori maluit*, *parricidam vocavi.* Vide Comment. maiorem. [Solenne piorum parentum votum est, ut liberos sibi superstites relinquant. Ovid. Epist. I. 101. *Di precor hoc iubeant*, *ut sunt ibus ordine fatis*, *Ille meos oculos comprimat*, *ille tuos.* Vid. Brisson. de Form. VIII. p. 634.]

Gáneo, damnósus! crede, et nóstrum te esse crédito.
Cl. Nón sunt haec paréntis dicta. *Ch.* Nón? si ex capite sís meo
Nátus item, ut aiúnt Minervam esse éx Iove, ea causá magis

V. 12. post *Non* Westerh. signo interrogandi distinxit. Non recte, opinor. Vere alii: *Non, si ex capite* etc. ut negandi particula cum *patiar* cohaereat.

---

dictae, ut *Festus* refert, quod quum Athenienses Syracusas obsiderent, et crebro *gerras* poscerent, irridentes Siculi *gerras* clamitabant, quum *gerras* prius dicerentur, ut idem *Festus* ait, crates vimineae. Propter illam irrisionem Siculorum factum est, ut *gerras* pro nugis et contemtu dicantur. Hinc *congerro*. *Plaut.* in Persa, *Iam pol ille hic aderit, credo, congèrro meus.* **Iners.*] I. e. otiosus, ignavus, sine arte et industria vivendi, ut vult *Servius.* **Fraus.*] Fraudulosus seu fraudulentus, seu culpabilis; nam, ut inquit *Ulpianus*, *Fraus est ipsa noxa*, i. e. culpa, et quasi quaedam praeparatio poenae. Interdum etiam pro *poena* ponitur in iure, ut ait *Servius.* Item et *fraus* pro periculo poni invenitur; ut, *Erit illa res fraudi*, id est periculo. Hoc *Servius.* Ponitur autem hic *fraus* pro fraudulento, ut alibi *scelus* pro scelesto. *Heluo.*] *Vorax. Catul.* in Caesarem, *An parum heluatus est?* *Insatiabilis, inquit *Servius*, seu, immoderate bona sua consummens, inquit *Festus.* Inde *heluor, aris*, i. e. effundere bona sua luxuriose ac immoderate. — 11. *Ganeo.*] Veteres *ganeum*, meretricum tabernam dixerunt, *ἀπὸ τῆς γῆς*, quod ipsa sit in terra. Hinc *ganeo* dedacitur, qui meretrices sequitur. *Damnosus.*] Recte hoc postremum cum superioribus convenit. **Damnosus.*] I. e. damni quidquid tuis parentibus afferens, ut iam feciati, extorquendo a me per servum decem minas Bacchidi. — 12. *Parentis.*] Scilicet qui filium amet. *Non, si ex capite sis meo.*] Haec ingenti clamore pronuntianda. Et sic ostendit Chremes filium non debere abiicere spem patris, etsi ab eo verba aspera audit. — 13. *Aiunt.*]

---

11. *Crede.*] Ita Ovidius, Trist. IV. 3. 13. Crede *quod est, quod vis; ac desine tuta vereri: Deque fide certa sit tibi certa fides.* [*Damnosus* est, qui facultatibus suis damnum affert, prodigus, profusus. Sueton. Ner. c. 31. *non in alia re damnosior, quam in aedificando.* ubi vid. Graevius. Sic *damna* dicuntur pro impensis, sumptibus. Quinctil. Decl. CCCLXXVII. p. 773. *oneratus damnis.* Vid. Menag. in Amoenit. Iuris c. 89.]

12. *Non, si.*] De vi harum particularum vide ad Eun. I. 1. 4.

13. *Minervam ex Iove.*] Hanc fabulam vide apud Pindla-

Pátiar, Clitiphó, flagitiis tuis me infamem fieri.
So. **Dí istaec prohibeánt.** *Ch.* **Deos nescio: égo quod potero, sédulo.** 15
Quaéris id, quod habés, parentes: quód abest, non quaeris, patri
Quómodo obsequáre, et serves, quód labore *invénerit.*
Nón mihi per fallácias addúcere ante oculós? pudet

V. 15. Bembin. om. *enitar* post *quod potero*, quem recte sequutus est Bentlei. In aliis deest *prohibeant*, quod etiam Westerh. omisit.

V. 16. Bentl. corr. *Tén mi per fallacias a. e. oculos? pudet.* Sic *tene* cum infinitivo supra V. 1. 48. Phorm. II. 2. 25. Persii I. 29. ubi item *sen*. Alii malnerunt post *pudet* ponere signum interrogandi, quod a recta ratione abhorret.

Bene *diunt*, de re fabulosa et ficta. — 15. *Deos nescio.*] Modus loquendi, praesertim iratorum. *Enitar.*] Ne infamis fiam. — 17. *Invenerit.*] Id est, *acquisiverit.* Alibi, *labore inventa mea cui dem bona.* — 18. *Adducere.*] Ἀναισχύντως honesta, noluit dicere meretricem, praesente matre.

---

rum, Olymp. VII. Callimachum, Hymno V. et Lucianum, Dial. Iovis et Valeani. Sensus autem verborum Chremetis est: *Si tu maxime propius me contingeres, quam humanos parentes contingunt filii, ea causa non magis patiar, me tuis flagitiis infamem fieri.* [*Ea causa* suppl. *tamen.* Nam *si*, quod praecedit, ponitur pro *etsi.* Saepe *tamen* deest post *etsi* et *quamquam.* Adelph. II. 1. 5. *Quamquam est scelestus, non committet hodie unquam, iterum ut vapulet.* Hec. IV. 4. 26. *Etiam si dudum fuerat ambiguum hoc mihi, nunc non est.* Vid. quae annotavimus ad Aquil. Roman. iunctum Rutil. Lupo p. 190.]

16. *Di istaec.*] Formula abominandi et deprecandi. Livius, VI. 18. *Bene facitis, quod abominaminis* Dii prohibeant haec! *Sed nunquam propter me de coelo descendent. Vobis dent mentem, oportet, ut prohibeatis.* — *Deos nescio.*] Id vult Chremes: *Non nunc de Diis agitur, neque adeo Deos in partes voco.* Unde continuo a Diis discedens, quid ipse hac in re facturus sit, addit. [*Deos nescio* scil. an prohibituri sint. Sic supra II. 4. 16. *nescio alias* h. e. quid aliae fecerint nescio.]

18. *Pudet dicere haec praesente verbum turpe.*] Omnis emphasis est in *dicere*, cui mox ad exaggerandum Clitiphonis facinus opponitur *facere.* Dicit autem, *praesente hac*, indigi-

Dícere, hac praesénte, verbum túrpe: at te id nullo modo
Fácere pudnit. *Cl.* Eheu, quam ego nunc tótus displiceó mihi!
Quám pudet! neque quód principium invéniam ad placandúm, scio.

V. 21. Faërn. et Bentl. e Bemb. *incipiam.* Hic tamen mavult *capiem.*

---

tans suam uxorem Sostratam, Clitiphonis matrem. Per *verbum turpe* intelligit *verba praetextata* seu *nupta*, ut vocabant; qualia praesente matrona loqui nefas habebatur. Iuvenalis, Sat. XI. 201. *Spectent hoc nuptae, iusta recubante marito, Quod pudeat narrasse aliquem praesentibus illis.*

ACTUS QUINTUS.

SCENA QUINTA.

MENEDEMUS. CHREMES. CLITIPHO. SOSTRATA.

Me. Enimvero Chremés nimis graviter crúciat adolescéntulum,
Nímisque inhumane. éxeo ergo, ut pácem conciliem. óptume

1. *Enimvero Chremes.*] *Intervenit persona, cuius gratia pax conciliatur: ita ut omnia tranquilla sint et composita, prout co-*

---

1. *Enimvero.* Indignantis est, ut Hec. IV. 4. 51.
2. *Pacem conciliem.*] Cicero, Fam. X. 27, Pacis *inter cives* conciliandae *te cupidum esse laetor.*

'Ipsos video. *Ch.* Ehém, Menedeme: cúr non arcessí iubes
Fíliam, et quod dótis dixi, firmas? *So.* Mi vir, te óbsecro,
Né facias. *Cl.* Pater, óbsecro, ut mi ignóscas. *Me.* Da veniám, Chreme: 6
Síne te exorem. *Ch.* Egon méa bona ut dem Báchidi donó? sciens
Nón faciam. *Me.* At nos nón sinemus. *Cl.* Sí me vivum vís, pater,
'Ignosce. *So.* Age, Chremés mi. *Me.* Age quaeso, né tam obfirma té, Chreme.

V. 6. Bentl. e Bemb. *exorent*, sc. uxor et filius. Idem *Egon* delet, metri gratia. Ita continuat Chremes Menedemi orationem. *Exorentne, ut mea bona* etc. Sic Phorm. III. 2. 4. et alibi. Praeterea ille signum interrogandi post *sciens* collocavit.

V. 7. vulgo *At id nos n. f.*, quod Bentl. ex aliquot codd. mutavit.

---

moediae finis postulat. *Enimvero.*] * Hoc loquitur Menedemus solus apud se. *Enimvero.*] Nonnunquam principium est aliquid per iram dicturi. — *3. *Hem.*] Interiectio percipientis eum, quem volebat. *Arcessi.*] Bene *arcessi*; quia proprie *arcessitur* uxor, dum ad virum ducitur. — *4. *Mi vir.*] Putat Sostrata, id quod erat fictum, esse verum, timebatque ne pater penitus exheredaret filium, omnia tribuens filiae. — *Obsecro.*] Nil significantius; nam *orare* est placidos petere; *obsecrare* vero, iratos rogare. — 5. *Ne facias.*] Haec timebat ne omnia bona illi traderet. — 6. *Sciens.*] Quod peius esset, quam si nesciret. — *7. *Si me vivum vis.*] Hoc solo verbo poterat placare patrem; nam pater filii vitam omnibus rebus anteponit. — *8. *Ne tam obfirma te.*] I. e. noli te tam obsti-

---

3. *Arcessi iubes.*] Ita And. V. 2. 7. Heaut. V. 5. 3. Adelph. V. 7. 6. [*Optume* i. e. opportune. Hecyr. II. 2. 4. Eun. V. 2. 66. Andr. II. 1. 35. al. St.]

4. *Quod dotis dixi.*] De dote vide supra, IV. 7. 10. et V. 1. 67. Proprie autem *dos dicitur*, i. e. promittitur. Ovidius, Fast. VI. 594. *Si vir es, i*, dictas *exige* dotis *opes*. Vide porro Comment. maiorem.

6. *Sciens.*] Similis fere huius vocis usus est Adelph. IV. 5. 77.

8. *Ne tam obfirma te.*] Pacuvius, Periboea: *Tamen animo* obfirmato *mitescit metus*.

Ch. Quíd istíc? vídeo nón licére, ut coéperam, hoc perténdere.
Me. Fácis, ut té decét. *Ch.* Ea lege hoc ádeo faciam; sí facit,
Quód ego hunc aequom cénseo. *Cl.* Pater, ómnia faciam: ímpera.
Ch. 'Uxorem ut dúcas. *Cl.* Pater! *Ch.* Níhil aúdio. *Me.* Ad me récipio:
Fáciet. *Ch.* Nil etiam aúdio ipsum. *Cl.* Périi! *So.* An dubitas, Clítipho?
Ch. 'Immo, utrum volt. *Me.* Fáciet omnia. *So.* Haéc dum incipias, grávia sunt,
Dúmque ignores: úbi cognoris, fácilia. *Cl.* Faciám, pater.
So. Gnáte mi, ego pol tíbi dabo illam lépidam, quam tu fácile ames;

V. 10. Bentl. ex codd. suis: *si id facis.*

natum ostendere. Ille enim dicitur se *obfirmare* in aliquo proposito, qui obstinate ac pertinaciter in illo perseverat, tanquam immobilis truncus. Et est translatio sumta a repagulo obfirmando. — *9. *Pertendere.*] In Eunucho: *Si incipies, neque pertendes gnaviter.* Alii legunt, *perpendere.* — *12. *Pater.*] Tantum dicit hoc verbum, non statim volens dare responsum, tanquam prius deliberaturus. — **Nihil audio.*] Aversus et indignatus Chremes haec dixit. **Ad me recipio.*] Hoc dicendi genere saepius *Cicero* utitur in suis Epistolis, et praecipue commendatitiis. Interdum sumitur pro *promittere.* — *14. *Imma, utrum volt.*] Permissio patris ironica.

9. *Quid istic?*] H. e. ista in re. Vide And. III. 3. 40. [et V. 8. 33. ibique annot. Est concedentis: *Was ist da weiter zu thun?* St.] *Pertendere.*] Ita Eun. I. 1. 6.

12. *Ad me recipio.*] H. e. polliceor, me praestiturum, ut ille faciat. Plaut. Mil. Glor. II. 2. 75. *Dico et* recipio ad me. Inde *recipere* absolute pro polliceri. Phorm. V. 7. 9.

13. *Nihil etiam audio ipsum.*] Eodem sensu haec dicuntur Menedemo, quo paullo ante dixerat Clitiphoni, *nihil audio*, q. d. non est, quod nuptias speret se effugere posse. Cicero, Lael. cap. 15. *Non ergo erunt homines deliciis diffluentes* audiendi.

Fíliam Phanócratae nostri. *Cl.* Réfamne illam vírginem,
Caésiam, sparso óre, adunco náso? non possúm, pater.
Ch. Heia! ut elegáns est! credas ánimum ibi esse. *So.* Aliám dabo.
Cl. Quid istíc? quandoquidém ducenda est, égomet habeo própemodum, 20

V. 20. Bentl. pro *Quid istic? quand.* ex cod. Bemb. *Imo, quandoquidem* etc. Non enim *Quid istic*, quod consentientis est, hic locum habere, quum iam vers. 15. verbis *faciam pater* consenserit. De accentu in *própemodum* cfr. Andr. III. 4, 7. Eunuch. I. 2, 123. Adelph. I. 2, 51. et quae dixit Hermann. Elem. Doctr. Metr. p. 64.

— 17. *Rufam.*] *Rufus* color et *ruber* idem est. *De rufo colore *A. Gellius* in secundo Noctium Atticarum multa verba facit. — *18. *Caesiam.*] Idem *Gellius* inquit: *Nostris autem Latinis veteribus* caesia *dicta est, quae a Graecis γλαυκῶπις dicitur, ut Nigidius ait, de colore caeli, quasi caelia.* Dantur caesii oculi Minervae, coerulei Neptuno. **Sparso ore, adunco naso?*] Haec duo nimiam arguunt deformitatem, et adiuvant Clitiphonem in recusatione. Indecens nasus vituperatur, sed magis in muliere. *Sparso ore.*] I. e. habentem os sparsum et latum seu extentum. **Non possum, pater.*] Plus patrem commovit, quam si dixisset, *nolo.* — 19. *Elegans est!*] Hic ad formam refertur: sed saepius ad orationem et ad verba. — *19. *Animum ibi esse.*] Verba apta ei, qui sibi multum tribuit.

---

17. *Rufam.*] Hic color capillorum invisus erat. Martialis, II. 33. 3. *Cur non basio te, Philaeni?* rufa *es.*

18. *Caesiam.*] Hoc Plautus per contumeliam *noctuinos oculos* vocat, Curc. I. 3. 35. — *Sparso ore.*] H. e. lentiginoso. Virgilius, Ecl. II. 41. Sparsis *etiam nunc pellibus albo.* Aen. VII. 191. sparsit*que coloribus alas.* — *Naso adunco.*] Martialis tamen, IV. 41. 9. puerum laudat a *naribus uncis.*

19. *Ut elegans est!*] Vide ad Eun. III. 1. 18. — *Credas animum ibi esse.*] Ita supra, V. 2. 30. Vide ad Eun. IV. 7. 46. Plaut. Cist. II. 1. 6. *Ubi non sum, ibi est animus.*

Quám volo. *So.* Nunc laúdo, gnate. *Cl.* Archónidi huius fíliam.
So. Pérplacet. *Cl.* Pater; hóc nunc restat. *Cl.* Quíd? *Cl.* Syro ignoscás volo,
Quaé mea causa fécit. *Ch.* Fiat. *Ω.* Vós valete, et plaúdite!

22. *Perplacet.*] H. e. vehementer et mirum in modum placet. Plautus, Merc. II. 3. 14. *Dum servi mei mihi* perplacet *consilium.*